IOHANNIS GARCÆI,

ASTROLOGIAE METHODVS,

IN QVA SECVNDVM DOCTRINAM PTOLEMAEI, EXACTISSIMA FACILLIMAQVE Genituras qualescunque iudicandi ratio traditur: ex probatissimorum artificum monumentis, de omni bonorum & malorum genere (de quibus per syderum Apotelesmata sobriè iudicare licet) siue animo, siue corpori, fortunæue accidant, deprompta: inque certas classes digesta: Natiuitatibus insuper quadringentis circiter, hominum cuiuscunque Ordinis, nostri seculi, illustratur. Nunc primùm in lucem edita, in honorem Illustrißimi Principis, D. AVGVSTI Saxoniæ Electoris, &c.

Ex lib. 56

ACCESSIT HVIC:

ERASMI OSVALDI SCHRECKENFVCHSII MATHEMATICI OPVS NOVVM,

NOBILISS. GENTIVM, VTPOTE ROMANORUM, Alexandrinorum, Græcorum, Aegyptiorum, Persarum, Arabum & Hebræorum, Calendaria: hoc est, annos numerandi uiam & modum, eorundemque cum anno Romano siue Iuliano collationem adaptionemque, eruditissimè demonstrans: Vnà cum Instrumentis ad eam rem necessarijs.

OPERA ANTEHAC NVSQVAM VISA, ET iam primùm in Reipub. Literariæ usum decusque publicata.

PRAEFIXIMVS INDICEM VTILISSIMVM MATERIArum, Aphorismorum, Thematum cœlestium uirorum illustrium & Doctorum aliorumque, qui nostra tempestate uixerunt: ita ut Lector sine ullo labore rem quamlibet inueniat.



Cum Gratia & Priuileg. Cæs. Maiest.

BASILEÆ, EX OFFICINA HENRICPETRINA.

MAXIMILIANVS II.
Inuictissimus Imperator
Romanorum, nascitur
Anno MESSIAE,
1 5 2 7.
Augusti
D. H. M.
1. 13. 30.
P. M.


29.38. ♉
⊕ 3.2. ♉
17.45. ♈
11.0. ♓
18.44. ♒
6.40. ♊
☋ 21. ♊
0.51. ♒
9.56. ♋
♃ 13.6.
9.59. ♐
0.51. ♌
☉ 12.17.
☿ 16.57. ♌
⊕ 20.24.
18.44. ♌
☽ 27.25.
♀ 22.18. ♍
11.0. ♍
17.45. ♎
♂ 4.8.
☊ 21.38.
6.40. ♐

Hic noster Imperator coronatus est in Regem Romanorum, ipso die S. Andreæ Apostoli, id est, 30. die Nouembr. Anno Mesiæ 1562.


Iuxta gradus æquales, ex sententia FIRMICI.
Cor Cœli 11.0. ♓.
Viennæ.
Longitudo 48. G. 22.
Latitudo 35. Gr. 8.

9.56. ♊
☽ 29.38. ♉
9.56. ♉
♄ 3.2. ♉
9.56. ♈
9.56. ♓
☋ 21. ♊
9.56. ♒
9.56. ♋
♃ 13.6. ♋
9.56. ♐
9.56. ♌
☿ 12.17.
☉ 16.57. ♌
⊕ 20.24.
☊ 21.38. ♐
9.56. ♍
☽ 27.25.
♀ 22.18. ♍
9.56. ♍
9.56. ♏
9.56. ♎
♂ 4.8. ♎

Quidam ponunt horam genituræ 11.45. Alij horam 11.30. Alij H. 11.11. Gauricus ponit H. 12.45. cui ascendit ipsi 15. Gr. 16. M. Cor cœli 14. G. 51. ♒. Secundum Regiomontanum quendam, Mec l. natus est Cæsar [illegible] 1527. [illegible] 30. H. [illegible] 5. Horo[illegible] ipsi est [illegible] 16. II. [illegible] C. ♒.



Celebrauit nuptias cũ Christiana Daniæ Regis filia Torgæ, anno 1548 die 14. Octob.



Hæc loca Planetarum desumpta sunt, ex calculo Copernici.

DE VTILITATE ASTROLOGIAE, D. D. GEORGIVS CRACOVIVS POMERANVS, CONSILIARIVS Illustrissimi Principis Electoris AVGVSTI, SAXONIAE DVCIS, &c.



Insultant omnes, & dogmata uestra reprendunt,
Astrologi, uobis quæritur unde decus.
Efficitis'ne superstitiosos arte magistros?
Dij melius, nō est ulla super stitio.
Credite, quod non astra Deo, Deus imperat astris
Fata augere potest, tollere fata potest.
Derabit ars nulli, nulli hæc præcepta nocebunt
Quamuis euentum sint habitura suum.
Non est uana, sed ex Physicorum fontibus orta.
Quæq; monet, certa te ratione monet.
Huic iuuenes nauent operam, nihil obfuit olim.
Principibus summis, nec sibi obesse putent.
Hanc coluit sanctè gens antiquissima quondam
Aethiopum, Aethiopes gens benè nota Ioui.
Huius & Aegyptus fertur studiosa fuisse,
Ac summa hanc Libyeis discere cura fuit.
Nec puduit Græcos Astrorum noscere uires
Semper sideribus Græcia amica fuit.
Insita corporibus uis est cœlestibus, ergo
Si bona promittunt, posce, (feresq;) Deum.
Si mala coneris precibus remouere sacratis,
Fide Deo, nihil hic quod uerearis habes.
Asserimus non hæc esse irridenda, magisq;
Non contemnendum dicimus esse Deum.
Accipit ille preces, uotaq; thura piorum
Ferreq; promittit uelle rogatus opem.
Vtilis hæc ars est, uarios discernere mores
Tanquam oculis mores facta hominumq; notat.
Naturas hominum inter se differre uidemus,
Omnibus haud una est mens eadem q; uiris.
Diuitijs inhiant alij, uel rebus, auari,
A Ioue thesauri copia magna uenit.
Noui aliquos sibi non morbos accersere uictu,
Sed tanquam innatos hos retinere tamen.
Ingenia ut noscas simulataq; corda reuelat
Sit quis ut ingenio & moribus illa docet.
Ostendit simul incestus, fœdosq; furores,
Præsagit longo tempore quicquid aget.
Hæc prodit studium quondam scelerata patrandi,
Non poteris mores dissimulare tuos.
Pectora dura quidem sunt, quæ (ne rustica dicam)
Tollendam è medio funditus esse ferunt.
An quia non illi didicere, idcirco peritis
Sordeat a studio & reijcienda meo est?
Non ita. Nam ualeant, quibus hæc sordescere possit
Quæ non perspexit commoda, nemo probat.
Hinc tempestates dubio prædiscere Cœlo
Possumus, & dicere pluuiæ quando cadent.
Cum flabunt Austri & ueniet densissimus imber,
Discimus hinc magni fulmina dira Iouis.
Nec minus egregios soles, & aperta serena
Astrorum ex positu scire futura licet.
Prospicere & certis poteris cognoscere signis
Quando cum multa decidet imber aqua.
Et tibi naturæ licet hinc perdiscere mores
Quis Deus, hanc mundi temperet arte domum.
Hinc operis etiam faciendis accipis usus
Debebant nota hæc omnibus esse satis
Sed fugienda superstitio est, & reijce abusus
Quisquis es his studijs deditus ingenuus.
Quamuis affirment quod sis periturus in undis,
Non ideo hæc dubites uertere posse Deum.
Nam Deus est cuius sine fine potentia regnat,
Quia præstare potest quicquid in orbe cupit.
Morte Dei Christi fecit miracula, causa
Deliquij sine, Sol obtenebratus erat.
Non Iosue precibus Sol Cœlo fixus adhæsit?
Diffidis tibi quod pellere dura queat.
Non accepta tuis referas sic omnia stellis
Interea Christus posset ut ipse nihil.
Hoc Deus auertat, ualuisse haud credimus astra
Sic, possit non hæc ut uariare Deus.
Attrahitur Magnete uelut si ferrea massa est
Illi naturam hanc mens ueneranda dedit.
Si tamen huic cautus superilinis allia, ferrum
Non trahet, innata & uis uitiata iacet.
Sic potes innitens precibusq; & moribus, astra
Vincere, ut effectus non habuisse queant.
Agricola ut si non terram proscindat aratro,
Nil feret, & si non semina proijciat:
Sic si non precibus bona nos prædicta tuemur,
Est nihil, hæc Lector consule quæso bona.

FINIS.

ILLVSTRISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO AVGVSTO, DVCI SAXONIAE, SACRI ROMAni Imperij Archimarscallo & Electori, Landgrauio Thuringiæ, Marchioni Misniæ, & Burggrauio Magdeburgensi, Domino Suo Clementisſimo.



STROLOGIAM hodie uocant Mathematici, Illustrisſime Princeps Elector, doctrinam illam Physicam, quę uires stellarum ostendit, cognitas perpetua experientia, & Qualitates, temperamenta & inclinationes in Elementis & corporibus hominum, ortas à luce & motu stellarum, quibus Qualitatibus, temperamentis & inclinationibus, suæ quædam actiones respondent, nisi aut diuinitùs, aut alijs causis fortioribus impediantur. Ingeniosi enim homines nullis non seculis in corporibus cœlestibus duo obseruarunt maximè memorabilia, uidentes sidera illa, Planetas & inerrantes stellas, purisſimæ lucis, perpetuis circumferri gyrationibus, & Elementarem orbem radijs horum corporum moueri & collustrari. Experientia certè accurata, motus considerarunt uiri sapientes, non tantum orbium cœlestium, quibus non tantum quotidie ab ortu in occasum ferūtur sed proprio ab occasu in ortum quasi cōtraria lege, perpetua uicisſitudine & certisſimis periodis suum adsoluunt circulum, decurrentes per duodecim zodiaci dodecatemoria: Verum etiam de efficacia & uirtutibus siderum obseruationes diligenter collegerunt, cum hanc inferiorem Elementarem machinam, & animantia uarijs modis afficiant & disponant.

Quid sit Astrologia.

Quid obseruatum sit in corporibus cœlestibus.

Hinc diuersa doctrinarum genera exorta sunt, quorum prius est Mathematicum, alterum est Physicum. Prius describit corporum cœlestium motus, eorumq́ue uaria accidentia, magnitudines congressus & alia phænomena his similia. Posterius explicat uires & effectiones stellarum, quibus in natura Elementari & corporibus animantium mutationes cient & excitāt. Illud magnitudinem metitur corporum cœlestium, seriem, positum & distributionem orbium, quibus uehuntur, & quæ motuum rationem consequuntur accidentium & effectuum uarietatem & causas, momēta progresſuum ac tempora periodorum seu conuersionum perscrutatur: Hoc Physicum ex priore Mathematico oritur, & à consensu ac testimonijs perpetuæ experientiæ

Duo genera doctrinarū de corporib. cœlestibus.

Mathematica doctrina.

Physica cœli doctrina.

 declarat,

declarat, quæ luminis singularum stellarum sit uis & efficacia propria, quæ uarietas effectionum ex diuersa luminis proiectione, pro diuerso positu, assumit & mutuatur sua principia & fundamenta. Illud natura prius huic fundamenta præstruit, & exordium sumens ab eui dentissimis obseruationibus animaduersis legibus motuum, hypotheses statuit, quibus uelut pingantur & demonstrentur causæ motuum: Hoc uerò constitutam ac præscriptam motuum rationē, per experientiam absoluit, quæ sint uires & effectiones stellarum ostendit, adhibitis Physicarum rationum momentis & argumentis.

De nominibus utriusq; doctrinæ.

Hanc doctrinam, quæ olim uno nomine dicta est Astrologia, hodie uocabulis distinguunt artifices. Illam enim quæ de motibus, positu, magnitudine & configuratione siderum disputat & inquirit, uocant Astronomiam: Alteram, quæ effectus, uires & qualitates stellarum, perpetua experientia cognitas considerat, & inde causas, mutationum aëris, temperamentorū & inclinationum in corporibus hominum colligit, Astrologiam uocarunt. Et quidem hæ duę partes sideralis scientiæ, plurimum inter se differunt, ac prior hanc posteriorem naturæ ordine præcedit, hæc priorem tanquam effectus causam sequitur, cum de effectibus nihil prędici aut colligi posit, nisi aliquis motuum uarietatem, stellarum magnitudinem, posituḿq; cùm ad terram cùm ad se inuicem, probè cognita habeat. Ita Astrologia tanquam fundamento innititur Astronomiæ, & cognitione eius omnino requirit. Deinde manifestum est discrimen ratione originis. Prior enim originem sumit, ab apparentibus cœlestibus & eruditorum obseruationibus, ac per Geometriam & Arithmeticam absoluitur. Hęc ab experientia oritur, estq; pars eruditæ & ueræ Physiologiæ, quę ex remotioribus & cœlestibus causis Physicis, causas motuum & mutationum, in his inferioribus corporibus scrutatur, quas longinqua obseruatione, astrorum sciētia, uetustas ex effectibus rectè collectas, posteritate reliquit.

Astronomia quæ. Astrologia quæ sit.

De discrimine utriusq; doctrinæ.

Astrologiæ fundamentum est Astronomia.

De finali causa utriusq; doctrinæ.

Magnum etiam est discrimen, ratione causæ finalis. Illa enim requirit & explicat, stellarum motus, magnitudines, positus, congrèssus, distantiam à terra, & ad se inuicem, aliaq; his similia. Hęc uerò earundem qualitates, uires, effectiones & inde ortas mutationes in natura Elementari, quantum in hac naturæ imbecillitate fieri potest, inuestigat & prædicit. Hæc Astrologia, quæ ex perpetua sibi consentiente experientia, inquirit & patefacit uires & actiones stellarum, quas in hanc inferiorem exercent naturam, explicat & inquirit remotas & cœlestes causas mutationum, quæ accidunt naturæ Elementari, & ex Elementorum commixtione compositis, quatuor habet partes præcipuas: Vna agit de tempestatibus seu mutationibus aëris, & ijs, quæ

De partibus astrologicæ doctrinæ.

inde

inde consequuntur rebus, ut sunt salubritas uel pestilentia, annonæ copia uel penuria, &c. Altera est, de principijs, mutationibus, excidijs Imperiorum & urbium, in qua parte, pax, bellum, sectæ, Religiones & res gerendæ magnorum Principum describuntur. Tertia est de Electionibus in initijs operum aut actionum, ut commodo tempore, pharmacis, sectione uenæ & similibus rebus utamur. Quarta est de priuata cuiusque hominis uita, fortuna & conditione, quæ ad genitu-rarum iudicia refertur.

Ptolemæus duas tantum constituit partes, prædictionum Astronomicarum: unam uocat Vniuersalem, quæ regionum, gentium aut urbium qualitates indicat. Alteram nominat Particularem, quæ singulorum hominum fata considerat. Illa quidem explicat & prædicit accidentia, quæ totis regionibus & gentibus eueniunt, ut sunt, pestes, bella, rerum terra nascentium uberras & raritas, tempestates salutares, & insalutares, æstus inusitati, humidæ uel serenæ aëris constitutiones, & alia his similia. Hanc rursus diuidit artifex ille, in ἰδιωματικόν, id est, eam partem, quæ ex habitudine regionum ad Zodiacum, Solis ortum & occasum, item ex Planetarum qui partibus Signiferi præsunt, & stellarum familiaritate, gentium naturas, proprietates, ingenia, studia & mores exponit: Et συμπτωματικόν, quòd accidētia insignia & durabilia, quæ à causis efficacibus & uehementibus excitata, totas affligunt regiones, prædicit quorum quædam statis temporibus recurrunt, earundem causis scilicet redeuntibus, ut sunt pestes, bella, terræmotus, diluuia & similia: quædam uerò nullas habent certas euentuum periodos. Hæc omnia quomodo consideranda sint, docet erudite Ptolemæus libro secundo Quadripartiti.

Ptolemæi sententia de partitione Astrologiæ.

Quæ sit Astrologia uniuersalis iuxta Ptolemæum.

Hæc uerò, quæ est genethlialogica, considerat singulorum hominum fata, hoc est, temperamenta, & ea quæ inde sequuntur, qualia sunt, ingenia, inclinationes ad studia literarū, ad uirtutes & uitia, mores, morbi, uires diuersarum potentiarum animæ, & alia huius generis. Hanc diuidit in quatuor partes: quarum prima considerat, quæ partum hominis antecedunt: Secunda, quæ eundem partim antecedunt partim, partim etiam sequuntur. Tertia, ea quæ in ipso accidūt partu: Quarta ea prædicit, quæ partum tantum sequuntur, de quibus omnibus copiosè disserit Ptolemæus lib. 3. & 4. Quadripartiti.

De Astrologia Genethlialogica.

Partitio Ptolemaica Genethlialogicæ astrologiæ.

Hanc doctrinam, quæ pars est Physices, & cœlestes ac remotiores causas mutationum, in hac natura inferiori, euenientium, inuestigat, à primis obseruatam & posteris traditam parentibus, dubium non est. Cùm enim perspicerent, acutiore mentis acie, rerum cœlestium & Elementarium naturas, in toto mūdi Systemate, quàm nos quorum oculi uelut senum, in hac postrema ætate caligant; diligenter notarunt

Vnde orta sit Astrologia.

runt siderum substantias, ordinem, motus & periodos, hinc motibus obseruatis, & rectè constitutis temporibus conuersionum, naturas quoque uires & effectus scrutati sunt, Sympatiasque cum natura inferiore, qua lege cœlestibus inferiora cohæreant, quod cœlum uim motricem Elementis communicet, accuratè obseruarunt. Procedente uerò

Ex quibus causis Astrologia deprauata sit?

ætate, cum à maiorum uestigijs deflecterent homines nimis magna leuitate & petulātia, ut cætera diuino acumine eruta & sapienter constituta, uel neglecta uel deprauata sunt: Ita hęc pulcherrima & suauissima Physica corrupta est, abusu deformi & superstitioso, ac Diabolus autor omnium superstitionum iacta illa semina amplificare, nunquam destitit.

De caligine mentis nostræ, post lapsum, imprimis subsi nem mundi.

Etsi uerò ea, quæ à primis fuerunt obseruata & tradita Patribus amissa sint, & ingenij nostri acie nimis attenuata, non amplius stellarum penitiores naturas peruidere possimus: tamen nondum tota rerum natura mutata est. Cient, gubernant, & dirigunt mutationes stellæ in Elementari natura, eadem ui, qua initio, aut si languidiore, senescente ipsa mundi machina, non tamen ex toto mutata est natura, & in tanto languore nostræ mentis, tantum adhuc reliquum est nobis, ut effectus ex positu quouis stellarum colligere, & similes ex similib. constitutionibus ratiocinari & prędiceri liceat, qua in re, alius alio acutior esse potest & magis excellit in coniectando.

De certitudine Astrologiæ?

An sit aliqua certitudo Astrologiæ, sæpe quæri solet: Hic si per Astrologiam intelligimus, ut Veteres hac appellatione usi sunt uniuersam doctrinam, de cœlestium corporum motu, situ, distantia, quantitate, cunctis passionibus, effectibus & significationibus, quam eandem & Astronomiam uocarunt, de certitudine eius dubitari non potest. Cum uerò alteram duntaxat eius partem, quæ solos effectus siderum, & inde dependentes effectus considerat, intelligimus, de eius incertitudine multa obijci possunt. Sicut autem cognitio illa, quę motuum & configurationum certissimas inquirit leges, ab omnibus sanis uera esse iudicatur, & omnino cœci sunt illi, qui Siderum motus uanos esse opinantur: Ita rectè concludimus, effectuum obseruationem, ex astrorum positu, nequaquam esse reijciendam, quæ ex astris diligenter obseruatis, magna adhibita prudentia, etsi nō omnia, multa tamen probabiliter, de rebus futuris iudicat.

Quod sit aliqua Astronomiæ scientia et quidē certissima.

Est omnino aliqua Astronomiæ scientia, & quidē certissima, quotidiana id probante defectuum Solis & Lunæ experientia, & hæc quidem efficiens causa est Astrologiæ. Quis igitur de effectu seu euentu dubitabit, cùm ex ueris & firmis Astronomiæ fundamentis oriatur? Quam multa sunt experimenta, quæ indies ferè occurrunt, in ualetudine, animi affectionibus, in commodis aut incommodis, ex-

ternarum

ternarum rerum, quibus uis siderum innotescit, cū apud omnes, tum apud eos potissimùm, qui sui horoscopi aliorumq́ Significatorum progressiones, diligenter & cum iudicio obseruant. Imo tantum Diuinatricem partem ipsa confirmat experientia, sed etiam ex Physicis principijs, bona consequentia deductis, hypotheses sumit. Corrigitur præcepta, inde extructa, incerta, & totam doctrinam, penitus è sci entiarum numero, excludendam esse somniabimus? Quin potius, cū totius Astronomiæ usum nobis monstret, & utilitates in uita non contemnendas habeat, non scientiæ tantum, sed & artis nomen & titulum suæ possessionis iure meritissimo, uendicabit. *Astrologiam esse artem, rectè asseritur.*

Obijcitur hîc nobis, paucissimas esse demonstrationes, de effectio nibus siderum. Socrates de uniuersa sapientia humana inquit, hominesaut pauca, aut nihil scire, quorū alterū falsum est. Vult enim Deus, aliquā in mentibus hominum lucem esse reliquam, noticias numerorum, figurarum, Legum naturæ, Physicas multas. Etsi autem magna est infirmitas humanæ mentis, & facilis hallucinatio, multaq́ errata: tamen illæ noticiæ, quę diuinitùs monstratæ sunt, non sunt abijcien dæ, cùm talium etiam paucissimarum, si rectè excolantur, amplitudo sit maxima. Fatemur, de effectionibus stellarum, paucas esse demonstra tiones: Sed tamen ex his ipsis, cùm rectè euoluuntur, si dextrè & prudenter ad uitam accommodentur, ualde multa iudicari possunt. Ac licet sæpius fallamur, quàm in cęteris artibus: locum tamen suum tuetur ars diuinatrix. Quid homini est familiarius, quam hallucinari & errare? Sed manēt nihilominus aliquæ ueræ noticiæ, quas alij magis, alij minus dextrè, ad ea, de quibus iudicant, accommodant. *Obiectio de paucitate demonstrationū.* *Dignitas Noti tiarum in men te humana.*

Multiplex etiam utilitas est ASTROLOGIAE, quæ in hæc capita dirigi potest: PRIMVM enim pietati confert hæc doctrina, & in animis hominum ueras ac pias opiniones de Deo cōfirmat, per gradus, quasi à contemplatione naturæ deducens mentes ad cognitionem summi boni, esse nimirum æternum opificem & gubernatorem mundi, omniumq́ siderum, nosq́ ad Dei agnitionem & immortalitatem conditos esse. Cùm enim ex consideratione effectuum talium appareat, quàm pulchrè singula ordinata sint ad certum finem, conuincuntur animi, mundum non esse casu ortum, sed ab æterna quadam intelligente & omnipotente mente architectrice creatū, eiusq́ prouidentia & bonitate conseruari ac gubernari. Cùm igitur hæc harmonia pulcherrima, motuum & effectuum in inferioribus, Dei potentiam & prouidentiam summam prædicet, potentia Dei reuerentiam, sapientia admirationem, bonitas amorem in nobis excitare debet. An'ne satis magni momenti causa esse uidetur, cur hæc μαθησις non sit aspernanda? *De utilitatibus Astrologiæ.* *I. Prodest ad pietatem.*

II. Confert ad animi bona.

SECVNDA utilitas est, quod ad animi bona plurimum cōfert Astrologia. Nam & mores, & studia, in omni uitæ genere, melius regi poterunt, inspectis inclinationibus, ita, ut cùm cōsiderat aliquis, quæ sint ei à natura innatæ propensiones, cùm ad bona tum ad mala, bonas inclinationes, diuino inuocato auxilio, diligentia sua, adiuuādas esse, prauas uerò reprimendas meminerit. Quid magis est necessarium, & utile, quàm ueras sui temporamenti uidere causas, quo cognito, mores & studia rectiùs institui & gubernari est certissimum. Naturæ enim bona ex ipsa Crasi, cognita excitantur, fouentur & augentur: mala seu uitiosa diligenti institutione, & seuera disciplina, mitigantur, emendantur, & si non prorsus mutantur, tamen aliquo modo tolluntur, cohercentur & reprimuntur. Quin etiam ad hoc prodest nosse proprium temperamentum, ut ad quæ studia aptisimus, consideremus, ne inuita Minerua suscipiamus ea, quæ naturæ nostrę aduersantur, in quibus parum proficere possumus, aut inseliciter uersamur.

Causas temperamentorū monstr[illegible]gia.

III. Prodest ad corporis bona.

TERTIA utilitas est, quod confert ASTROLOGIA ad corporis bona, ad tuendam ualetudinem, ad uitādos aut certè morbos mitigandos. Cognito enim ex cœlesti constitutione, temperamento ac dispositione eius, ad hos illos uè morbos, permulta certè ex consilio Medicorum, intemperamentorum uitia corrigi possunt, aut saltem præcaueri, ut mala sint minus perniciosa. Temperamenti uerò bonitas custodiri, & tota diæta, seu ratio uictus salubris, secundùm electionis præscriptum institui potest. Annón de his futuris rebus, etiā pauca prospicere, & utile, & magnum est? Nec prorsus de nihilo dictum est:

Qui sapit, ille animum fortunæ præparat omni,
Præuisumq; potest arte leuare malum.

IIII. Confert ad fortunæ bona.

QVARTA utilitas est, quod ad fortunæ etiam bona, plurimū momenti habet ASTROLOGIA. Nam & ad rem familiarem prodest tuendam aut augendam, perspicere commoda sationis, messis, cedendi ligna, mactandi pecora, tempora, quæ & Agricolæ diligētiores & peritiores obseruant, præuidere etiam futuram frugum uel penuriā, uel ubertatem, nec non ad politicum statum adiumenti plurimū adfert, prænoscere annonæ copiam uel inopiam, futura bella, exundationes uel similes euentus. Deinde quis quæso ignorat, plurimos esse euentus, in priuata cuiusq; uita, multa pericula, multa etiam subita bona, quæ ut non sunt absolutè necessaria, ita sanè cum fructu præuideri possunt, ut præcaueantur aliqua ex parte, aut saltem, ut præuisa tela minus feriant, ne in aduersis improuisis, aut nimium perculsi animo, uel in secundis immodicè elati, contra officium faciamus.

Multa ex Astrologia præuideri possunt, quæ ad priuatam spectā. uitam.

Ita

Ita præuisio futurorum, ut Ptolemæus ait, animum componit, & moderatur, meditatione absentium tanquam præsentium, & ad excipienda futura, cum constantia & tranquillitate præparat. De tali usu Astrologiæ, sententia quinta sic loquitur Ptolemæus: Potest qui sciens est, multos stellarum effectus auertere, quando naturam earum nouerit, & se ipsum, ante euentum illorum præparare. Ac sententia octaua paulò pòst ait: Sapiens anima cõfert cœlesti operationi, sicut optimus agricola arando expurgandoq; confert naturæ. Huius consilij Ptolemaici, memores esse debent Astrophili, simulq; cogitãdum, plurimum promissis à cœlo bonis afferri posse adiumenti, optimarum rerum studijs, & honesta disciplina, imprimis uera pietate, cum solertes agricolæ, terræ uitijs edomitis, ad frugum ubertatem plurimum conferant, ut non solùm uberiores, uerum etiam pleniores fœtus proueniant.

De utilitate Astrologiæ elegans sententia Ptolemæi.

Etsi uerò hæc ærumnosa hominum natura, ingentibus prematur miserijs, & quidem multò pluribus, quàm quas astra denunciãt, nec sapiẽtia humana aut Philosophia nostra, omnes casus præuidere liceat, omniaq; pericula & mala depellere sit impossibile, sicut nec mors medicatione tolli potest, imo nec morbi omnes tolli possunt: tamẽ illud certum est, illa quæ præuisa sunt, minus lædere, repentina afficere grauius, & hominẽ, præcipuè uera Dei agnitione munitũ sese instruere posse, ad ea toleranda, quæ acerbiora & grauiora euentura sunt.

Non omnes casus & euentus præuidet Astrologia.

Fingat aliquis Astrologum, ex sua ipsius genitura, ob minacẽ Martis aspectum, & ex anni conuersione id præuidere, ut in ardentiores febres incidat. Hic solerti Medicorum opera, ante prouisa febris, uel omnino auerti, uel saltem magna ex parte leniri potest, ut cibis, potionibusq; frigidioribus diutius adhibitis, calor ille restinguatur. Quod si hosticus Saturni aspectus, perniciosorum humorum motũ denunciet, idq; per atram bilem seu Melancholiam, euenturum appareat, poteritne prudens Medicus, aridum frigidumq; humorem, humectis & calidis, certa mensura temperare? Atque hæc quidem auersio, non ijs solum, quæ ad morbos pertinent, uerùm in euitandis quoq; aut leniendis humanis casibus, momenti multum habet. Quare cum hæ utilitates Astrologiæ sint amplissimæ, artem admiremur, & de uero usu cogitemus, grati etiam Deo opifici sapientissimo esse debemus, qui cœlum tanta uarietate siderum nobis pinxit & sculpsit, ut ex hac mirabili scriptura, & perfectissimo uolumine, de maximis rebus erudiamur.

Exemplum de usu Astrologiæ.

Cœlum stellatum est perfectissimum uolumen sapientiæ diuinæ.

De EVENTV Astrologicarum prædictionum, improbamus illorum opinionem, qui astrorum significata sanciri existimant, inuiolabili & diuino quodam edicto & proposito, ut nulla uis obsistere ualeat,

Refutatio Stoicarum opinionum de euentu prædictionum.

ualeat, quin ita grassentur. Hac falsa Stoica persuasione, sæpe animi spe metuúe ex oraculis syderum, tãquam diuina uoce declaratis, non parum turbantur. Veræ sunt omninò & certæ prædictiones euentuum, ex motu positúq; siderum, nisi effectiones causæ partialis, alijs fortioribus impediantur: Astra enim non sunt integræ causæ actionum, nec prima causa, cõpedibus Stoicis uincta, Cœlo affigitur, quæ sæpius naturæ aduersatur, & infringit regulam:

Quomodo neræ et certæ sint prædictiones Astrologicæ

Fata regunt homines, certa stant omnia Lege.

De uoluntate humana.

Addimus & illud, quod uoluntas actionum Domina, præuisione futurorum, multa mutare, augere, sæpe tollere, corrigere & frenare posit. Affirmamus uoluntatem sua ui, posse retundere & cõpescere impulsus naturæ, & multa Astrorum monita euitare, tum uel maximè, cùm Dei auxilio, sese ad quoscunque casus animi instruunt. Ac Stoicis delirijs opponimus longè aliam regulam: Fata mouere Deus, tollere fata potest.

Regula opponenda Stoicis.

Hanc igitur sapientiam bonæ mentes perpetuò teneant: Deum non esse alligatum ad causas secundas, sed liberrimè flectere mentes hominum ad salutaria cõsilia, etiamsi naturæ inclinationes, astrorum positus terra minentur. Teneant & illud, uoluntatem hominis, cùm aut assentitur aut repugnat temperamentis, non cogi & impelli fatali lege ad actiones siue bonas siue malas, sed liberam esse, quæ sua ui ingenita, siderum uel optimas effectiones, tollere & corrumpere, uel tetras significationes impedire & corrigere posit. Quare cùm læta alicui Cœlum pollicetur, is instruat se ad moderationem, pia inuocatione, ac disciplina regat uitam & mores, ut fortunæ fauenti pietate & industria opem ferat, Deoq; autori omnium bonarum rerum, gratitudinem referat: Sin uerò tristia pollicetur, aspiciat cœlum ardentibus precibus, adiungat Deum rectorem, ut ipse nos gubernet, auertat aut mitiget mala, ipse etiam uires addat animo, ne oneri succumbamus, ut diligẽter malorum causas uitemus, & occasiones caueamus, ac tantò uigilantiùs omnia administremus, quãtò plus periculorum Astra denunciant. Hac ratione, Dei nimirum seria inuocatione, multa mala impendentia, uel declinari uel mitigari, posse, omnes fani intelligunt, & piorum hominum quotidiana experientia testatur.

Quòd Deus non sit alligatus ad causas secundas. Voluntas hamana non impelitur fatali lege ad actiones.

Refutanda est simul illorum calumnia, qui uel hoc nomine Astrologiam atrociter incusant, quod peccatorum & scelerum omniũ Deum autorem faciat, cùm ex siderum effectu, quorum Deus autor est, de prauis inclinationibus, & malis crasibus humanorum corporum, sæpe etiam distortis naturis, signa quædam præmonstret, & causas probabiles ostendat. Etsi uerò temperamenta hominum, potestate siderum temperari affirmet ars [illegible], & Neronis furores, Antonij libidines

Refutatio ca[illegible] ... De[illegible]

bidines præuideat Astrologus: tamen non omnes actiones & euentus hominum, ad sidera refert, quasi sint causæ talium motuum, qui ex Diaboli fraudibus & insidijs oriuntur.

Non omnes actiones & euentus hominum, ad sidera referri debent.

Iudicat Astrologia de illis inclinationibus, quæ per causas partiales excitatæ, temperamenti naturam comitari solent, non loquitur de illis motibus, qui propriè fiunt Deo impellente corda, aut quæ peculiariter ab humana uoluntate ac deliberatione suscipiuntur, nec denique de sceleribus illis, quibus miseræ hominum mentes, à Diabolo interdum implicantur. Intelligit Astrologus causarum in actionibus & euentibus diuersitatem: uidet Neronis furores non à temperamento tantum oriri, sed Diabolo impellente & uoluntate obtemperante, ac uel optimas naturas ruere in scelera horribiliter, & opprimi tristissimis casibus, ita ut causæ cœlestes nullæ monstrari possint, quæ ad Diabolum & hominis infirmam uoluntatem referri debent, cum gubernatore Spiritu Sancto excusso, & neglecta inuocatione, nec magna diligentia Satanæ insidiæ præcauentur, Tragicis malis implicantur homines.

De quibus inclinationib. iudicet Astrologia.

Pulchrum est dictom Ptolemæi: Astrologorum decreta non sunt prætoria. Talium enim hæc est natura, ut & euenire queant, & eas euenire, necesse non sit. Asserit & Sapientem astris dominari. Nos studijs, uiribus & actionibus, totiq; disciplinæ nostræ, addimus Inuocationem Dei, ut is stellarum Rector, nos quoq; regat Spiritu suo sancto, & Sanctis angelis custodiat, ne à pietatis curriculo unquam aberremus. Hac Piorum preces, non esse irritas certum est, de quibus eleganter cecinit P. M.

Ptolemæi dictum memorabile, de decretis Astrologicis.

Ipsa etiam quamuis Adamanti incisa feruntur,
Cum petimus, cedunt fata seuera Deo.
Nec Deus est numen Parcarum carcere clausum,
Quale putabatur Stoicus esse Deus.
Solares retinet currus, & flumina sistit,
Verus hic & liber, cunctipotensq; Deus.

De efficacia sanctarum precũ, contra Stoica paradoxa.

Hic fortaßis quæret aliquis, qui fit quæso, quod sæpe in iudicando hallucinatur Astrologia, & perpetua non est certitudo Diuinationum? Omnino maxima est diuinandi difficultas, & admodum prona ac lubrica uia est aberrandi, cùm magna sit uarietas & obscuritas causarum, uagusq; sit motus materiæ. Hinc difficile est cõstituere, utrum causæ, quæ de secuturo effectu spem faciunt, satis roboris habeãt ad effectum producendum, cùm illæ, quæ euentuum coniecturas suppeditant, tantum sint partiales, & contrarijs sæpe impediantur. Non semper Luna uel Tauri Hyades Pleiadesq; subiens, uel Nebulosas præteriens Cancri stellas, quibus Asellorum & Præsepis est nomen, pluuias cie[illegible]

De erroribus Astrologorũ.

Vnde sit difficultas prædictionum Astrologicarum.

De dissensione universalium & particularium causarum. Saepe universales & particulares causę inter se dissentiunt. Particulares felicia pollicentur. Vniuersales autem damna minantur, aut clades inferunt, quae cùm sint efficaciores, significata particularium causarum facilè elidunt. Sic uno die in praelijs multa millia pereunt, quorum fata sunt dissimilima. Saepe pestilentibus morbis conficiunt plurimi, quibus astra & aliae causae Physicę longam promittunt uitam. Quoties causae naturales suo modo agunt, ubi natura actionibus & uiribus aduersatur, quae cùm sit Elementaris, uaga & instabilis, leui momento impulsa, sine ordine fluctuat.

Deus saepe cursum naturae mutat. Saepe etiam cum nihil est erroris, in causarum naturalium serie, & materia non aduersatur causis, neque alia sunt fortiora impedimenta, Deus ipse cursum naturae multis modis mutat, & totum mundi corpus liberrimè gubernans, facit plurima contra causas secundas, impetrat causis secundis, & multa tristia mala, quae inuehunt causae naturales, immensa misericordia, ad piorum preces lenit & auertit. Ipse parens rerum, inenarrabili bonitate fouet, sustentat, protegit & defendit genus humanum, multa moderatur & depellit, quae sagacitate Astrologica explorari non possunt, totamque naturam saluti hominum propter Ecclesiam attemperat. Talia multa accidunt pijs, & impijs, quarum rerum significatrices & effectrices causae, naturales & ordinatae nullae antecesserunt. Saepe etiam Diabolus, natura rerum, ad perniciem generis humani sceleratè abutitur, & multa suis imposturis in ordine causarum turbat. Ex hac causarū uarietate, & actionum dissimilitudine, quam sit difficilè effectus diuinare, homines sani facilè intelligunt.

Diabolus saepe turbat naturā rerum.

Astrologorū dissimilitudo. His addimus & uatum considerationem, qui in indagatione causarum & interpretatione Signorum uersantur, in quorum numero alij, peculiari quodam ductu naturae, non solum euentus particulares artificiosissimè proferunt, sed penè momenta ipsa casuum, articulis temporum exactè definitis, collimant. Alij ipsa diuinandi arte rectè instructi, ridiculè falluntur & aberrant: alij uerò naturę dotibus & doctrina μαντικὰ excellentes, utrosque superant. Accedūt & aliae errorum causae & occasiones.

Contentio Astrologorū de constituēdo certo themate coeli, & motibus siderum. Quàm magna est controuersia, inter ipsos Astrologos, de constituendo themate natalicio, de stellarum quibusdā significationibus, de significatoribus eligendis, de motu Mercurij & Martis, alijsque rebus compluribus, quae in iudicando nonnunquam errores pariunt. Quid dicam de circumstantijs regionum, religionum, legum, morū, institutorum, parentum, commerciorum, educationis, temporum, locorum &c. quibus decreta siderum [illegible] necesse est. Quanta uis est libertas uoluntatis humanae in rebus ciuilibus? quanta rerum humanarum,

manarum, actionum, artium & casuum est uarietas. Sæpè etiam magna est inscitia, temeritas & negligentia multorum, qui iudicandi autoritatem sibi arrogant, & arte abutuntur. Quàm pauci illa integrè examinant, quæ ad effectus constituẽdos sunt necessaria? Non enim satis est, ipsam tantum considerare radicem Natiuitatis, sed & annuæ Reuolutiones addendæ sunt, Directiones ut uocant, progressiones, chronocratores, & alia plura usque ad finem uitæ, sine quibus certo aliquid prædici posse, artifices impossibile esse iudicant.

Etsi uerò hæc magna sint impedimenta uaticiniorum & effectuũ: tamen illas prędictiones artificum, ex Physicis causis & signis, aut firma aut probabili ratione contextas, suo loco & ordine, ueràs esse & euentu compleri sentiamus, eatenus, quatenus Deus totius opificij autor & gubernator, naturam ordine tenoreque à se constituto progredientem, sustentat & adiuuat, neque uel impedit; uel ab alijs causis impediri finit. Nec ex artificum erratis, artem ipsam & rerum certitudinem æstimemus. Manet natura rerum, manet certitudo sententiarum de natura, monstrata, inuenta & constituta diuinitus, utut nos hallucinemur, & opinionibus nostris fascinati, à scopo aberremus.

Quãdo et quomodo euentus respondeant prædictionibus

Sunt etiam Physica Astrologorum decreta, longè discernenda ab oraculis diuinis & malorum Spirituum. Deus enim per cœlestia uaticinia multa prædicit, promittit aut minatur, quæ sunt certissima & uerissima, cùm sit uerax, & seruans promissionum. Talia sunt quàm plurima, de Christi Redemptoris beneficijs, de Imperiorũ serie, Pseudoprophetis, pœnis & calamitatibus generis humani, de bonis Spiritualibus & corporalibus, quæ ita sunt intelligenda, ut à Deo reuelata & patefacta sunt. Sic Diaboli multa futura præuident, quæ ab ipso Diabolo, siue à superstitiosis conficta hominibus, omninò falsa & à ueritate aliena, rejcienda sunt.

De discriminẽ uaticiniorum:

Astrologi uerò, ex signis & causis naturalibus sensui obuijs, suas habent ratiocinationes & prædictiones, quæ sunt firmæ, & certas habent effectiones, necessitate Physica, non absoluta. Hæ diuinationes non sunt prohibitæ in sacris literis, cùm ex Physicis causis oriantur, imò mandatæ eo ipso, quòd pulcherrima cœli corpora, & signa nominantur, & in hunc finem condita sunt, ut aliquid moneant & designent. Ac uult Deus, ut homines astra intueantur, quibus solis mentem intelligentem indidit, oculos statura erecta attribuit, ut & horum mirandas uices, & δυνάμεις consideremus; ac cœlestiũ & inferiorum corporum sympathiam notemus, quæ ut magis innotescerent, cum primis parentibus hanc doctrinam tradidit Deus ipse: tum præstantia sæpe excitauit ingenia, quæ eam cognitionem restituerunt, correxerunt & [illegible] igitur diuina monumenta ipsam su-

Vnde sint Astrologorum prædictiones.

Deus uult nos astra intueri.

 perstitio-

perstitionem, cùm animi Astrologorum monitis firmiùs adh[ae]rescut, quam Deo & ipsius uerbo, aut ad Creaturas, relicto uero Deo, sese conuertunt.

De quæstione qua uirtute sidera afficiant terrena corpora. Nec illa quæstio est contemnenda, qua uirtute sidera afficiant terrena corpora, & quomodo agant in subiectam Elementarem materiam, cùm tanta sit Cœli & Terræ distantia? Certum est stellas efficaces esse, & quidem suam uim exercere, in hac machina Elementari, quæ suis orbibus includunt, & quotidiano periodicoque cursu ambiunt. *Similitudo notabilis.* Sicut enim nulla plantula, quanquã spreta, temerè nascitur, nulla non ad certos & magnos usus diuino consilio ordinata est, ut sæuissimi morbi, ope uulgarium rerum, maluæ aut arnoglossi depellantur: Ita rectè asserimus, & illa pulcherrima corpora, tãta arte facta, & motus tam certis legibus ordinatos, non frustra fulgere in firmamento, sed singulas suas aliquas habere effectiones.

Vnde sint effectus siderum. De radijs stellarum. Nota. Hi effectus stellarum primũ ex radijs oriuntur, qui proiecti in terram, ceu internuncij, deferunt emissam uirtutem, & reuerberati, rerum fultu siue duplicatione, inualescunt & terrena afficiunt, ita quidem, ut naturam suæ originis retineant & referant. Ac sicut Solis radij, nec lucent, nec calefaciunt, nisi replicentur, & quo propiùs restringuntur, eò uehementiùs agunt urendo: Ita tum demum & cæteri radij siderum, lumen suum explicant, & uim suam quasi inurunt, cùm ex allisu repercussi geminantur. *De uarietate lucis siderum.* Ipsa etiam uarietas lucis infinita, & singulis stellis propria, uires, per radios aëri impressas, dissimiles gignit, & diuersas effectiones constituit. *Motus siderũ.* Easdem uires radiorum motus uariat, non per se, sed per accidens, cui hoc debetur, quod quandoque propiùs, aut punctis uerticalibus admouentur Planetæ, aut ad terram subducti, ex propinquo fortiores aut rectiores infligunt radios, procul positi languidius operantur, aut ad ea signiferi deuehuntur loca, in quibus coniuncto præsidio, stellarum uires roborantur uel debilitantur.

De Commixtione radiorũ, & permutatione locorum. Sæpe etiam inter se radij miscẽtur, uariè permutatis locis, nec non corpus Solis oriens & occidens, aliàs atque aliàs stellas aufert secum, & alternis uicibus remittit. Quin & directi Planetæ, uires cursu suo incitant, fixo motu sistunt cùm sunt stationarij, ac retrogradi freno quasi iniecto reprimunt. Ita uis effectrix ex radijs tantum oritur, quã ut acuantur, aut impediantur, motus siderum efficit. Hinc satis liquido constat, quomodo & qua uirtute, hunc Elementarem orbem afficiant stellæ, unde & hoc colligi potest, nihil homine dignius esse diligenti effectuum obseruatione, quæ mirãda & diuina Dei opera considerat, & ex astrorum doctrina, motu, positu, configuratione, applicatione, ortu & occasu siderum, ex [illegible] tus colligit.

Po-

POSTREMO & hoc monendum est, nequaquam omnes euĕtus ad Astra referendos esse. Ac cst de actionibus humanis & euentibus loquimur, qui hominibus accidunt, causæ præcipuæ sex considerantur. 1. Voluntas hominis. 2. Temperamenta. 3. Astra. 4. Deus. 5. Diaboli. 6. Externa uiolentia, quæ uarias causas impulsionis habere potest Quod Paris abduxit Helenam, non est stellis tribuendū, Sed in utroq; uoluntas propriè causa est, & uoluotates accensas impellit Diabolus, quæ reuera sese frenare poterant. Temperamenta in multis manifestæ causæ sunt morborum & inclinationum, ut hi in quibus copiosa est atra bilis, natura sunt iracundiores, alij in quibus temperata crasis est, declinans ad Melancholiam, magis ad percipiendas artes sunt idonei. Etsi autem temperamenta aliquid sumunt à semine, hoc est, parentum referunt similitudinem: tamen uariari hæc plurimum à stellarum positu, manifestissimum est. Ideò sæpe etiam fratrum, etiamsi lineamentorum sit similitudo: tamen ingenia & mores plurimum differunt. Ac quanta sępe est dissimilitudo, parentum, liberorum & fratrum, ratione ingenij, morum, roboris corporū, &c. Sic & educatio & disciplina, in moribus & studijs magnam uarietatem afferunt.

An omnes euĕtus ad Astra referri debeant?

Sex causæ ex quibus pendēdæ in euentib. humanis.

Stellæ mutant hominum temperamenta.

Quàm multa sunt Dei beneficia peculiaria, in omniū hominū uita, ac præsertim piorū, ut quod Moses seruat, abiectus in aquas, Noah in diluuio, Daniel in fouea Leonum, quod Messias noster cruci affigitur, & à mortuis resurgit, &c. pro redemptione generis humani, Hæc & similia ad stellas referri non possunt, sed ex diuinis consilijs & actionibus proficiscuntur. Sæpe etiam inuocantibus opem fert Deus, cùm causæ secundæ nos deserunt, sæpe causas secundas mitigat, quæ tristes euentus minitantur. Sic primi parentes in Paradiso, per promissum semen recepti, & ex morte reuocati sunt, cùm omnibus secundis causis destituerentur. Ita cùm Mosen & populum educit per mare rubrum, cùm Iosuæ prælianti sistit Solem, cum Principibus Babyloniæ parcit flamma, manifestè opem fert suis, supra causas secundas.

Dei singularia beneficia.

Ac omninò hic honos Deo tribuendus est, ut statuamus eum & posse & uelle sæpe opitulari, etiam cùm à rerū natura deserti sumus. [illegible] cùm nos singuli experiamur, beneficia Dei prędicare nos decet, ut gloria Dni fiat conspectior, & collocetur ipse supra rerum naturam, omniaq; sidera, nec propter minas astrorum existimemus, Deum fatali necessitate, uelut carcere clausum teneri, & Astrorum minas mutari non posse.

Quis honos hic Deo tribuendus sit?


Quàm multi tetri impetus sunt à Diabolo, ut Neronis libidines. Etsi [illegible] humanę aliquo modo resistere potest: tamen

De potentia Diaboli. horribilis est potentia Diaboli, qui ad nefanda scelera impellit homines impios, quibus piæ mentes resistunt auxilio Dei, & uoluntate humana, quæ per Spiritum Sanctum Diaboli illecebris aduersatur.

Euentus sæpe ex causis externis oriuntur. Quin & multi sunt euentus, qui ex causis externis oriuntur, ut cùm multi, quorum dissimiles sunt naturæ, simul in uno prælio interficiuntur, aut contagio moriuntur, aut seditionibus impliciti simul opprimuntur. *Regula Ptolemæi.* De his regula tenenda est, quam Ptolemæus recitat: Vniuersales causæ potentiores sunt particularibus. Vt cùm uenenum in magnam aëris partem sparsum est, & aërem attrahunt multi dissimiles, pariter inficiuntur, etiamsi alij alijs sint uiuaciores, & diutiùs uixissent, si non aliunde uenenum potentius particularib. causis hausissent. Hæc causarum genera diligenter cogitanda sunt, ut consideremus, quæ iuuent, & quæ lędant, & quomodo pietate & industria iuuandæ sint bonæ causæ, & malæ uitandæ. Agnoscenda etiam est *De humana infirmitate.* humana infirmitas, cùm natura non solùm aut à uolũtate, aut à Deo, aut à nostris temperamentis & stellis regatur, sed etiã sæuissimis Tyrannis obnoxia sit Diabolo & alijs externis causis.

Hæc præfationis loco, de Astrologicis rebus, proponere uolui & nonnihil prolixiùs exponere, Illustrissime Princeps Elector, Domine Clementissimè, ac cùm sciam quam multi sinistrè nimis, prauis opinionibus fascinati, de his suauissimis studijs iudicent, nonnulli totam doctrinam Prædictionum condemnent, uideo diuinitus T. C. excitari ad excolendam, ornandam & propagandam hanc sapientiã, quæ omnibus nõ seculis, Heroicis uiris admirationi fuit. Hunc uerò laborem, quem in honorem scholasticorum, suscepi ante aliquot annos, & ex probatissimis artificum monumentis ueterum & recentiorum congessi in hunc ordinem, cœli studiosus, offero T. C. qua decet animi reuerentia & subiectione, ac suppliciter oro, ut huius suauissimæ sideralis scientiæ patrocinium suscipiat clementissimum, meaq; studia benignè & heroico pectore complectatur. Celebrauit antiquitas Orionem, Atlantem, Chironem, Orpheum, Herculem & alios, qui studiosè cœlum aspexerunt, cœlesti afflatu excitati motus obseruarunt, & posteris tradiderunt, quorum deinde nomina ad declarandam gratitudinem, stellis & integris asterismis insculpta sunt. Pergat *Iohannes Garcæus.* T. C. in prouehendis & ornandis studijs optimarum rerum, & expectet immortalem laudem omnium honorum, & gratitudinem cum in hac uita, tum in cœlesti Academia. Bene T. C. ualeat in Christo Michaële nostro inuictissimo, supremo omnium siderum gubernatore, cui inclytam Septemuiralem Saxoniæ domum commendo. Ex noua arce Brenni, Anno Messiæ 1570. sub initium dierum Canicularium.

ALIVD THEMA COELI, QVOD NONNVLLI TRIBVVNT INVICTISSIMO IMPERATORI MAXIMILIANO II.



INDEX LOCVPLETISSIMVS AC VTILISS. IN IOHANNIS GARCAEI METHODVM PTOLEMAICAE DOCTRINAE,

omnium Planetarum, Signorum cœlestium, Stellarum fixarum, qualitatum, proprietatum, constellationum præsignificationum, Aphorismorum, Regionum & urbium, Cœlestibus signis subiectarũ, thematum cœlestium & Geniturarum tam Illustrium Principum & Heroum, quàm uirorum Doctorum & aliorum: qui uel nostro, uel alio tempore uixerunt: ita ut LECTOR facillimè rem quamlibet in promptu habeat.

'Ax'

B

brixiam

deus

E

F

felicem

G

I

 tio

inte

luxu-

maxi-

miseria

O

orga-

Q

R

 lus

sane-

subtra-

V

FINIS INDICIS.

PSALMO CXXXVI.

CONfitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius.

Qui facit Cœlos in ſapientia ſua, quoniam in ſeculum miſericordia eius.

Qui firmauit terram ſuper aquas: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

Qui fecit luminaria magna: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

Solem in dominium diei: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

Lunam & Stellas in dominium noctis: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

Huius Operis Signaturarum ſeries.

Index cum Præfatione a b c d e. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll.
In Calendario Schreckenfuchſij AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG HHH III KKK LLL: Inſtrumentorum ſignatura eſt MMM NNN OOO PPP QQQ RRR SSS, deniq; Indices Calendariorum ſcindæ, & quemlibet ad ſuum inſtrumentum redige.

IOHANNIS GARCAEI ASTROLOGIA, GENETLIA, LOGICA.

PRAEFATIVNCVLA.



INFINITA sunt testimonia, quæ in tota rerum machina testimonium dicunt, esse aliquam prouidentiam seu mentem diuinam architectricem, quæ certis legibus omnia moderetur, seruet & gubernet, ut uel oculis & manibus conuincantur, oculari demonstratione, esse Deum opificem & sapientissimum artificem, qui hominem propter se ad sui imaginem condiderit, totam uerò rerum naturam, ut homini seruiat, & de ipso parente testimonium dicat.

Prouidentiam esse infinita do[...]

Inter hæc τεκμήρια, unum ex præcipuis est DIVINATIONVM doctrina, homini naturaliter insita, ueræ particula diuinitatis, quæ est præsensio futurorum, & scientia in animis hominum, quà ex naturæ propensione & occulta uirtute, quæ ratione & arte progreditur, obseruantur & notantur signa, causæque in natura, & ex his res futuræ colliguntur & obnuntiantur. Hæc doctrina & excellens illud lumē, implantatum naturæ rationali, & accensum in primorum parentum animis, diuinæ sapientiæ radijs, ut propagaretur, & æternæ lucis testimoniū esset, ante lapsum certas habuit causas & euentus, ac si homines non fuissent lapsi, sine coniecturis, signa, quæ in hunc finem condita sunt & oculis proposita, ut designent aliquid & moneant homines, intellexissemus.

Doctrina diuinationum, probat esse Deū.

Quāta fuisset excellentia diuinandi in hominib sine cōiecturis, si Adā non fuisset lapsus.

Lapsu autem primorum parentum, obscurato hoc lumine & obfuscatis illis pulcherrimis radijs sapientiæ Diuinæ, naturam nunc hebetata mentis acie, ceu Solis faciem per densas nubes, aut atras in aëre nebulas, contuemur. Paucissima nunc assequimur signa, paucorum causas uidemus, & in effectibus colligendis, plurimū hallucinamur. Has tenebras & pœnas peccati, multa alia ingētia mala subsecuta sunt.

Quomodo nūc contemplemur naturam.

Homo enim non tantum metu signorum perpetuo sese excruciat, sed etiam nimia quadam superstitione, immenso desiderio, futuros euentus uel secundos, uel aduersos, inuestigare & præuidere conatur. Ac natura omnes homines sese saluos & incolumes esse cupiūt, & aduersa quæ sunt, omnesque animi perturbationes, perpetuo res secundas experentes, abominantur. Ex hac sollicitudine rerū futurarum, inter spem & metum hærentibus animis, Diuinationes inualuerunt apud omnes gentes, & ubique locorum, ac cum imbecillitas hic animorum & sensuum sit maxima, mox malum auxit diabolus omni tempore, qui ut immani superbia & horribile odio DEI, primos parentes, sapientiæ Diuinæ promisso, euertit, & æternis inuoluit tenebris. Ita ut scintillulam ueri DEI & ueræ noticiæ ipsius prorsus extingueret, & à DEO homines abduceret, idolis, falsis cultibus & Sacrificijs perfecit, ut rebus creatis abuterentur, & uel significationes eis affingerent, certorum euentuum contra naturæ ordinem, uel nouas uires se ijsdem inducere, naturis rerum mutatis, opinarentur, & ut imposturæ maiorem haberent admirationem, coniecturas suas euentu comprobauit, contemptas durissimè ultus est.

Hominis sollicitudo, de euentu rerum.

Vnde corruptę Diuinatio-nū natæ sint.

Hac ratione diabolus utram diuinandi rationem statim corrupit, ac ut prorsus mentes abstraherentur à uero DEO, non solùm medijs naturalibus usus est, sed ipse etiam certos homines obsessos agitauit, ut uelut afflati uaticinia ederent, & oracula cauernis & templis Idolatricis, miraculis additis, proferrent, dementatis hominibus hinc creuit Satanæ potentia, ut furibundi de euentibus & omnib. actionibus, in tota uita, Spiritus fatidicos consulerent.

Nō omne Prædictionum genus est reijciendum.

Etsi uerò tetros & horrendos admodum furores miscuit Diabolus, & ueram diuinandi rationem corrupit: non tamen omne Prædictionum genus promiscuè est reijciendum & damnandum. An non esset impietas contumeliosa in Deum, præstigiarum causa, quas operi diuino aspersit Diabolus, aut derogare fidem Propheticis testimonijs, aut negare, quæ in natura causas habent manifestas, & ita condita sunt, ut uel præsagiant futura, eaq́ præsensione homines de ijsdem commonefaciant, uel signa rerum futurarum ordine & lege naturæ suę æstimanda & iudicanda, hominibus exhibeant.

De discrimine prædictionū.

Piè autem & prudenter secernendæ sunt Prædictiones diuinæ, & ordinatæ siue Physicæ, à superstitiosis, quæ à diabolo autore & patre mendaciorum & corruptelarum proficiscuntur. Illas quidem retineamus & excolamus, ac gratias agamus DEO, quod aliquam scintillulam huius lucis in natura reliquam esse uoluit, quam in nobis radijs suæ sapientiæ augeat, ut in cognitione naturæ proficiamus etiam in hac uita: hanc uerò Dæmonum impiam & superstitiosam uaticinandi artem, toto pectore execremur, nec exquiramus aut perscrutemur, quæ DEVS præsciri noluit, simulq́ fideliter officia uocationis faciamus, & exitum unico & uero DEO commendemus.

Impias uaticinandi diabolicas artes pij detestentur.

De quatuor generibus Diuinationum.

Cùm uerò uerbum diuinitus patefactum intuemur, & consideramus res conditas à DEO, quas condiderit, & ad quos usus singula deputarit, quæ inspici ac considerari, quæ nō obseruari uelit, quæ ordini diuino aspersit Diabolus, ut ueris sententijs excussis, tātum meris labyrinthis inuolueretur doctrina, quatuor genera Diuinationum nobis occurrunt.

Primum genus est, Propheticorū oraculorū.

Primum est PROPHETICVM, quod in Ecclesia DEI instinctu afflatuq́ Spiritus Sancti funditur, qui per Sanctos homines locutus est. Huc referenda sunt omnia uaticinia ueteris & noui Testamenti. In nouo enim multa edita sunt à Christo & Apostolis, de calamitatibus & afflictionibus Ecclesiæ in hac uita, de regno Antichristi, de signis præcessuris nouissimum diem, de æterna & beata uita Electorum, & similia. Vetus Testamentum plura habet, de duratione & diuersa gubernatione, ac differentibus statibus & fatali mutatione mundi, de Imperijs, de mutationibus, ruinis & collisionibus regnorum, de aduentu Messiæ passione ipsius & resurrectione, de collectione Ecclesiæ ex Iudæis & gentibus, de politia Iudaica, & mutatione ac interitu Reipublicæ Israeliticæ. &c.

De cōtinua successione Prophetarum.

Erant enim in illo populo seminis Abrahæ, cōtinua successione uiri heroici Prophetæ, qui diuinitus instructi donis Spiritus Sancti peculiaribus, non docebant solum & peccata arguebant, sed uaticinabantur simul de uenturo Christo liberatore, gubernabant piorum Regum consilia, impijsq́ propter hominum peccata, clades denunciabant. Eadem conditio fuit Apostolorum: sed hoc differebant à Prophetis, quod exhibitum Christū nunciabant, utriq́ populo Ethnico & Iudaico, & nullis mandatis de ciuili gubernatione instructi erant. Vtriq́ eadem uocationis & doctrinæ testimonia habebant, nimirum multiplicia miracula, & exactissimum consensum doctrinæ suæ ac uaticiniorū, cum patefactis antea testimonijs de uno uero DEO, eiusq́ essentia ac uoluntate, & ueris cultibus, quę nota uel sola semper ueros Doctores & Pseudoprophetas discernit.

Differentia inter Prophetas, & Apostolos.

II. Genus Diuinationū, Diabolicum.

SECVNDVM genus est DIABOLICVM, sunt autem Dæmonum uaticinia, quæ uel expresso DEI mandato sancita, uel cœlestibus testimonijs, aut exemplis sacræ scripturæ approbata non sunt, uel nullas in natura causas habent, siue immediatè à diabolo profecta, & cum manifesta impietate coniuncta, siue ex sola nata superstitione

tione & errore recepta atq; usurpata, & usu temporis confirmata sunt.

Tales prædictiones omnes, cuiuscunq; sunt generis, generalibus primæ tabulæ mandatis prohibentur. Non habebis Deos alienos coram me. Non assumes nomen Domini Dei tui in uanum. Extant etiam peculiares prohibitiones, & seuera interdicta, quibus horrendorum suppliciorum comminationes coniunctæ sunt.

Quod Deus non uelit nos abuti Creaturis ad peregrinum finem.

Etenim non uult DEVS nos abuti creaturis ad alium finem non ab ipso ordinatum, uel tribuere creaturis, quæ soli DEO debentur, uel fingere aut constituere arbitrio nostro, quæ in naturis condita & expressa non sunt. Multò minus uult nos pacisci cum hostibus suis Diabolis, de patefactione aut communicatione futurorum, aut quouis modo sciscitari ex illis occulta, aut quærere uel petere auxilia, consilia, defensiones, remedia morborum, liberationes ex periculis, læsiones aliorum aut similia. Et uehementem iram suam aduersus eos, qui uel consilijs, opera, ductu, patefactionibus Diaboli utuntur, in quemcunq; finem, uel se dæmonibus tanquā mancipia agitandos, aut tanquam organa ad scelerum executionem usurpandos dedunt, atrocissimis & tristissimis pœnis declarauit.

Vnde sint natæ superstitiosa oracula.

Quicquid huius generis Diuinationum unquam fuit, id omne uel Diabolus excitauit ac protulit, aut ipse, aut per afflatos, obsessos & raptos extra sese, uel homines, postquam amiserunt cœlestia oracula, de uero cultu DEI, superstitione ex patura post lapsum deprauatione propagata, aut prestigijs decepti Diabolicis, pepererunt atq; inuexerunt, Diabolus uero auxit & stabiliuit.

III. Genus Diuinationū, populare.

TERTIVM est populare uel plebeium. Est enim imperitis & uulgo in usu, qui non inquisitis sollicitè causis euentuum in natura, nec considerato signorum cum rebus significatis consensu, ex ijs solum, quæ ut plurimum eodem modo euenire, ijsdem antegressis signis, animaduerterunt ac notarūt, artem effecerunt, & regulas Canonicas constituerunt quibus prædictiones experientia compertas, de tempestatum Cœliq; conuersionibus ac commutationibus, de frugum & fructuum prouentu, de ubertate uel caritate annonæ, de aëris salubritate uel infectionibus, de externorum hostium incursionibus sæpe satis feliciter diuinant.

Oracula plebeia Idiotis nota

Vnde sint hæc oracula.

Eius generis ualde multa passim occurrunt & nota sunt uel Idiotis. Ex aëris constitutione, quæ incidit in diem Medardi aut circiter, de tota messis tempestate: Ex ea quæ Vrbani die contingit, de Vindemia coniecturas faciunt, quæ etsi non exactè cum euentu congruant, raro tamen prorsus aberrant. Quicquid huius generis diuinationum superstitione uacat, id ex consentientibus inter se plurimorum annorum euentibus, quos causæ Physicæ pepererunt, natum est. Neq; enim statis temporibus recurrerent, neq; uno modo, ut maximè antecedentibus signis responderent, nisi à certis & ordinaris causis gignerentur & ordinarentur.

Hæ quanquā in conspectu non sunt omnibus, nec cum peruestigatæ sunt, à quouis intelliguntur, neque effectus similes quouis anno procreant: tamen à syderum uirtute pendent & efficacia, consensuque inter se eorundem miro ac pene diuino.

Quod interdū hæc oracula fallant, et quibus de causis.

Neq; ideo aut nullæ sunt, aut ratione carent hæ prædictiones, quod quandoq; fallunt. Id enim mirum non est, cum & materia Elementaris, incerta admodum & uagis atq; instabilibus agitetur motibus, aliæq; causæ interdum accedant, quæ actionibus priorum uel miscent sese uel aduersantur.

De ultimo genere Diuinandi, Physico scilicet.

QVARTVM genus est PHYSICVM. Dicuntur autem Physicæ prædictiones, quæ à causis signisq; in natura diuinitùs ordinatis sumūtur, quæ signa sunt aut causæ, aut effectus, aut proprietates quæ ordine naturæ causas aut effectus consequuntur. Condidit enim DEVS naturam eo modo, ut singulis rebus mirandas ac peculiares uires, certarum actionum effectrices indiderit. His actionibus & effectus certi & alia accidentia, lege quadam naturæ respondent: imò præter causas & effectus sunt plurima in uniuersa natura, quæ diuinitùs ad hoc condita sunt, ut uel præsignificent aliquid, uel de ignotis & cognitu tamen necessarijs erudiant homines, sintq; uelut uestigia sensibus obuia, quæ deducant oculos & animos, ad re-

Vires singulis rebus impressæ diuinitus.

rum

rum ipsarum, procul ex conspectu amotarum & abditarum, inspectionem.

Quod in natura rerum sit, horum contemplatio non sit illicita.

Horum signorum contemplatio, obseruatio & diligens pensitatio, nequaquam Legi DEI aduersatur, neque DEO displicet: sed est consideratio diuini operis atque ordinis, miranda arte, ad idæam, quam antea in mente sua DEVS præformarat, effecti atque conformati, necessaria homini in tota uita, multis de causis.

Diuinationes physicæ sunt diuinæ.

Ac sicut diuinationes diuinæ siue Propheticæ, certa & indubitata habent testimonia, quæ immediatè à DEO illas proficisci, necessario conuincunt animos: Ita hanc quoque & diuinam esse, & concedi approbari & præcipi, imò diuinitus requiri, tota rerum creatio, euidentissimè probat & testatur.

Cur tanta sapientia tam pulcherrimum mundi domicilium fabricatum sit.

Anno à ex arcana sede sua prodiens, æternus, uerus & unicus Deus, hoc plurimum mundi domicilium, tanta sapientia fabricauit, tantaque rerum uarietate compleuit atque exornauit, ut ceu theatrum exquisitissima arte elaboratum & expolitum, sapientiam artificis oculis contuendam proponeret: hominem uerò à quo agnosci & celebrari uoluit, tanta mentis perspicacitate, oculis aliisque donis instruxit, ut cum oculis animoque obtensum perlustraret cœlum, reliquasque mundi partes, acie ipsum euolueret, de Architecti immensa & infinita omnipotentia, sapientia, bonitate, misericordia, iustitia, deque perpetua eius præsentia, & inexhausto erga genus humanum amore cogitaret.

Vita hominis Philosophica.

Ac si in primis homo uestigiis perstitisset, & acceptas in Creatione dotes retinuisset, quid quæso aliud hominum uita fuisset, quam talis Philosophia, quæ perpetua gratiarum actione & inuocatione DEVM, & uerbo sua uoce tradito & hac rerum Creatione patefactum, coluisset, celebrasset ac collaudasset? Quanquam autem hebetata sit mentis acies, adeo ut antequam amplius in naturas rerum penetret, imo uix externas species quomodocunque assequatur & intelligat: Vult tamen etiam nunc aspici naturam DEVS, & sapientiæ suæ, bonitatis, & prouidentiæ testimonia, inquiri & erui.

Quod Deus uelit aspici naturam etiam post lapsum.

Et quamuis quædam sunt incerta, propter mentis imbecillitatem & caliginem, quæ uelut umbræ & idola facile euanescunt: tamen è diuerso plurima sunt certa, & perpetua consentiente experientia nota esse uoluit DEVS, quæ uel negare, uel cauillari, extremæ est dementiæ.

Alia oracula Physica sunt certa, alia incerta.

Quæ igitur in qualibet arte, uera & certa sunt, seu ex principiis aliisue demonstrationibus & experientia, ea sciamus esse donum DEI, communicatum singulari beneficio diuinitus, quod calumniis deformare, impium est.

Vera & certa doctrina de rerum natura est donum Dei.

Huic generi annumeramus ASTROLOGIAM, quæ ex Physicis rationibus Astrorum positus considerans, de temperamento corporum, moribus, affectibus, artibus ualetudine & similibus rebus significationes colligit. Docuit enim Patres & posteros ipsorum, longa experientia, in ista ætate longæua constitutionem cœlestium corporum, pro naturali insita inclinatione, aut fausta quædam polliceri, & ui sua natiua accelerare & promouere, aut incommoda portendere, & tristes casus aut pericula minitari.

Ad quod genus Prædictionum referenda sit Astrologia. Experientia patres erudiit de effectu syderum.

Astra igitur aspici uoluit DEVS, uoluit & horum mirandas effectiones considerari, & cœlestium ac inferiorum corporum συμπάθειαν notari. Idcirco oculos condidit, ut duces nobis essent in cœli contemplatione. Et quanquam obscurior est natura, ideoque & difficilior obseruatio & inquisitio corporum cœlestium: tamen animaduersione longa & diligenti, effectus syderum innotuerunt generi humano, qui ut noti essent, cum primis parentibus eam declarauit DEVS, à quibus manauit & transiit ad posteros, tum præstantia sæpe ingenia excitauit, quæ eam cognitionem restituerunt, correxerunt & illustrarunt.

Oculos cur hominibus dederit Deus. Diuinationum doctrina reuelata est diuinitus.

Ex Astris ergo, prædictiones Astrologicas instituimus, de temperamentis, inclinationibus uoluntatis & temperamentorum effectibus, quos uel ut causæ inuehunt Planetæ & fixæ, uel ut signa denotant, uel ut effectus causæ cœlestes gignunt, ordine diuinitus sancito.

Quales prædictiones ex Astris instituantur.

His

His decretis stellatum & signorum, non tribuimus, præ totam potestatem, quorum quidem ea est natura, ut pœna statim luenda sit ijs, qui non paruerint: nec Stoicam necessitatem, quasi euentorum præsignificatio & præmonstratio, ita cum euentibus copulata & colligata sit, ut ijdem necessario attrahantur, & frustra speretur euenturum aliud, quàm promulgatum sit.

Qualis potestas his decretis tribuēda sit.

Nam ne fiant mala, ab Astris decreta, cum cauendo declinandoq́, tum naturam earum intelligendo: & contra, ut bona eueniant, in eorum curā & studium incumbendo, præstare possumus, præsertim si regamus nosmetipsos diligentia homine digna, & à Spiritu Sancto duci ac gubernari, ac à sanctis Angeli nos propter æternum Filium Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, custodiri, à DEO æterno Patte Domini nostri IESV CHRISTI, ardenter & assiduè petamus.

De bonis & malis euentib.

Cum uerò nulla est spes effugiendi & eu tandi intentata & præmonstrata à Physicis causis incommoda: hoc tamen præstari potest, ut cum excipiendis ac tolletandis illis, nos præparemus, constantia, fortitudine & spe auxilij cœlestis, tum ut in DEI tutelam & patrocinium totos nos plena fiducia collocemus ac commendemus. Quæ enim præuisa sunt & ante cogitata, nec tantum secum impetus adferunt ac nouitatis, & minus grauia sunt, minusq́ tolleratu difficilia: cum è cōtrario, quę repente & prætet spem obijciuntur, concutiant ac turbent mentem, animiq́ uires prosternant.

Lecula præuisa minus feriunt.

De hac utilitate prænotionum Astrologicarum rectè Ptolemæus dixit: Potest qui sciens est, multos stellarum effectus auertere, quando naturam earum cognitam habet, seque antequam effectus ipsi sequantur, præparare & munire. Et alibi inquit: Præuisio assuefacit & moderatur animum meditatione absentium, ut præsentium, & præparat ad excipienda futura cum tranquillitate & constantia. Hæc initio de differentijs Diuinationum considerabunt studiosi. Nunc ad Methodum Ptolæmaicam felici sydere accedemus.

Ptolemæi iudicium, de utilitate Astrologicarum prædictionum.

CANON GENERALIS PRAECIPVARVM STELLARVM INERRANtium, siue Affixarum, exhibens Longitudines, Latitudines, Declinationes, Ascensiones rectas, nec non magnitudine & naturas stellarum, per uerificationem ad annum Messiae M. D. [illegible].

NOMINA STELLARVM FIXARVM.	Longitu. Par.	1.	Signa	Latitudo Par.	1.	Denominat	Declinat. Par.	1.	Denominat	Magnitu.	Ascensio recta.		Natura stellarum	Arcu ecli. rect. ascē.		Sign. zodi.
Cornu Arietis praecedēs.	27	40	♈	7	20	S.	17	29	S.	2	22	55	♂ ♄	24	55	♉
Dexter humerus Cephei	7	40	♈	69	0	S.	61	6	S.	3	317	15	♄ ♃	14	47	♒
Extrema Eridani.	21	10	♈	53	30	M.	40	41	M.	1	43	0	♄ ♀	15	[illegible]	♉
Andromedae scapulum.	16	20	♈	29	30	S.	28	50	S.	3	9	33	♀	4	58	♈
Andromedae Cingulum.	24	50	♈	26	30	S.	33	58	S.	3	11	38	♀	12	40	♈
Dextrum latus Persei.	25	50	♉	30	0	S.	48	4	S.	2	43	17	♄ ♃	15	38	♉
Caput Algol.	20	40	♉	23	0	S.	39	55	S.	2	40	28	♄ ♃	12	57	♉
Vergiliarum Australior.	23	29	♉	4	30	S.	23	1	S.	5	49	42	♂ ☽	22	8	♉
Pleiadum Borealior.	23	10	♉	4	30	S.	23	5	S.	5	49	29	♂ ☽	21	55	♉
Pollicium.	2	50	♊	2	0	M.	18	47	S.	3	61	10	♂	3	13	♊
Humerus dext. Orionis.	23	0	♊	17	0	M.	6	20	S.	1	83	16	♂ ☿	23	50	♊
Humerus sinist. Orionis.	11	20	♊	17	30	M.	4	49	S.	2	72	10	♂ ☿	13	34	♊
Aurigae humerus dexter	23	50	♊	20	0	S.	43	17	S.	2	82	1	♂ ☿	22	41	♊
Hircus sinister	16	0	♊	22	30	S.	45	5	S.	1	71	33	♂ ☿	13	0	♊
Haedorum praecedens.	13	10	♊	18	0	S.	40	13	S.	4	68	51	♂ ☿	10	28	♊
Haedorum sequens.	13	0	♊	18	0	S.	40	12	S.	4	68	39	♂ ☿	10	17	♊
Sinister pes Orionis.	10	10	♊	31	30	M.	9	12	M.	1	72	56	♃ ♄	11	56	♊
Cynosura.	21	10	♊	66	0	S.	88	24	S.	3	5	2	♄ ♀	5	30	♈
Cinguli Orionis media.	18	20	♊	24	50	M.	1	48	M.	2	79	25	♄ ♃	20	17	♊
Canopus in Argo.	8	10	♋	75	0	M.	51	38	M.	1	93	24	♄ ♃	3	7	♋
Sirius siue Canis maior.	8	40	♋	39	10	M.	15	55	M.	1	98	58	♃ ♂	6	28	♋
Procyon.	20	10	♋	16	0	M.	6	7	S.	1	109	28	♂	17	58	♋
Apollo caput II praeced.	14	20	♋	9	40	S.	32	18	S.	2	106	47	☿	15	28	♋
Hercules sequens.	17	40	♋	6	15	S.	28	29	S.	2	110	4	♂	18	32	♋
Asellus Borealis.	1	20	♌	2	40	S.	22	28	S.	4	124	13	♂ ☉	1	58	♌
Asellus Australis.	2	19	♌	0	10	M.	19	29	S.	4	124	34	♂ ☽	2	18	♌
Praesepe.	1	10	♌	0	40	S.	19	56	S.	neb.	123	21	♂ ☽	1	8	♌
Humerus ursae maioris.	11	40	♌	49	0	S.	62	32	S.	2	161	7	♂	9	33	♍
Lucida Hydrae.	21	0	♌	20	30	M.	4	58	M.	2	138	24	♄ ♂	15	56	♌
Regulus.	23	30	♌	0	10	S.	13	51	S.	1	145	53	♃ ♂	23	34	♌
Leonis ceruix.	23	10	♌	8	30	S.	21	49	S.	2	148	30	♄	26	16	♌
Leonis cauda.	15	30	♍	11	50	S.	16	36	S.	1	171	24	♄ ♀	20	39	♍
Media caudae ursae maio	9	0	♍	55	30	S.	56	55	S.	2	195	13	♂	16	31	♎
Praeuindemiatrix. (ris.	3	10	♎	15	10	S.	12	38	S.	3	189	2	♄ ♀	9	50	♎
Sinister humerus Bootis.	10	40	♎	49	0	S.	40	6	S.	3	212	35	♄ ☿	4	52	♏
Corui rostrum.	6	20	♎	21	40	M.	22	18	M.	3	176	43	♄	26	26	♍
Arcturus.	18	0	♎	21	30	S.	22	0	S.	1	209	1	♂ ♃	1	10	♏
Spica Virginis.	17	40	♎	2	0	M.	8	48	M.	1	195	51	♂ ♀	17	12	♎
Frontis Scorpii media.	26	40	♏	1	40	M.	21	3	M.	3	233	57	♂ P. ♄	26	1[illegible]	♏
Lances chelis Austral.	9	0	♏	0	40	S.	13	52	M.	2	216	49	♄ P. ♂	9	13	♏
Lances chelis Borealis	13	10	♏	8	30	S.	7	41	M.	2	223	17	♃ ☿	15	46	♏
Palma Ophiu bi.	27	0	♏	12	30	S.	8	18	M.	3	237	21	♄ ♀	29	34	♏
Lucida Coronae. Gnossia	5	40	♏	44	30	S.	28	31	S.	2	228	45	♀ ☿	21	45	♏
Cor Scorpii	3	40	♐	4	0	M.	24	50	M.	2	240	49	♃ ♂	2	53	♐
Caput ἐν γόνασι	8	40	♐	37	30	S.	15	19	S.	3	252	35	☿	13	57	♐
Caput Ophiuchi.	15	50	♐	36	0	S.	13	7	S.	3	258	17	♂ ☿	19	14	♐
Caput Draconis.	20	40	♐	57	30	S.	52	10	S.	3	266	2	♄ ♂	26	22	♐
Lucida Lyrae.	8	20	♑	62	0	S.	38	41	S	1	275	0	♀ ☿	4	35	[illegible]
Aquila Vultur Volans.	24	50	♑	29	10	S.	7	34	S.	2	291	42	♄ ♂	20	4	♑
Cauda ♑ praecedens	15	50	♒	2	10	M.	18	10	M.	3	318	59	♃ ♄	16	32	♒
Cauda ♑ sequens.	17	20	♒	2	0	M.	17	34	M.	3	320	26	♃ ♄	18	0	♒
Cauda Delphini.	8	29	♒	29	10	S.	10	5	S.	3	303	30	♄ ♂		16	♒
Fomah[illegible]	[illegible]	[illegible]	♒	23	0	M.	33	33	M.	1	338	30	♀ ☿	6	46	♓
Cuspis sagittae.	1	10	♒	39	20	S.	18	33	S.	4	294	58	♂ ♀	23	8	♑
C[illegible] Cygni.	0	9	♓	60	0	S.	44	3	S.	2	307	7	♂ ☿	4	46	♒
[illegible]rus Pegasi.	23	0	♓	31	0	S.	25	36	S.	2	340	39	♃ ♂	9	3	♓
[illegible]	26	[illegible]	♓	20	20	M.	19	53	M.	3	5	23	♄	5	52	♈

DISTRIBVTIO DOCTRINAE GENETHLIACAE.



IVDICATVRO themata cœli natalitia, & de significationibus futurorum euentuum particularibus pronunciaturo, principaliter consideranda & inspicienda sunt quatuor. PRIMO, domicilium cœli. SECVNDO signum Zodiaci, quod in quodlibet domicilium incidit. TERTIO, PLANETAE uel possidentes domicilium Cœli, uel domiciliorum significatores, uel dominantes signis, quæ singulas domos ordine occupant. QVARTO, stellæ fixæ. His PARTES annumerari possunt. Sed ut partium exigua uis est: sic in iudicando postremum locum obtinent, & si testimonijs planetarum & signorum consentiunt, certitudini euentuum suffragantur: si uerò ab ijsdem dissentiunt, nihil nec mutant, nec minuunt.

In iudicio generali quatuor sunt cõsideranda.

De Partibus.

Hæc uerò loca, cum per se consideranda, tũ ad Planetarum radios & aspectus referenda sunt, id est, diligenter uidendum, qui Planeta quamlibet domum uel possideant, uel gubernent, uel malo bonóue aspectu intueantur. Quæ item sit configuratio Planetarum dominantium quibuslibet signis, aut consignificatorum ad reliquos Planetas, bonos aut malos, an cuspides domiciliorum liberæ sunt ab infortunis, quæ sit conditio Planetarum gubernatorum, utrũ fortes sint, fortunati & à maleficis stellis liberi, an uerò abiecti, imbecilles, malis malorum aspectibus & radijs oppressi.

Quomodo hæc loca sint examinanda.

Ex domicilijs cœli, sumuntur considerationes rei, de qua est prædicandum uel pronunciandum aliquid. Vt ex prima domo uitæ significationes eliciuntur, utrum lõga uel breuis, morbis'ue obnoxia, ea secura ab affectionibus futura sit: Item temperamentum corporis & membrorum confirmatio ex eadem cognoscitur.

I. De domicilio Cœli.

Signum uerò cum Planetis signo dominantibus, uel domum cœli obtinẽtibus, uel eandem aspicientibus aut consignificationibus, naturam, conditionem & qualitatem rei demonstrat. His suffragantur stellæ fixæ præcipuè quæ sunt Eclipticæ uicinæ, de quibus inquit Ptolemæus dicto Aphorismorum Centiloquij 29. stellæ fixæ irrationabiles atq; admirabiles felicitates afferunt, quas tamen plerumq; calamitatibus insigniunt, nisi & Planetæ ad felicitatem conueniant. His quatuor locis rite consideratis, non tantum absolute, sed etiam eorundem inter se aspectu, & reliquorum Planetarum ad hæc loca applicatione, seu configuratione, iudicium rei propositæ, de qua fuit quæstio, ex Physicis rationibus eruetur.

II. De signo domicilij.

Stellæ fixæ.

Ptolemæi dictũ de fixis.

Iudicia Astrologica ex Physicis rationib. eruditè elicienda sunt.

Vt autem studiosi intelligant, quid in hac Methodo & Elemẽtis Astrologicis iudiciorum expectandum sit, capita quæ principaliter in themate genethliaco consideranda sunt, ordine recensebimus.

Totum autem corpus, in tres classes iudiciorum partimur: In bona corporis, cum illud natura prius sit. 2. In bona animi, cum illa sint secundo loco. 3. In bona fortunæ.

Corpus iudiciorũ in tres partes partimur.

EX BONIS CORPORIS.

Loci bonorum corporis.

1 Primus locus est, de Nutritione.
2 De temperamento corporis seu complexione.
3 De habitu seu statura corporis.
4 De uita & eius Quantitate.
5 De fratribus & sororibus.
6 De parentibus Patre & matre.
7 De uxore & coniugio.
8 De liberis.
9 De itineribus & peregrinatione.
10 De amicis.
11 De inimicis.
12 De ualetudine & morbis.
13 De carceribus.
14 De seruis.
15 De morte.

Horum quædam insunt, aut absolutæ, ut complexio, aut relatiue, ut fratres, con-

iunx,&c. Quædam sunt intrinsecus accidentia, ut ualetudo. Quædam extrinsecus, ut carcere.

II. AD ANIMI BONA HI LOCI ORdine referuntur.

Loci qui ad animi bona spectant.

1 Ingenium, mens seu uis intelligendi.
2 Affectus cordis.
3 Constantia & inconstantia.
4 Continentia & incontinentia.
5 Mores qui respondent temperamentis.
6 Religio.

III. AD BONA FORTVNAE REFERIMVS.

Loci referendi ad bona fortunæ.

1 Diuitias & paupertatem
2 Dignitates & potentiam.
3 Magisterium seu perfessionem, uel uitæ genus.

Quo ordine hi loci hic explicentur.

Hæc sunt præcipua capita, de quibus dicendū est, in iudicijs genethliacis, & antequam de posteribus dicatur articulis bonorum corporis, morbis, carcere & morte, prius de reliquis omnibus capitulis ingenij & fortunæ ordine est dicendum, quibus absolutis, tandem de his tribus ferenda est sententia. Nunc processum iudicij ordine monstrabimus Astrophilis, & quantum omnino fieri potest, ex optimis scriptoribus, & Præceptoribus nostris, omnia quæ accipimus olim, imprimis ex lucubrationibus Peuceri, & excellentissimi Mathematici D. Cypriani Leouicij, aliorūq; doctissimorum monumentis hausimus, totam nimirum artem Elementis & certis Methodicis præceptis includemus, in quibus cognoscendis semper memores erūt dicti, quod Hippocrates recitat, ars longa, uita breuis, & Ptolemæus tradit: A`te & à scientia. Sicut enim bonos Poëtas ars sola non efficit, plurimumq; in ijs natura ualet: sic neq; sola disciplina Mathematicum perficit. Quare excellentem Mathematicum duplici præsidio uti oportet, naturæ & eruditionis. Ac cognita hac Methodo, euoluent studiosi, optima huius doctrinæ autorum scripta, colligant exempla geniturarum, & quomodo congruant prædictiones cum exemplis accuratè considerent, & perpetuò in iudicijs sequantur regulam, quàm Pontanus tradit lib. VII. de rebus cœlestibus. Oportet Mathematicum in iudicijs pronunciandis à Medici officio nullo modo recedere, stellarumq; significationes simul miscere ac temperare, singula in unum colligere, tandemq; de ijs in unum collectis, sententiam ferre.

DE DOMINO GENITVRAE. CAPVT I.

De Domino genituræ.

Opinionum diuersitas, in eligendo Domino genituræ.

DOMINVS GENITVRAE, quem uno uerbo Græci οἰκοδεσπότην uocant, qui sit & quibus rationibus capiendus sit, uideo inter autores parum constare. Veteres enim scriptores, ut Pontanus testatur lib. 8. cap. 1. de rebus cœlestibus non una uia hunc inquirendum censuerunt.

Firmici præceptum de electione gubernatoris.

Exemplum huius formæ.

FIRMICVS lib. 4. cap. 12. quem sequitur Pontanus, genituræ gubernatorem dicit esse, dominum signi eius, quod locum Lunæ proximè sequitur, ita ut Planetæ, qui est dominus eius signi, in quod Luna proxime post editum partū discedens, ex eo in quo est, transibit, tribuat genituræ dominum. Sic si in natiuitate aliqua, Luna in Ariete constituta sit. Venus eius domina diceretur Quia Tauri signum, quod locum Lunæ sequitur, est sub dominio Veneris. Si uerò Luna in Tauro, Mercurius, qui est dominus signi Geminorū sequentis, οἰκοδεσπότης erit. Quod si in ♊ uel ♋ sit Luna, sub egressum infantis ex utero materno, dominium non Lunæ, quæ Cancro dominatur nec Soli, qui in Leone domicilium habet, tribuit, sed Mercurio Virginis domino. Sol enim & Luna secūdum Firmicum duces thematis eligendi non sunt. Hæc ratio facilis est & satis perspicua, sed hodie nullum usum habet, cum multorum artificum iudicio, parum firmis rationibus nitatur.

Recentio-

FORTITVDINES ESSENTIALES. Debilitates esse[ntiales]

TABVLA V. ESSENTIALIVM DIGNITATVM.

Signa Zodiaci.	5 Domus Planetarū in signifero.		4 Exaltatio.	3 Triplicitates Plāetarū secundū Ptolemæum.			2 Termini siue fines Planetarum in signifero inditione Ptolemæi Aegypriaci appellati.											1 Facies Planetarum.							Cum Planeta in nulla harum dignitatum fuerit, peregrinus dicitur.	Detrimentum.	Casus Planetæ.
				D.	N.	P.	G.		G.		G.		G.		G.		G.	G.		G.		G.		G.			
♈	♂	D.	☉	☉	♃	♂	0	♃	6	♀	12	☿	20	♂	25	♄	30	0	♂	10	☉	20	♀	30		♀	♄
♉	☿	N.	☽	☽	♀	♄	0	♀	8	☿	14	♃	22	♄	27	♂	30	0	☿	10	☽	20	♄	30		♂	
♊	☿	D.	☊	♄	☿	♃	0	☿	6	♃	12	♀	17	♂	24	♄	30	0	♃	10	♂	20	☉	30		♃	
♋	☽	D.N.	♃	♂	♂	♀ ☽	0	♂	7	♀	13	☿	19	♃	26	♄	30	0	♀	10	☿	20	☽	30		♄	♂
♌	☉	D.N.		☉	♃	♂	0	♃	6	♀	11	♄	18	☿	24	♂	30	0	♄	10	♃	20	♂	30		♄	
♍	☿	N.	☿	☽	♀	♄	0	☿	7	♀	17	♃	21	♂	28	♄	30	0	☉	10	♀	20	☿	30		♃	♀
♎	♀	D.	♄	♄	☿	♃	0	♄	6	☿	14	♃	21	♀	28	♂	30	0	☽	10	♄	20	♃	30		[illegible]	☉
♏	♂	N.		♂	♂	♀ ☽	0	♂	7	♀	11	☿	19	♃	24	♄	30	0	♂	10	☉	20	♀	30		♀	☽
♐	♃	D.	☊	☉	♃	♂	0	♃	12	♀	17	☿	21	♄	26	♂	30	0	☿	10	☽	20	♄	30		☿	
♑	♄	N.	♂	☽	♀	♄	0	☿	7	♃	14	♀	22	♄	26	♂	30	0	♃	10	♂	20	☉	30		☽	♃
♒	♄	D.		♄	☿	♃	0	☿	7	♀	13	♃	20	♂	25	♄	30	0	♀	10	☿	20	☽	30		☉	
♓	♃	N.	♀	♂	♂	♀ ☽	0	♀	12	♃	16	☿	19	♂	28	♄	30	0	♄	10	♃	20	♂	30		☿	☿

Recentiores Astrologi, ut Arabes, sequuntur Ptolemæum lib. 3. Prædictorum, & eligunt Dominum genituræ, ex quinq; locis præcipuis, quæ hilegialia uocant. Verisimilimum enim est, illum esse genituræ Dominum, qui in locis Apheticis potentior est, quam qui Dominus signi locum Lunæ immediatè sequentis existit. Est autem uia talis.

Opinio recentiorum Astrologorū qui Ptolemæum sequūtur.

Inquirunt dignitates Planetarum essentiales, in quinq; locis genituræ, in Ascendente, loco Solis, Lunæ, Medij Cœli & Partes fortunæ, ac Planetam, qui in his plures dignitates sortitur, in genituræ dominum creant, & qui post hūc plures habet, hunc participem uocant, si uerò duo aut tres pari numero habent dignitates, hi omnes Domini dicuntur. His addemus Dominum gradus ☌ uel ☍, quæ natiuitatem proximè precessit. Hæc uia à Montulmo cap. 5. in fine traditur, & ab Alcabicio differentia quarta.

Loca ex quib. Dominus genituræ indagandus est.

Abrahamus Iudæus in principio statim sui libelli, non tantum considerat uirtutes Planetarum essentiales, sed etiam accidentales, hoc est, quas sortiuntur ratione domorum cœli, in quibus sunt, & præter eas domino diei septem dignitates, domino horæ sex, qui collectis omnibus dignitatibus cæteros uincit, eum in dominum genituræ eligit.

Abrahami iudæi sententia.

Ex sententia igitur Abrahami & aliorum Neotericorum, hunc Planetam præficiemus domino genituræ, qui & respectu essentialis dignitatis, & simul loci cœlestis est potentior Quod si alterutrum tātum uni alicui Planetæ acciderit, ut sit quidem in essentiali dignitate, sed non in potenti loco figuræ cœlestis, tum necesse est ei associari alterum quendam, qui respectu loci figuræ cœli potentior sit.

Quis sit Dominus genituræ.

CAVTELA.


LVminaria in proprijs domicilijs cōstituta, non assumuntur ad dominum Natiuitatis, propter præstantiam, cum ex ijs potissimum, iudicium de omnib. rebus pendeat, & sola dimidium genituræ, ut Astrologi loquuntur, obtineant.


Cautela de Domino genituræ eligendo.


DIGNITATES DOMORVM SVCCESSIONE QVAdam ita se habent.

10. 1. 11. 7. 4. 5. 2. 9. 3. 8. 6. 12. Id est, decima domus pfert ptime, ptime undecima, &c.


Moritur Anno 1559. Ianuarij 25. die. Q3 dã habent horã 19.30.







Moritur anno 1559. Ianuary 1. die.



Illustrissimus Princeps Elector AVGVSTVS Dux Saxoniæ, nascitur Anno 1526. Iulij.


D.	H.	M.
30.	17.	38.

Correcta genesis Electoris Principis AVGVSTI, Secundum Campanum, Anno 1526. Iulij.

D.	H.	M.	S.
30.	17.	42.	16.
	P.	M.	

Hanc elaboratã, ex sententia Campani, mihi communicauit Mathematum studiosissimus et peritissimus Astrologiæ, Bernhardus Hauianus.


ANNA CHRISTIANI
Regis Daniæ filia, Coniunx Augusti Saxoniæ Electoris.
1 5 3 2.
Nouembris
D. 22. H. 16. 15



IOHANNES HENRICVS, primogenitus Augusti Electoris.
1 5 5 0.
Maij.
D. H. M.
2. 2. 0.


Moritur Anno 1565. Octobris die.


Alij ponunt diem 21. hora 2. minutum 15.



Moritur.




IOACHIMVS
Augusti Electoris filius
Anno 1557.
Maij.
D. H. M.
3 5 25
P. M.
C. C. 8.



HECTOR
Augusti Electoris
V. Filius.
1 5 5 8.
Octobris.
D. H. M.
7. 8. 30
P. M.


CHRISTIANVS
V I. Filius Electoris
Augusti. Anno
1 5 6 0.
Octobris.


D. H. M.
28 17 15.

ADOLPHVS
Dux Holsatiæ.

1 5 2 6.
Ianuarius.
D. H. M.
25 10 30
P. M.
Eleu. 55. G.


IOHANNES CHRIstiani Regis Daniæ filius, Dux Holsatiæ.
1 5 4 5.
Martij.
D. H. M.
25. 7. 30.


MAGNVS DVX HOLsatiæ, Christiani Danici Regis Filius.
1 5 4 6.
Augusti.
D. H. M.
23. 22. 40.
Hafniæ.



Quid sit usus Domini geniture. Huius dominatoris magna est utilitas, in geniturae iudicio. Iuxta naturam enim Domini, generaliter iudicatur de tota uita, morib. & complexione, seo temperamento corporis. Ac in constitutione corporis nati, secundum luminaria, præcipuum locum habet dominus geniturae. Quare pro qualitate collocationis atque configurationis, cum stellis alijs, pro que natura sua & stellarum, à quibus uel fouetur, uel impugnatur, ac signi per quod fertur, & signi eius ac finium Domini, quid nato obueoturum sit, in totius uitæ decursu, per seriem decernit. Vnde idem ipsius ius uidetur esse in nati uita, quod gubernatoris in naui, totaque administratione.

Pontanus consulendus de significationib. Domini geniturae li. 8. et 6. De his significationibus uide Pootanum lib. VIII. si unus solus præsit: uel lib. VI. de rebus cœlestibus si duo sint simul domini geniturae.

EXEMPLI GRATIA.

Exemplum geniturae Principis Henrici Iulij Episc. Halberstadensis. ILLVSTRISSIMO ET INCLYTO PRINCIPI Ac Domino, Domino IVLIO, Duci Brunsuuicensi & Lunæburgensi, Domino meo Clementissimo, sydere felicissimo, nascitur caris simus Filiolus, HENRICVS IVLIVS, optimæ spei heroicus Princeps, anno Christi à salutifero partu M. D. LXIII. Octobris die XV. mane, in tempore æstimato, hora quinta, minuto quindecimo. Id est, in tempore Astronomico à meridie numerato, die 14. hora 17. minuto 15. sub longitudine loci 28. G. 6. Eleuatione poli borei 52. G. 24.

Aequatio temporis, Sole existeote in 9. G. 53. Scorpionis, est ad diem naturalem 9 21. 46″ minuenda.

Differentia

Differentia meridianorum motibus supputatis ex Stadij Ephemeridibus est, 1. G. 24′. Id est, S. Scrupulorum temporis, subtrahenda.

Tempus igitur reductum & æquatum est.	16. H. 48′. 14″.
Verus locus Solis ad hoc tempus genituræ, est	1. G. 35′. m.
Ascensio recta Solis est	209. G. 24′ 50″.
Ascensio recta temporis est.	258. G. 12′. 30″.
Ascensio recta Medij Cœli.	105. G. 9′. 50″.
Ascensio obliqua Horoscopi.	195. G. 9′. 50″.
Cor igitur cœli æstimatum.	13. G. 57′. ♋.
Ascendentis gradus æstimatus.	12. G. 10′. ♎.

RECTIFICATIO VT LOQVVNTVR, SIVE EXA- *men æstimati temporis, per moram nati in utero materno.*

Verificatio geniturae per Trutinam Hermetis.

Locus Lunæ in meridie natiuitatis, est	16. G. 30′. ♒.
Motus Lunæ diurnus est.	10. G. 4′. 6″.
Verus locus Lunę, ad tempus genitura infra terram.	26. G. 34′. 6″. ♒.
Distantia Lunæ ab Angulo Horoscopi est.	4. Sig. 14. G. 24′.

Tempus moræ nati in utero 284. dierum.

Tempus completum ab initio anni, ad momentum genituræ, est 288. Dierum, 17. H. 15′ in anno bisexto.

Tempus Conceptionis. Est igitur Conceptio facta, anno 1564. die 4. Ianuarij. 17 Hòra. Luna ad meridiem quinti diei Conceptionis (pro horis enim 17. sume integrum diem) est in 9 G. 35′. ♎.

Ascendens æstimatum est. 12. G. 10′. ♎.

Hermetis regula. Differentia tantum est 2. G. 35′. Ergo dies Conceptionis rectè inuēta est, iuxta regulam Hermetis, quàm Ptolemæus tradit in Cētiloquijs aphorismo 51, his uerbis In quo signo Luna est geniturǽ tempore, illud in conceptu fac ascendens: Et in quo signo inuenta fuit in conceptu, illud aut eius oppositum fac ascendens in partu.

PRO HORA CONCEPTIONIS.

Luna tempore geniturǽ est in	26. G. 34′. ♒.
Sol in meridie diei Conceptionis, est in	24. G. 11′. m. ♑.
Ascensio obliqua Lunæ ab Ariete, est	246. G. 11′. 52″.
Ascensio recta Solis ab Ariete, est	296. G. 5′. 44″.
Ascensio recta Solis à ♑ inchoata, est	26. G. 5′. 44″.
Residuum siue differentia ascensioonum est.	320. G. 6′. 8″.
Differentia in tempus conuersa, est horarum	22. 7′. 28″.

Verum tempus Conceptionis. Est igitur Conceptio facta, anno Christi bisextili 1564. Ianuarij die 5. hora 22. 7′. 28″. P. M.

Locus Lunǽ ad hoc tempus Conceptus est.	21. G. 12′. 35″. ♎.
Ergo Ascendens uerificatum est.	21. G. 22′. 35″. ♎.
Ascendens æstimatum est.	16. G. 29′. ♎.
Differentia planè est exigua Horoscoporum.	4. G. 43′. 35″.

PRO VERO TEMPORE GENITVRÆ.

Pro uero tempore geniturae ex Trutina.

Ascensio obliqua Ascendentis uerificati est. 210. G. 44′. 51″.

Differentia inter Ascens. obl. Horoscoporū, æstimati & uerificati, est 11 G. 7′. 21″. In tempus conuersa, 0. Horæ, 52′. 30″. 4‴. addenda tempori æstimato. Tempus igitur correctum geniturǽ per Trutinam prodit. 18. Hora. 7′. 30″. 4‴.

Ex hac erudita probatione sequitur, quæ etiam Ptolemæo placuit, optimum nostrum Principem, in hanc lucem editum esse, Anno 1564. Octobris die 14.

hora 18. ♄. 30″. P. M. Horologium igitur in tempore consignato, aberrauit fere una integra hora: Vbi uerò in tempore error committitur, totius thematis constitutionem mutari necesse est. Cœlum enim nunquam quiescit, sed perpetua uertigine circumducitur, ac subinde nobis aliam faciem commonstrat.


Tempus correctum reductum & æquatum est.	17. H. 40′ 14″.
Verus locus Solis.	1. G. 37′ 10″. ♏.
Ascensio recta Solis.	209. G. 26. 55″. 40‴.
Temporis ascensio recta.	272. G. 36. 17″. 30‴.

Ascensio recta Medij cœli.		120. G. 45′.	Gradus Eclipticæ cooriente.	28	37	♋.
Ascensiones obliquæ cuspidis.	11æ.	150 G. 45′.		5	26	♍.
	12æ.	180 G. 45′.		0	33	♎.
	1æ.	210 G. 45′.		21	33	♎.
	2æ.	240 G. 45′.		13	50	♏.
	3æ.	270 G. 45′.		15	35	♐.


Tempus rectum & æquatum 17. H 40′.
Loca Planetarum ☊. ☋. & ⊕. hæc sunt.

		G.	1.	11.							
Secundùm longitudinem.	☉	1	37	10	♏	Secundùm latitudinē.	0	0	0		
	☾	27	5	15	♒		4	32	0	S.	A.
	♄	16	12	12	♌		0	19	0	S.	A.
	♃	3	52	12	♍		0	47	0	S.	A.
	♂	28	16	26	♎		0	3	0	S.	D.
	♀	14	11	17	♎ ℞		4	40	0	M.	A.
	☿	21	44	9	♏		2	33	0	M.	D.
	☊	21	55	0	♐		0	0	0		
	☋	21	55	0	♊		0	0	0		
	⊕	16	41	0	♒		0	0	0		

THEMA COELI HVIVS GENITVRAE, IVXTA *modum rationalem & æqualem.*



PRO



PRO DOMINO GENITVRAE.

CVm sequor tradita probatissimorum scriptorum, iuxtà Firmicum, geniturę Dominus est Iupiter stella tonus cœli maximè benefica. Luna enim in genesi Aquarium obtinet. Hoc signo peragrato Zodiaci, attingit Pisces domicilium Iouis. Hic igitur est οἰκοδεσπότης. *Dominus geniture in hac genesi.*

Ex sententia uerò recentiorum, Dominator genesis est Saturnus, Ioue participante. Omnes enim Planetas dignitate essentiali & accidentali uincit. Huic adiungo Iouem, etiam ratione loci Saturno proximum, cui aliàs ex sententia Firmici, dominicum illud tribuendum est.

TABELLA QVINQVE LOCORVM HYLEGIALIVM, EX *quibus iuxta Ptolemæum, Dominus genituræ colligendus est.*

Ascen-		Domus	Exal.	Tripl.		Term.	Facies.
dens.	21 13 ♎	♀	♄	☿	♃	♀	♃
☉	1 37 ♏	♂	o	♂	☽	♂	♂
☽	27 5 ♒	♄	o	☿	♃	♄	☽
M.C.	28 37 ♑	♄	♂	♀	♄	♂	☉
⊕	16 41 ♒	♄	o	☿	♃	♃	☿

Collectæ dignitates.

♄ 14. ♃ 11. ♂ 17. ☉ 1. ♀ 10. ☿ 10. ☽ 4.

 Cum

De significationibus horũ dominatorum.

Cùm igitur Saturnus sit dominator, nati commotiones, animiq; applicationes & studia, naturam Saturni & Iouis participantis sequentur. Hunc autẽ prestantem Principem, uterq; Planeta, dominatum obtinens, & opportuno illi loco collocatus, ad probitatis & modestiæ studium excitabit, eritq; in animo ipsius summa ac singularis, cum aduersus senes, natuq; maiores obseruantia, tum erga Magistratus superiores, omnes illos, in quibus sapientiæ & uirtutes signa apparent. Sequetur omnis generis uirtutes Heroicas, uerecundiam, modestiam & similes, ac imprimis ueræ pietatis studiosus erit, accedente legitima institutione Principe digna, sine qua, quantumuis optima naturę semina, extinguuntur & sterilescunt.

In conuersatione familiariq; consuetudine & amicitia, erit suauis & elegans, colet iusticiam & honestatem, seruabit in iudicijs & ferendis sententijs iustum & honestum iuxta leges, ab æquo & bono nequaquam recedet, in consilijs grauitatem retinebit, in electionibus delectibus administrationibusq; mensuram & rationem adhibebit, amicos, domesticos ac notos homines beneuolo prosequetur affectu: mãsuetudinem, lenitatem, æquabilitatem ubiq; præ se feret, atq; in distributionibus faciendis benignitatem ac rectitudinem. Breuiter.

Temperatura ♄ & ♃.

Hæc pulcherrima temperatura Saturni & Iouis, quasi condimento aliquo, faciet Principem prudentem, grauem atq; consideratum, benefaciendi alijs studiosum, quiq; in commune etiam consulat, & tueatur oppressos. Erit etiam magnanimus, cum Iupiter Saturno frigido calorem subministret: amabit etiam studium rei rusticæ, prędia, fundos, etiam uenarum metallicarum. Saturnus enim terrę præest & Iupiter coptam amat.

Erit etiam Philosophiæ, bonarumq; artium ac legum studiosus, in ferendis duris erit patiens ac fortis: cumq; Iupiter sit honesti defensor, tribuatq; iudicij rectitudinem, Saturnus contemplationem amet, rerumq; abditarum cognitionem, quin etiam cum morum grauitatem, & in agendo maturitatem sectetur, ab hac ipsa harum inter se duarum stellarum commixtione atque communitate, etiam Philosophiæ excitabuntur studia, cuius propria est rerum naturæ cognitio atq; scientia, uitæ item grauitas, rectaq; animorum informatio, ac sapiens illa in docendo & agendo taciturnitas & ueritas.

Collatio Domini geniture cũ Nauclero.

Tãtum sit dictum primo loco, de domino genituræ, cuius potestas præcipua est, & quidem ius sibi uendicat, quod gubernator in nauigatione: Sicut enim ab illius naucleri imperio, omnia in mari geruntur, & pro claui, cui assistit, moderatione, regulam & legem accipiũt, & ministri data ab illo signa, iussaq; ab eodem operas, in ministerijs obeundis, & sequuntur & exhibent, neque ab illius moderatione & præscriptis recedunt: Ita genituræ Dominus, omnia bona nati disponit, pro felici aut infelici constitutione, aliæq; stellæ in utramque partem seu felicitatis, seu infelicitatis adiuuant.

II Caput. De domino horæ Planetariæ.

DE DOMINO HORAE PLANETARIAE. CAPVT II.


Diuisio Horarum.

HORAE sunt duplices. Aliæ temporales, quæ propriè sunt unciæ seu duodecimæ partes singulorum & dierum, & noctium: Alię uerò Aequinoctiales, quæ ex quindenis temporibus æquinoctialibus colliguntur, nempe 24. partes totius spacij, quod diem noctemq; complectitur. Illas Græci καιρικάς, has uerò ἰσημερινάς appellarunt.

Qua hora Planetaria quis sit natus, & quomodo ex hora dam sit.

De natiuitate Diurna.

Cum igitur scire uolueris, qua hora inæquali seu Planetaria aliquis natus sit, primum uide, utrum natiuitas sit diurna, & cuius Planetæ denominationem dies natalis habeat. Tum enim quantitas diuisa semidiurna, in sex æquales partes, aut diurna per 12. quantitatem unius horæ inæqualis seu Planetariæ ostendit, quam si ad tempus ortus Solis abijcies, initium horæ secundæ habebis. Hinc si iterum tantundem adieceris, initiũ horæ tertiæ repeties, idq; eò usq; faciendum est, do-




Alij rectius ponunt Planetarũ.
♄ 1.55.♍
♃ 22.42.♉
♂ 20.34.♎
☉ 9.14.♋
♀ 16.24.♊
☿ 24.49.♋
☽ 17.26 ♓
☊ 11. 7.♌
☋ 11. 7.♒


Obijt Anno 1506. Septemb. 25. die. Tunc peruenit Horoscopus ad □ ♄, anno ætatis 29.

Gauricus ponit diẽ 21. H. 2.48. Ascend. 14.36. ♎. Cor cœli 16.52. ♋. Stadius ponit pro certo tẽpore D. 21. H. 3.41. Horoscopũ 25 ♎. C.C. 29. G. 40 ♋.
☽ 27. 3. ♒
☉ 8.40. ♊
♄ 26.36. ♈
♃ 27.10. ♊
♂ 29.26. ♏
♀ 25.49. ♊
☿ 1. 4. ♋
⊕ 13. ♋

Hispanus quidã Mathematicus ponit. 21. Diẽ. H. 3.43. post meridiem, diẽ ♂ post Cantate. Ascend. 26. Gr. 6. ♎. C.C. 0.56. ♌: Secundũ Religiosum Mechlinensem, Horoscopus est 28. G ♎. C.C. 3.0. ♌. ♄ 28.18 ♌. ♃. 27 20. ♊. ♂ 29.18 ♏ ☉ 0.10. ♊ ♀ 26.45. ♊. ☿ 3.27. ♋. ☽. 27.50. ♒. ☊. 25.25. ♐. Quidã Horoscopum tribuunt 28: G. 20. ♎ uel 2 2: G 30. ♎.





Alij eum natū esse existimant Anno 1451. Die 10. Martij H. 2. 56.



Alij ponunt H. 2. 52. Ascendens 4. 28. ♌ secundum Gauricum.


Rodolphus Habspurgensis Imp. nascitur Anno 1218. April D. 27. Eligitur in imperatorem Anno 1273. Septemb. 29. die. Moritur Anno 1291. Iulij 15. die.






Moritur in Valla Toleti in custodia, Anno 1568. die Iulij 24.

Stadius ponit D. 8. Hor. 12. M. 15. Ascend. 21. G. 33. ♉. C.C. 29. 40. ♑.
☉ 25. 26. ♋
☽ 25. 36. ♋
♄ 7. 37. ♐
♃ 15. 29. ♐ R
♂ 5. . ♌
♀ 21. 9. ♌ R
☿ 10. . ♌
⊕ 23. 41. ♉
Religiosus Mechl. ponit D. 8. H. 12. 31.
Horoscopante 24. G. 35. ♉.



Mortuus est Viennæ uniis Die 25. Aprilis 1552.


VVENCESLAVS
Imperator nascitur.
1 3 6 1.
Maij.
D. H. M.
13. 17. 20.
P. M.
Per Animodar.
27. ♓
14. ♒
☽ 15. ♒
27. ♑
8. ♑
22. ♊
8. ♋
27. ♋
12. ♌
14. ♌
27. ♍
10. ♏


ALFONSUS REX
Aragoniæ, qui Astronomiam restituit
nascitur, Anno
1 2 9 3.
Decembris.
D. H.
25. 18.
Modinæ.

est, donec tempus tuum Vsuale, intra initium & finem alicuius eiusmodi horæ cadat, & habebis, quà hora inæquali natiuitas facta sit.

De genesi nocturna.

Quod si nocturna est genesis, Seminocturnam Quantitatem simili modo in sex partes distribuas, uel nocturnam in 12. & quod prouenit, ostendit quantitatem unius horæ Planetariæ nocturnæ, cum qua opereris, ut antea dictũ est, adijciendo eam ad tempus Occasus Solis tantisper, donec intra initium & finem alicuius horæ, tempus propositum compræhendatur, & quæsitum inuenies.

CAVTELA.

Cautela.

In quacunque die artificiali, longa uel breuis, semper sunt duodecim horæ Planetariæ, & totidem in nocte, uerum inæquales, exceptis æquinoctijs. De his plura uideant studiosi in primo nostro tractatu de tempore.

QVOMODO DOMINVS HORAE PLANETA-riæ inueniendus sit.

Dominus horæ Planetariæ quomodo indagandus sit.

HAbita hora, si Dominum scire cupis, primæ horæ diurnæ tribuas Planetam, à quo dies denominatus est, secundæ horę sequentem in successione, & sic deinceps seruato ordine, per horas diurnas & nocturnas.

Vnde gubernatores horarij exorti sint.

Arabes enim & Aegyptij olim, Planetas gubernatores seu Dominos singulis horis adscripserunt, dominium à Saturno inchoantes, cui tribuebãt primam horam diei Sabbati, secũdam Ioui, tertiam Marti, octauam rursus Saturno, nonam Ioui & sic deinceps ordinem istum seruabant, per omnes horas Septimanæ. Ac in tali numeratione naturali, ordine Planetarũ seruato, perpetuo uigesimæ quintæ horæ, (quæ est prima diei succedentis) dominum ad eius diei gubernatorem seu Dominum redit.

Quid Arabes iudicẽt ex Domino genituræ.

Hunc deinde, si in natiuitatis themate, directum saluumque ab impedimentis, fortem & fortunatum offenderis, felicium stellarum, corporibusque munitum, præsertim si ipsius natura benefica fuerit, nato diuturnam uitam, & multa felicia bona pollicetur, ex sententia Arabum, ac significationibus cum Domino Horoscopi congruit.

Quis sit Dominus orbis.

Quidam Astrologi eundem Dominum orbis uocãt, eumque primam domum, & primum ætatis annum disponere dicunt: Planetam sequentem in ordine, secundam domum & secundum ætatis annum gubernare, ut est apud Alcabitiũ parte 4. & Sconerum lib. 3. de iudicijs cap 4. & alios.

EXEMPLI GRATIA.

Exemplum.

Natiuitas Principis nostri est nocturna. Princeps enim in hanc lucem & uallem lachrymarum prodijt, tempore uerificato, hora sexta, octauo minuto post medium noctis. Id est, Scrupulis primis 56. ante ortum Solis.

Dies naturalis politicus, à Saturno nomen accepit, cui tempus genituræ annumerandum est.

Ascensio obliqua Solis. 224. G. 51. Sole existente in 0. G. 53. ♏.
Oppositus arcus est. 12. G. 38. in 0. G. 53. ♉.
Arcus diurnus est. 147. G. 47 Ergô: Qantitas diei artificialis est 9 Horarum 51. sub Eleuatione poli 53. graduum.
Longitudo noctis. 14 H. 8. 52″.
Ortus Solis. 7. H. 4. 26″.
Occasus Solis. 4. H. 55. 34″.
Quantitas Planetariæ horæ diurnæ, est 0. H. 49. 15″.
Quantitas Planetariæ horæ nocturnæ, est 1. H. 16. 44″.

Cum uerò incidat tempus æquinoctiale siue usuale in duodecimam Planetariam siue Zodiaci nocturnam, sequitur, momentum genituræ nocturnæ intercipi inter 12. & primam sequentis diei horam. Horæ XII. ♂ præsidet, sequenti Sol

Qua hora Planetaria Princeps noster sit natus.

i Sol assignatur. Ingruēte igitur ultima hora Planetaria natus est Princeps, quae est duodecima, & huic dominium Martis tribuendum est.

TABELLA HVIVS OPERATIONIS.

H.

Occasus Solis. Quātitas.Pla.hor.noct.	4 56 1 11	1e ☿		12 2 1 11	7e ♀
	6 7 1 11	2e ☽		13 13 1 11	8e ☿
	7 18 1 11	3e ♄		14 24 1 11	9e ☽
	8 29 1 11	4e ♃		15 35 1 11	10e ♄
	9 40 1 11	5e ♂		16 46 1 11	11e ♃
	10 51 1 11	6e ☉		17 57 1 11	12e ♂
				19 8	1e ☉

CANON PRO INVENIENDO DOMINO horae Planetariae.

Horae		Denominatio dierum naturalium.						
Diei	Noctis	Solis.	Lunae.	Martis	Mercu.	Iouis.	Veneris	Saturnus.
1	3	☉	☽	♂	☿	♃	♂	♄
2	4	♀	♄	☉	☽	♂	☿	♃
3	5	☿	♃	♀	♄	☉	☽	♂
4	6	☽	♂	☿	♃	♀	♄	☉
5	7	♄	☉	☽	♂	☿	♃	♀
6	8	♃	♀	♄	☉	☽	♂	☿
7	9	♂	☿	♃	♀	♄	☉	☽
8	10	☉	☽	♂	☿	♃	♀	♄
9	11	♀	♄	☉	☽	♂	♄	♃
10	12	☿	♃	♀	♄	☉	☽	♂
11		☽	♂	☿	♃	♀	♄	☉
12		♄	☉	☽	♂	☿	♃	♀
1		♃	♀	♄	☉	☽	♂	☿
2		♂	☿	♃	♀	♄	☉	☽

DE NVTRITIONE. CAPVT III.

III. Caput De Nutritione.

Anni Nutritionis diligēter explorandi sunt.



Roposita genesi aliqua, considerandum est ex sententia Ptolaemaica lib. 3. Praedictionum, an natus annos nutritionis complere possit nec ne. Ridiculi enim uidentur illi omnes, qui eruditionem, facultates, honores & similia, nato ex genesi promittunt, antequam de nutritione aliquid

ne aliquid certò constet. Sciendum igitur, quod Astrologi primos quatuor annos uitæ nati, uocent nutritionis tempus, in quo plærumque morbis grauissimis, propter imbecillitatē omnium uirium corripiuntur. Quare diligenter uidendū erit, an aliquæ causæ morborum in figura appareant. Cùm enim omnes significatores, uel maior pars eorum, debiles & infortunati, non dubitemus Physicis illis motis rationibus de difficultate nutritionis & imbecillitate nati, ferre iudiciū. Contrarium faciemus, cum in proprijs dignitatibus fortes in figura, & bonis aspectibus bonorum, constituti sunt significatores.

Vnde difficultas nutritionis colligatur.

Horoscopvs corpus nati significat, Luna potentiam naturalem, Sol uitalem. Quicunque igitur Ascendens, Lunam, Solem & Dominos eorum uel saltem maiorem partem ex eis, in bonis locis fortes & fortunatos habuerit, optimè enutrietur. Si uerò debiles, infortunatos & cadentes, pessimè.

Significatores Nutritionis.

His significatoribus adiungatur Dominus genituræ, qui cum sit uniuersalis nati significator, hic nequaquam negligatur.

Cum uerò ex sententia Arabum, cognoscere libet, quo tēpore anni infans bene aut male nutriatur, annos nutritionis in terniones diuidemus, & cuique integrum annum & quatuor menses attribuemus, ut tribus Dominis Triplicitatis Ascendentis respondeant. Cùm enim primus Dominus Triplicitatis est fortis & fortunatus, bonam: si debilis & infortunatus, malam futuram primam tertiā nutritionis iudicabimus. Idem de reliquis pronunciandum erit.

Sententia Arabum de Nutritione.

Ptolemæus hæc tradit lib. 3. Prædictionum, de his qui non nutriuntur: Cùm alterum lumen est in cardine, & simul est Planeta maleficus, aut distat lōgitudine, exactè efficiens trigonum duorum æqualium laterum, nec aspectus interueniat benefici Planetæ, & dominator luminum sit in locis maleficorum, nutricatio destruet natum, & mox morietur.

Ptolemæi sententia.

Sin autem non efficiet hic positus Triangulum duorum æqualium laterum, sed succedent luminibus radij maleficorum, & duo fuerint, lædatque uel alterum lumen, uel ambo, uel succedendo, uel in oppositione, uel per uices altera malefica, alterum lumen, uel altera sit opposita, altera uerò succedens, deerit nutricatio. Quia multitudo detrimentorum impedit utilitatem, quæ erat ex distantia succedentis, ad durationem uitæ. Maximè uerò Mars lædit Solem, succedens, Lunam uero Saturnus. Econtra uerò in oppositione, aut cū superiore loco ponuntur maleficæ, Solem maximè lædit Saturnus, Lunam uerò Mars, maximè si occupent loca luminum, aut dominatoris Horoscopi. Si autem duæ fuerint oppositiones, ita ut in cardinibus sint Lumina, & maleficæ efficiant trigonū duorum æqualium laterum, nascuntur, uel mortua, uel semiuiua.

♂ ☉ ♄ affligentes Luminaria, plurimum impediunt nutritionem.

Cùm autem Lumina discedant ab aliqua coniunctione beneficarum, aut alio qui eas feliciter aspiciunt, & radios spargunt in præcedentia loca, uiuet natus tanto spacio, quantus est numerus graduum, inter prorogatorem & proximam maleficam, tot uidelicet menses, dies, uel horas, pro modo & uiribus caussarum nocentium.

Tempus Nutritionis.

Cùm autem maleficæ spargunt radios in loca priora luminibus, & beneficæ in sequentia, natus durabit & uiuet. Rursus cum maleficæ eleuātur supra beneficas, signum est detrimenti & subiectionis. Cum autem beneficæ superant natus uiuet quidem, sed alienis parentibus subditus erit. (uel infans erit sup positicius.) Cum autem benefica aliqua, aut ortum, aut applicationem aliquam habet ad Lunam, & malefica est in occasu, natus nutrietur à parentibus suis.

Eodem modo iudicetur, si simul multi nascentur. Cum aliquod lumen, quod aspicit cæteras stellas, in occasu est, nascetur semiuiuum, aut informis caro & immatura. Cum autem maleficæ eleuantur supra lumen, natum non nutrietur, nec uiuet, obnoxium caussis quas dixi.

SENTENTIA PTOLEMAEI HAEC EST.

Quomodo Ptolemæi sententia intelligenda sit

In genituris accuratè considerandum est, an infans possit nutriri. Multi enim

infantes

infantes non accipiunt nutrimentum, sed statim moriuntur, ante quam lac sugant, alij nutriuntur, sed uiuendo anni spacium non excedunt. Viuunt tantum ad aliquot horas, uel dies, uel menses Nonnulli mortui in lucem eduntur.

Casus in quib. physicè loquendo natus nutriri non potest.

Sunt autem considerandi aliquot præcipui casus, in quibus natus non nutritur. Primus est, cum Luminare est in angulo, & malefica in illius coniunctione uel oppositione, in figura æquicrutta, id est, cum in coniunctione uel oppositione est eadem latitudo, Sole in Ecliptica existente, uel cum habet contrariam latitudinem, uel cum latitudo ex eadem parte est æqualis. Vt Luna sit in 10. Gr. ♈. Latitudo 3. Gr. Borealis. Saturnus sit uel Mars in 10. Gr. ♎. latitudo 3. Grad. Australis. Hic malefica & Luna faciunt angulos æquicrurios, siue triangulos æquales, quorum unum latus est quarta Eclipticæ, aliud quarta Circuli magni transeuntis per centra Lunæ & maleficæ. Cùm igitur talis est positus in genesi Luminarium & maleficæ stellæ, ita ut simul nullus ex Planetis beneficis respiciat aliquem illorum, simulq; dispositor Luminarium sit in locis maleficarum, infans mox extinguetur. Præsertim cùm Luminare in angulo ita affligatur, præsertim in Horoscopo uel prope lineam finitoris.

Prima regula, uel primus casus.

VEL sit in hoc casu prima regula: Si alterum Luminum constiterit in aliquo Angulorum, & coniunctum habuerit partiliter, alterutrum maleuolorum, uel secundùm longitudinem & latitudinem, uel secundùm solam longitudinem, & nullus Planetarum beneficorũ locum luminis benignè aspexerit, præterea Dominus luminis fuerit in loco maleficorum, natus non nutrietur, sed statim morietur.

Secũdus casus.

SECVNDVS casus hic est: Si alterutrum Lumen aut utrumq; læsum fuerit radijs maleuoli, non coniuncti, sed aut succedẽtis, aut ex diametro oppositi, uel cum duo maleuoli per uices Lumina læserint, aut hic quidem in succedente, ille uerò in opposita domo fuerit natus non uiuet. Lædit autem Solem Mars succedens, Lunam uero Saturnus. Sed Saturnus oppositus Solem, Lunã uero Mars, præcipuè cum constiterint in signis, in quibus consistunt Domini Luminum & Horoscopi.

Tertius casus.

TERTIVS casus hic est: Cum Luminaribus constitutis in angulis, malefici illis opponantur uel platicè, aut Luminaribus oppositis, alter maleficorum uni Luminum coniungatur, alteri uero opponatur, edentur in lucẽ infantes mortui uel semimortui.

Quartus casus.

Addatur & hic casus: Cum Luminare in occasu constitutum est, & malefici suprà id eleuantur, fœtus imperfectus editur, nec uiuit.

Exemplum.

EXEMPLI CAVSA.

Infans quidam natus est, Anno 1509. Decembris die 25. H. 12. M. 15. p. m. Medium Cœli est 19. G. ♋. XI. uerò cuspis est 16 G. ♌. XII. 15 ♍. Horoscopus 15. G. ♎. II. 18. G. ♏. III. 19. G. ♐. ♄ est in 8. G. 24. ♎. ♃ in 2. 45. ♑. ♂. 16. 28. ♎. ☉ in 14 G. 13. ♑. ♀ in 18. G. 16. ♒. ☿ in 15. G. 5. ♐ R. ☽ in 10. G. 4. ♋. ☊ in 1. G. 1. ♐.

In hac genesi Luna non longè abest à medio cœli, ♄ & ♂ aspiciunt Lunam Quadrato, & Sol propemodum Lunæ est oppositus. Ergo cadit in imum cœli, & læditur Sol ab utroq; malefico Quadrato aspectu. Non igitur superuixit, sed mortuus est infans circa 10. diẽ Februarij Anno 1510. ubi Sol peruenit ad Coniunctionem ♂ & ♄.

Aliud exemplum.

ALIVD EXEMPLVM.

Quidam natus est infans, anno 1504. die 16. Martij, Hora quinta post meridiem. Mediũ Cœli fuit 20. G. ♊. XI. 0. ♌. XII. ♍. I. 23. ♍. II. 15. ♎. III. 13. ♏.

♄	in	12 ♋	Medij cœli.	☉	5	♈	☽	6	♈
♃	in	11 ♋	Medij cœli.	♀	19	♒	☊	23	♓
♂	in	5 ♋	Medij cœli.	☿	23	♈	☋	23	♍

Luminaria in hac genesi sunt coniuncta, & oppugnantur Quadrato aspectu à ♄ & ♂

à ♄ & ♂, constitutis in Medio cœli. Hic infans statim altero die mortuus est, & aliàs nati in Coniunctione, ☉ & ☽ rarò sunt uiuaces, ut iam dicetur.

ALIVD EXEMPLVM.

Mortuus in hanc lucem editus est infans Bambergæ, Anno 1508. Nouembris die [illegible] in meridie.

	Cuspis est G.			Loca Planetarum	G.		
Medium Cœli.	19	♏		♄	23	44	♍
XI.	5	♐		♃	25	31	♏
XII	22	♐		♂	3	47	♑
I.	16	♑		☉	19	0	♏
II.	4	♓		♀	26	24	♎
III.	24	♈		☿	7	29	♏
				☽	20	26	♓

In hac genesi Horoscopus obsidetur à ♂ & aspicit Solem Sextili, ac Saturnus eundem intuetur Sextili. Lunam uero Opposito. Hic infans mortuus egressus est ex utero materno.

Est & hæc regula notanda, de superuicturis aliquantisper: Cum Luminaria fuerint affecta, & simul defluxerint ab aliquo beneficorum, beneficis proijcientibus radios, in præcedentia, id est, contra successionem signorum, ultra loca Luminum, natus uiuet tot uel dies uel horas, (pro magnitudine maliciæ & uiribus stellarum, malum significantium) quod fuerint gradus inter significatorem, & proximam malificam Planetæ stellam. *Notabilis regula.*

QVIS SIT TRIANGVLVS ἸΣΟΣΚΕΛΈΣ *quem hic uulgo æquicrurium uocant?*

VAriæ eruditorum de hoc Triangulo sunt opiniones. Videtur autem ille esse, cùm Planetæ malefici, cum alterutro Luminum coniunguntur, secundùm Longitudinem & Latitudinem. Ita enim Ecliptica & circulus Latitudinis Planetæ, constituunt Triangulum ἰσοσκελὲς, cuius mucro est in intersectione Eclipticæ & itineris siue loci Planetæ, basis uerò tanta, quanta est Latitudo Planetæ. *De Triangulo æquicrurio.*

Alia est sententia Cardani & Schoneri.

CAVTELAE:

1. OBseruandum etiam est hoc loco, quod infantes in coniunctione uel oppositione Solis & Lunæ, in nouilunio aut plenilunio in hanc lucem editi, raro sint durabiles, aut prospera ualetudine utantur: hi quidem propter nimiam humiditatem, illi propter nimiam siccitatem. Quare si tum Luminaria simul infecta sint Saturno uel Marte, corpore uel radio malefico, omnino de nutritione desperabimus. Cùm uerò boni Planetæ Luminaria aspexerint, ex trigono uel Sextili natus quidem nutriri poterit sed ad senectutem uix perueniet. *Cautelæ aliquot. De infantibus natis in ☌ uel ☍ ☉ & ☽: De [illegible] ♂ inficientib. Luminaria.*


2. Gauricus obseruauit: Quando Mars infortunat Solẽ, ut ipse loquitur, & Saturnus Lunam, & Dominus Ascendentis etiam fuerit infortunatus, natus non uiuet, sed cum bono aspectu fortunarum uiuere poterit. *Gaurici obseruatio.*


3. Vtraque Luminaria, uel loco alterius luminaris Ascendens, à maleficis corpore uel eorum hostilibus radijs, utpote opposito uel Quadrato obsessa, aut alioqui grauiter afflicta, ita ut uel ambo Luminaria, uel alterum, aut ascendens, sint imbecilla, ac simul in terminis maleficorum, aut in termino Planetę in octaua existentis, aut termino Domini octauæ domus per sese imbecillis & alterutrum Luminare affligentis, breuem admodum & teneram uitam, nutritionis annos raro excedentem decernunt.

GENI-

Quidā Religiosus annotauit, Annum 1.88. diē 8. Noueb. H 15. M. 3.

Quidā ponunt Annū 1489. Nouemb. 9. D. H 18 12. Alij 5. H. 30. Mortuus est anno 1568 die Iunij 11. die inter 8 & 7. vesperi tinam, ac sepultus est die Iulij 12 in templo Parochiali arcis Vulffenbüttel.





IVLIVS DVX BRVNsuuicensis.

1 5 2 9.

Iunij.

D. H. M.

28. 18. 45.

P. M.

Emendatius & Correctius eiusdem Ducis Natiuitatis Thema, Anno

1 5 2 9.

Iunij.

D. H. M.

28 13 45.

Eleuatio 52. G. 34.

Conceptio est facta Anno 1528. Octobris 2. die, Horas 18 p.m. Locus ☽ æquatus in longitudine, fuit 17. G. 36. ♊. in Latitudine 1. G. 34. M. D. a deo in Ascendente statuunt nonnulla 18 G ♊ Latitudines.

♄ 1. 52. M. D.

♃ 0. 54. S. D.

♂ 4. 51. M. D.

♀ 2. 12. S. D.

☿ 1. 33. S. D.

☽ 0. 23. S. D.

Duos fratres Carolum Victorē et Magnum Philippum uno conflictu simul amisit, Anno 1553. Iulij die 9. sepulti sunt 12 Iulij quo fratris extincti membra teguntur humo.

HEDVVIGAM ducissam heroicā duxit ann. 1560. Iulij primo die. Eodem die filius alius natus est IVLIO Duci Anno 1568. Calendis Iulij Philippus Sigismundus, filius ter.

Alij existimant eū natum esse, Anno 1528 bisextio currēte Iunij die 28. H. 15 M. 45. Tempus reductū & æquatum est 15. H 43 8'. Thema suo loco subiungemus. Hanc ueram esse inclyti Principis, genituram opinātur multi.

Conceptio facta est Ianuarij die 4. hora 21. 15. Luna fuit in 8. Gra. 27. ♎. secundum longitudinem. Ergo ascendit septimus gradus Libræ ferè.

Christophorus Archiepiscop. Bremensis, natus est, Anno 1487. in die Paschatis, 19. Aprilis.

Franciscus Episcopus Mindēsis, Ann. 1452. Decēb. die 31.

Guilhelmus Dux Brunsuicēsis, natus Anno 1495. circa festum Martini.

Fricus commēdator ordinis Teutonici ad Confluētiā Anno 1496. d. mi ... ccal. iuocau t.

HENRICVS IVLIVS. IVLII Ducis filius, Episcopus Halberstad.
1 5 6 4.
Octobris.


D.	H.	M.
14.	16.	45.

P. M.

PHILIPPVS SIGISMVNDVS, IVLII DVCIS secundus filius,
Anno 1568.
Iunij.

D.	H.	M.
30.	22.	45.

P. M.








Alii ponunt Annum 1526. Alij horam 16.

Alij 13. vel 14. H. 4. post meridie.






ELIZABETHA, IVL
filia IVLII Ducis Brunsuuicensis, Anno
1567.
Februarij.
D. H. M.
23. 4. 45.


PHILIPPVS SIGISMVNDVS, IVLII DVCIS filius secundus,
Anno 1568.
Iunij.
D. H. M.
30. 22. 45.
P. M.

Illustre exemplum.

Talem constitutionem cœli habet Illustrissimi Principis Electoris Filius Augusti Ioachimus nomine, qui natus est Anno 1557. die Maij 3. hor. 5. 25. p. m. Nam Soli in octaua domo cum capite Algol seu Medusæ & termino Saturni, ac capite Draconis existenti, coniunctus fuit platici Saturnus. Mars uerò Horoscopum, qui fuit in termino Martis, corpori circumsedit, & Lunam in termino Saturnus positam quadrato afflixit. Mortuus est eodem anno Nouembris 20. die.

Alterum exemplum illustre.

Talem habuit constellationem Alexander, Augusti Electoris filius, qui Solē in Piscib. ab utriusq; malefici corpore, & Ascendens quadratis radijs obsessum habuit, sed neq; Horoscopo, nec luminaribus in terminis maleficorum existentibus. Hæc constitutio uitam breuem, & nutritionis annos excedentē, ab ἀκμὴν tamen haud productum significauit.

Tertium exemplum.

Talis fuit constitutio Vrsulæ, nonæ filiæ Ferdinādi Imperatoris, quæ nata est Anno 1541. Iunij die 24. intra 12. & 1. post meridiem. Ea enim Solem & Horoscopum obsessum habuit ab utroq; malefico. Nam Mars Solem Quadrato affligebat, horoscopum uerò Saturnus, & Mars quadrato obsidebat, Sole in termino Veneris dominæ octauæ domus positus. Mortua est Anno 1543. ultimo Aprilis.

Quarta cautela.

4 Luminaria si in angulis, præsertim Orientis aut Occidentis fuerint, & à Marte ac Saturno ☌ ☍ & □ radijs infestantur, ij ferè non sunt longæui, & raro nutritionis annos excedunt, aut si hos superant & adolescunt, raro tamen ad ἀκμὴν perdurant. Exemplum habes in genitura Catharinæ filiæ D. Sabini, quæ Anno 1562. Martij die 24. mortua ex partu. Habet Luminaria coniuncta & afflicta, & Venerem in suo detrimento à Saturno ☍ radio impeditam.

De causa cur nati in Syzygijs luminū raro sint lōgæui.

Quod autem uniuersaliter nati in Syzygijs Luminum rarò sint longæui, aut natura imbecilliores euadant, exemplis infinitis probari potest, ita ut omnino sit regulare, infantes esse admodū infirmos, & si sunt superstites, in tota uita multis obnoxios esse malis & aduersis casibus, præsertim cùm Luna accedit ad Solem. Huius rei causæ Physicæ notæ sunt. Magna uis est Lunæ, quæ humores gubernat in corporibus nascentium, ut est manifestum. Cùm igitur Luna non spargit suum lumen in corpus quod nascitur, constat eius corporis humores similes fieri usto cineri, ac sanguinis temperamentum, & dulcedinem multis modis corrumpi: imò cum humidum radicale sit alimentum uitæ, propter Lunæ combustionem, in qua omnes humores sensibiliter minuuntur, facilè absumitur nimia siccitate, & corporum humiditas exhauritur. Hinc igitur morbi dissimiles & grauissimi oriuntur, tabes aut lepra, mentagra, epilepsia & similes, præsertim si Saturni & Martis positus etiam sua uenena misceant. Sic in oppositione abundat nimia humiditas, in qua tenuis calor natiuus magna copia humorum obruitur, & leui momento extinguitur. Hæ Physicæ causæ facilè intelligi possunt.

Etsi uerò interdum aliarum beneficarum stellarum ope leniatur malum illud, tamen semper aliquid affert incommodi. Hoc adeò notum est, ut non solum Aristoteles in libro de generatione animaliū dicat imbecilliora esse corpora nata in ☌ ☉ & ☽, sed etiam obstetrices ac matres sic nascentibus propter imbecillitatem metuant. Vbi & illud miraculi loco considerandum est.

Magnum naturæ miraculum.

Locus Lunæ in partu congruit. Cùm igitur in Coniunctione Solis & Lunæ editur fœtus, conceptione etiam in ☌ ☉ & ☽ facta est, quo tempore menstrua fluunt, quorum purgatio cum cōceptu turbatur, fœtus ex impurissimo sanguine nascitur. Quare Lex diuina eo tempore generationem prohibet.

Lex diuina de generationis tempore. fol. 126

Regiomontani genesis.

Consideretur his genesis Iohannis Regimontani excellentissimi uiri. Is natus est Anno 1436. die Iunij 6. Hora IIII. 40. post meridiem. Luminaria coniuncta à ♂ in 8. domo affliguntur. Mortuus est in optimo flore uitæ suæ Anno Christi 1476. ætatis 41.

fol. 126 Sic Erasmus Reinholdus præceptor meus carissimus natus est Anno 1511.

Octobris die 21. H. 13. 36. p. m. Luminaria iuncta fuerunt in domo & termino ♂. Mortuus est tabe Anno 1553. Februarij, die 19. ætatis 42. Climacterico sexto.


Consideret etiam Astrophilus, an eo anno, quo natus est infans, præcesserit natiuitatem aliqua Eclipsis Luminarium, aut Coniunctio magna, aut precisè in tempus genituræ inciderit, aut statim subsecuta sit, & uide an locus aliquis hylegialis, id est, Ascendens, ☉, ☽, ⊕, uel Medium cœli habeat gradum Eclipticum uel Coniunctionis. Quod si hoc contingat, magnum aliquod accidens secundùm hylegij naturam prædices, pro natura dispositionis Eclipsis, uel magnæ Coniunctionis. 5. *Alia Cautela.*

Examinetur etiam Coniunctionis uel oppositionis gradus natiuitatem præcedentis. Ille enim gradus magnam uim habet apud Astrologos. Et si contingat, gradum illum constitui, in forti loco figuræ natalis, tunc accidens futurum pronunciabis, secundùm loci naturam. Qui si fuerit in decima, in honore & dignitate excellentiam habebit natus. Si in septima, in coniugio maximam fortunam, & sic de alijs locis. Si cum ⊕, diuitiarum affluentiam præbebit. 6. *Sexta cautela.*

EXEMPLVM GENITVRÆ MEÆ FILIOLÆ *Elizabethæ.*


Exemplum memorabile.

NAta est mihi filiola Elizabetha, Anno Christi 1564. Mense Maio, Die 7. H. 17. M. 30. p. m. sub Eleuatione huius Poli Brãdeburgensis 52. G. 36.





Mortuus est hic infans, eadẽ hora, qua nascitur. Gradus enim Occidentis, à duabus infortunijs fuit obsessus.

Mortuus est in 12 duos mēses.



Ob... Anno die 19. Augusti.





Moritur post hos Menses.

Exoritur in Cardine horoscopante 20. Gr. signi ♊. Cor cœli est 15. G. ♒. In undecima est Luna in 26. G. 18. Arietis. Mercurius in eadem domo, sed in 12. G. 16. ♉. qui est dominus Horoscopi. Sol cum Capite Medusæ siue Algol incidit in duodecimam, constitutus in 26. G. 56. ♉. In prima magna est coniunctio Planetarum Veneris & Martis cum Cauda Draconis, nec non Saturni, qui corpore cuspidem secundæ obtinet, à quo non procul recedit Iupiter in 2. G. 22. ♌. Caput Draconis est septima.

In hac genesi Luna in termino Martis Quadrato oppugnatur radio, à Saturno, nec ullis beneficorum fouetur radijs, ac Sol propter stellæ Algol uicinitatē affligitur, ipsa quoq; coniunctio Saturni & Martis inficit Venerem, dominam termini gradus horoscopantis, cum Cauda. Ipsa etiam octaua inficitur hostilibus radijs nec non sexta domus morborum. Moritur ergo epilepsia, in tali infausto syderum positu, Anno 1565. Februarij, die 5. H. 6 m. 45. p.m. Luna existente in loco radicis afflicto & Marte transeunte per octauam corporaliter. Expleuit igitur in hac uita tantum menses nouem, aut circiter.

Sic quidam natus est Ratisponæ, Anno 1562. die 16. Iulij H. 12. & 36. p.m. Habuit Solem cum Capite Draconis, & Martē in imo cœli platicè coniunctum, & Lunam uix ex umbra terræ liberatam in opposito ab eodem infestatam. Mortuus est hic infans post natiuitatem tribus mensibus. *Aliud exemplum.*

DE MONSTRIS. CAPVT IIII.

Caput IIII. De Monstris. Prouidentiæ diuinæ testimonium.


Illustre testimonium est de DEO, conseruatio perpetua specierum, id est, quod manent eædem species, & quod in singulis similia procreantur, bos à boue, leo à leone, homo ab homine. Vnde perspicuè col-

 ligi


ligi potest, hunc mundum non extitisse casu. Si enim temerario cōcursu atomorum res nascerentur, eædem species diu manere non possent, & ex boue homines aut uolucres nascerentur. Quare necesse est nos fateri, esse aliquam sapientē aut regularem causam huius perpetui ordinis in natura.


Monstrorum generatio. Huic demonstrationi & perpetuæ experientiæ, monstra repugnare uidentur, cum ex animantibus sæpe nascantur, non sui generis specie, sed aliena ac dissimili, nimirum, ut uel diuersarum rerum formis uariè constantur, uel natiua rei facie distorta, confracta, aliôue modo defœdata cōstent, aut mutila sint & truncata, aut plurium non necessariarum partium, integrorum'ue corporum adhærentia cum coalescunt, naturæ modum excedunt. Talia τέρατα omni tempore animos humanos exterruerunt, correptos præsagijs, tristium & calamitosorum euentuum, in quacunque illa parte naturæ existerent & obseruarentur. Vnde etiā τέρατα Græcis dicta sunt, miserum quiddā, & luctuosum portendentia, q̄ insolita & noua quæcunque denotent. Latini monstra dixerunt, à monendo, uel ut Cicero maluit à monstrando.

Etsi uerò DEVS æternus, sapientissimus gubernator & cōseruator uniuersam mundi machinam seruat, & specierum figuras: tamen sæpe insolita & uaria specie, à communi rerum forma discrepante, eduntur monstra, & uel diuinitus conformantur, ut pingant regnorum, gentium aut Tyrānorum mores & secuturas mutationes, sæpe etiā ex deprauatis Diaboli arte perficiunt̄ fœtibus, q potenter grassatur permissu DEI & prodigiosa plurima molit̄, uere deformans & perdens DEI creaturas. Sæpè etiā ex corrupta materia, aut externis accidentalib. causis, enormia uitia oriunt̄: sæpe infausti congressus & cōmixtiones stellarū, monstra progenerant. *Causæ monstrorum.* Tradit aūt Ptolemæus causas cœlestes, de generatione monstrorū, his uerbis: Primū, inqt, in his luminaria ꝓcul remota reperientur, & nullo modo aspicientia Horoscopum, & cardines occupati erunt à maleficis stellis. *Causæ cœlestes monstrorum Ptolemaicæ.*

THEMA COELI PVELLAE, QVAE MONSTROSA FACIE ET CAPITE *admodum deformi nata est in noua arce Brenni, statim post mortem Electoris Ioachimi II. & Marchionis Iohannis, Brandeburgensis, &c.*

Vixit hoc monstrū horis 26. Caput erat simiæ capiti admodum simile. Incumbebat capiti moles placentæ formam referens ex cōcretio impurissimo sanguine, & in hac media...ram erat foramen oris figuram exprimens. Erat sine frōte. Oculi erāt magni, extantes & ...culēti. Os erat distortū, magnæ Quantitatis, &c.





Cùm igitur talis dispositio se offeret, ut fit sæpe in natiuitatibus sordidis & infaustis, ut maximè non sint monstrosæ consideranda est præcedens coniunctio aut oppositio, & dominatores earum, & natiuitatis dominator. Si igitur Natiuitatis significator, & Luna, & Horoscopus aut plures, nullam habent cognationem, cum dominatore præcedẽtis coniunctionis aut oppositionis, nascitur fœtus perplexæ naturæ seu monstrosus.

His ita se habentibus, cum Lumina sunt in signis bestialibus, & in cardinibus duo malefici, quod nascitur non habebit humanam naturam. Cumq; nulla benefica stella aspiciet lumina, sed tantum maleficæ, quod nascitur, prorsus erit immane, & habens feram naturam, & nocẽdi cupidam, sed si aspiciunt Iupiter aut Venus, nascetur quidquã, quod superstitione uertetur in omen, eritq; simile cani, aut feli, aut simiæ, sin aspexerit ☿, imitabit naturã eorũ, quę sunt usui hominibus, ut uolucrũ, aut porcorũ, aut caprarũ, aut boum, aut simile quiddam. Si autẽ lumina fuerint in signis humanis, nec tamen cæteræ stellæ cognationem cum illis habebunt, nascentur monstra hominum, iuxta qualitatem & figuram signorum, in quibus sunt maleficæ gubernantes lumina, aut cardines. Si nulla benefica aspicit illa loca nascuntur prorsus fatua & monstrosa. Sin autem ea Iupiter aut Venus aspiciunt, nascetur monstrum speciosius, ut hermaphroditi aut balbutientes. Si autem aspicit ea ☿, significat diuinatores & qui ad quæstum confe tunt diuinationes. Solus autem Mercurius infausto loco, gignit mutos ac surdos, interdum etiam astutos & ueteratores.

BREVITER.

Vitiis commonefactio. Hoc notent Aſtrologiæ ſtudioſi, infauſtas eſſe Natiuitates, in quibus luminaria conſiſtunt in locis declinantibus, ut in 12. 3. 6. & 9. nullamq; cum Horoſcopo habent familiaritatem, id eſt, quando Luminaria non cōſiſtunt in ſignis imperātibus, ſed ſubditis, ac mali [illegible] Planetę precipuos cardines occupant, nec habēt cognationem cūm horoſc[illegible] ut præter hunc poſitum, cum Domino ☍ aut ☌ præcedentis, aut Domi[illegible]uſq; Luminis, Domini natiuitatis, Lunę, Mercurij & Horoſcopi, aut om[illegible] plurimi, non habeant familiaritatem, ac tum monſtrum naſcetur.

EXEMPLI GRATIA.

Monſtrum quoddam natum eſt Miſenæ, die 14. Aprilis, Anno 1548. inter 6. & 7. horam Infans uiuus cūm prodiret ex utero materno, Craneum habuit in fronte diu ſum, oris loco habuit exiguum foramen, aliàs toto corpore fuit truncatum. Huius monſtri natiuitatem præceſſit ☌ die 8. H. 2. 9. P.M. ac locus Coniunctionis fuit 28. G. 32. ♈. Mars eſt Dominus geniturae, cum Luna participante, quæ eſt infortunata, conſiſtens in loco cadente, & oppugnans locum ☌ aſpectu □, Saturno oppoſita. Hic igitur Mars, dominus Horoſcopi, quem ♀ intuetur □ aſpectu, ex domo mortis, minus proſperum habet poſitum, & Cauda propemodum Soli coniungitur.

☋ 25. 24. ♊
28. ♊
♂ 29. 30. ♊
12. ♉
0. ♈
4. ♓
☽ 20. 32. ♒
16. ♒
26. ♋
Geneſis miſerrimi infantis. Naſcitur Anno 1565. Octobris.
D. H. M.
4. 11. 30.
P. M.
16. ♌
♄ 27. 28. ♌
26. ♑
4. ♍
♃ 26. 36. ♍
0. ♎
☉ 21. 8. ♎
♀ 10. 31. ♏
12. ♏
☿ 14. 44. ♏
⊕ 25. 24. ♏
☊ 25. 24.
♐
28. ♐

Hic eſt filiolus apud nos Brādeburgi, fabri Ferrarij, qui iā ſuperans annū ætatis quintū pedib conſiſtere nequit, ueluti uermis re[illegible], ac ſæpe Epileptico corripitur morbo.

Exempla Ptolemaicarū obſeruationum. Harum obſeruationum Ptolæmaicarum exempla colligant ſtudioſi, & poſitus ſyderum examinent. Anno 1543. die Conuerſionis Pauli, natus eſt infans, ex honeſtis & nobilibus parentibus, teter admodum & horribilis aſpectu, flammeis

meis & radiantibus oculis, ore naribusq; bouini cornu figura exertis ac prominentibus, dorso pilis caninis hispido, simiarum faciebus in pectore extantibus, qua mamillarum locus, oculis felium subtus umbilicum hypogastrio adfixis, tetris antrorsum caninis capitibus ad utrumq; cubitum & pedis utriusq; patellam antrorsum spectantibus, στγανόπους & στχανόχους figura pedum cygni, cauda sursum reflexa & recurua longitudine ulnæ dimidiæ. Editus in lucem quatuor horas uixisse, & tandem his emissis uocibus, uigilate, Dominus Deus uester aduentat, expirasse dicitur.

THEMA EXTRVATVR SI PLACET AD MERIdiem huius diei, cum de hora nihil constet.

Anno 1540. in Hassia quinto Idus Februarij fœtus editus est, geminis capitibus reflexis in dorsum, quorum sese facies obuersæ inuicem minaci aspexerunt uultu. *Aliud exēplū.*


In Regno Anglico Anno 1542. die 3. Augusti, inter 10. & 11. à meridie sub Eleuatione 54. G. monstrum natum est posthumum. Erant autem duæ puellæ, capitibus non uno & naturali loco eminentibus inter se, sed oppositis inter sese unus fuit umbilicus tres pedes, uno dextro laterotenus exporrecto, duobus ex opposito latere sinistris, manib. omnib. una uixit ad 18. Augusti die, altera ad 19. *Aliud exēplū.*

Vide Cardanū de hoc mōstro li. 3. ca. 8. Cōmentariorū, in Apotelesmata Ptol. Quod monstrum fuit, facit ☽ cum nodo descēdēte, & ♃ dominus ☌ cūnodo ascendente, & ☉ in * ♂ ex longa aspectione, ♂ in ♊, ☉ in ♌, secundū signa & locum, & in angulo primæ, & ♄ eleuatus super omnes Planetas. Quia est in 11. ad cuius oppositum ☉ contendit. Ideò etiam uita fuit breuis, de hac etiam qui abscindit uitam, est in angulo Ascendentis, & ☿ Dominus ascēdentis una cum ♃ exstitit in suis nodis. Vide Cardanum.

Apud nos Brandeburgi in noua urbe, infans masculus natus est anno Christi 1566. Augusti 23. die, Hora 18 Minuto 30. post meridiem, sine manibus & brachijs. Toto corpore alias fuit saluus & integer.

THEMA HVIVS GENITVRAE.

Anno 1566.
Augusti.
D. H. M.
23. 18. 30.
P. M



Caput V.

DE GEMELLIS. CAPVT V.

De Gemellis. Liber ii de Gemellis Ptolemaicum.

DE gemmis hæc tradit Ptolemæus lib.3. Prædictionum: Cùm nascuntur gemini aut plures, obseruanda sunt duo Luminaria & Horoscopus. Nam cũ hæc loca, & eorum Domini uel maior pars, signa bicorporea uel communia possederint, pariet gemellos, imprimis cum ☿ dispositor horum locorum, cum pluribus aspectũ habet, plures pueri generant.

De Genere gemellorum.

Genus natorum ex loco Solis, Lunæ & Horoscopi colligimus. Nam cũ loca tria prædicta, sunt in masculinis signis, & masculinarum stellarum testimonia accedunt, scilicet, Saturni, Iouis, Martis, masculi nascuntur.

Masculi. Fœmelli.

Cùm Venus in fœminino signo constituta est, & Luminaribus & Horoscopo iungitur, fœminini sexus gemini procreantur, imprimis cum duorum corporum signa possident.


Cùm autem hæc tria loca non sunt bicorporea, sed tantum duo, inspice gradum medij cœli, si fuerit signum cõmune, tunc plures duobus generabit, secundùm Planetarum dispositionem, quibus prædicta loca coniunguntur.

Cùm ♄ & ♂ in prædictis locis, in signis bicorporeis, tres masculi nascuntur. In genitura trium fœmellarum, oportet, ut Luna, Venus & Mercurius in prædictis locis permaneant.


In duorum masculorum, ac unius fœminæ genitura, ♄ ♃ & ♀ sunt in illis locis. Sic duas fœmellas & unum masculum parturiet, cum ♀, ☽ & ♂ in illis locis existunt.

Hæc ex themate Conceptionis facilius cognosci possunt.

Hi fœtus plerũ immaturi eduntur, & sæpe mõstrosa mẽbra adferũt. Et qdã inusitato more edunt, propter multorũ accidẽtiũ cõcursum. Excẽpla addemus.



Sunt etiã apud nos gemellæ natæ, Anno 1569 Nouembris die 15. inter 8 et 9. post mer. diem. Adhuc sunt superstites.



Secunda Puella nata fuit 10 horis post illum, & mortua breui tempore.

Anno 1562. nati sunt gemelli masculi Ianuarij 19. die post horam quintam matutinam, minutum quæritur de themate cœli, ad meridianum Berlinensem. Addatur schema.

Anno 1566. Septembris die 23. ante meridiem inter nonam & decimam nati sunt gemelli masculi, apud nos Brandeburgi in arce Metropolitana Marchiæ.

DE TEMPERAMENTO SEV COMPLEXIONE corporis. Caput VI.

Cap. VI.

De Temperamento siue complexione corporis.



MVltum refert, nosse temperamentum nati, siue complexionem, quæ est congenita mixtura quatuor primorum & naturalium humorum, sanguinis, pituitæ, atræ bilis & flauæ bilis, ita quidem facta, tali harmonia, ut certæ speciei conueniat. Huius temperamenti multiplex est *Qui sit nati complexio.* uarietas, & secundum species & secundum indiuidua. Ipsa enim uarietas humorum est infinita bonorum & uitiosorum in humano corpore, propter parentum *De quatuor præcipuis humoribus.* temperamenta, ac propter Astrorum diuersos positus ac commixtiones. Sicut autem quatuor sunt principales humores in corporib. animalium. Ita quatuor his respondent crases, sanguinea quæ est calida & humida temperatè: phlegmatica, quæ est humida & frigida. Cholerica, quæ est calida & sicca, Melancholica, quæ est frigida & sicca.

Porrò de moribus eruditione, morbis & similibus rebus rectiùs & certius iudicari potest, cognito temperamento. Quare Astrologiæ studiosus, de Comple- *Quo processu utatur Astrologus in indagando temperamento.* xione iudicaturus, accuratè consideret naturam signi primæ domus. (Nam ex Horoscopo temperamenti constitutio colligitur) Lunam & Planetas hæc duo loca aspicientes & disponentes aut obtinentes. Adhibendæ sunt etiam stellæ fixæ, & Planetæ, qui cū Domino Ascēdentis & Luna sunt configurati, nec non signa consideranda sunt, in quibus tales Planetæ constituuntur. Item Dominus genituræ cum participante.

His omnibus diligentissimè examinatis tandem bono iudicio, ex multitudine testimoniorum, temperamenti natura, & humorum mixtura. Qualitatumúe seu συμμετρίας seu excessus æstimentur ac iudicentur. Vt si in Horoscopum inci- *Exemplum.* dat signum igneum, & eidem præsideant Cholerici Planetæ, aut obtineant horoscopum, aut spargant in hororoscopum, ex calido signo, * uel △, radios, dominusq; themati cœli Planeta calidus in calido signo positus, temperamentum calidum & siccum esse, seu præ cæteris humoribus, bilem excedere affirmari potest. Prudenter omnia loca coniungenda sunt, & quæ intendant temperamentum, quæ minuant ac remittant, diligenter attendatur. Vt autem studiosi rectiùs assequantur hanc doctrinam, simplicius idem præceptum repetemus.

COMPLEXIONIS HI SVNT SIGNIFICATORES.

S[illegible] temperamenti apud Astrologos.

1 Horoscopus & Dominus eius.
2 Planeta uel Planetæ in horoscopo constituti, aut eum partiliter aspicientes, uel incidentes in signum, quod inter primam & secundam intercipitur.
3 Planetæ aspicientes partiliter gradum horoscopi quibus etiam ☋ & ☊ annumerantur.
4 Luna.
5 Planetæ Lunam aspicientes medietate suorum orbium.
6 Quarta anni uel signum Solis, tempore genituræ.
7 Dominus genituræ.
8 Participans. 9 Stellæ fixæ.

Horum significatorum omnium, pro ratione genituræ, qualitas, ordine & accuratè examinetur.

QVA

QVALITAS PLANETARVM. *Qualitas Planetarum.*

♄	Orientalis.	Frigidus & humidus.
	Occidentalis.	Siccus.
♃	Orientalis.	Calidus & humidus.
	Occidentalis.	Humidus tantum.
♂	Oriental.	Calidus & ſiccus.
	Occident.	Siccus.
♀	Oriental.	Calida & humida.
	Occidental.	Humida tantum.
☿	Oriental.	Calidus.
	Occidental.	Siccus.

LVNAE QVALITATES. *Lunæ Qualitates.*

Luna à	☌ in primam Quadram,	Calida & humida.
	Prima Quadra in ☍,	Calida & ſicca.
	Ab ☍ in ſecundam Quadram,	Frigida & ſicca.
	Secunda Quadra in ☌	Frigida & humida.

SOLIS VIRES IVXTA ANNI QVADRANTES. *Solis uires.*

Ver,	☉ in	♈	♉	♊	Calidus & humidus.
Aeſtas,		♋	♌	♍	Calidus & ſiccus.
Autumnus,		♎	♏	♐	Frigidus & ſiccus.
Hyems,		♑	♒	♓	Frigidus & humidus.

☊ Draconis, eſt naturæ ♃ & ♀.
☋ Draconis, eſt naturæ ♄ & ♂.

SIGNORVM QVALITATES, IVXTA TRIgonorum naturam. *Signorum qualitates.*

♈	♌	♐	Trigonus eſt	Calidus & ſiccus, Cholericus.
♉	♍	♑		Frigidus & ſiccus, Melancholicus.
♊	♎	♒		Calidus & humidus, Sanguineus.
♋	♏	♓		Frigidus & humidus, id eſt, Phlegmaticus.

REGVLA. *Regula, de collectione teſtimoniorum.*

Conſiderentur ex hac tabella, qualitates ſignificatorum, & ſingularum qualitatum teſtimonia colligantur, calidi, humidi, frigidi & ſicci, ac ſecundũ Vincentium teſtimoniorum numerum iudicandum eſt de complexione. Cùm enim calor & humor reliquas Qualitates ſuperauẽrint numero teſtimoniorum, natus erit ſanguineæ complexionis, &c.

CAVTELA. *1. Cautela.*

In collectione teſtimoniorum, quatuor qualitatum, cautè uerſentur ſtudioſi. Fieri enim poteſt, ut qualitates, Planetæ & ſigni, eundem numerum teſtimoniorum ſortiantur, ut ſi unum ſit caloris & unum frigoris, uel unum ſiccitatis, & alterum humiditatis. Hęc ſe mutuo tollunt in collectione, nec adſcribuntur. Quę uerò non pugnant, hæc ſola adſcribuntur.

ALIA CAVTELA. *2. Cautela.*

Sæpe idem Planeta eſt Dominus genituræ & Horoſcopi, ſimul etiam in horoſcopum corpore incidit. Quare in teſtimoniorum collectione ter eſt adhibendus. Idem in Luna agendum eſt cum in horoſcopum incidit.

ALIA CAVTELA. *3. Cautela.*

Malefici Planetæ ♄ & ♂ Sol & ☋ Draconis in Horoſcopo, aut aſpiciẽtes horoſcopum uel Lunam, maligno aſpectu; qualitates ſuas permiſcent intemperatas. Quare cùm omnia teſtimonia bene ſe habent, ex hoc poſitu in tempera-

mento corporis magna intemperatura generatur. Hæc ut rectiùs assequantur studiosi, illustre nostri Principis addemus exemplum.

Exemplum ex genitura nostri Principis.

QVAESTIO [illegible] DE COMPLEXIONE ILLVSRISsimi nostri PRINCIPIS. *Qualitas Planetarum in hac genitura.*

♄, Orientalis, est frigidus & humidus.
In Leone signo calido & sicco. Ergo est intemperatus.
♃, Orientalis in hac genesi, calidus & humidus.
In Virgine frigidus & siccus. Qualitates inter se pugnant. Ergo est intemperatus.
♂, Orientalis, calidus & siccus.
In Libra, calidus & humidus. Ergo calidus tantum.
♀, Orientalis, calida & humida.
In Libra, calida & humida. Ergo perfectè temperata est calida & humida.
☿, Occidentalis, siccus tantum.
In Scorpione, frigidus & humidus.
☉, In Scorpio, autumnali signo, frigidus & siccus.
In Trigono aqueo, frigido & humido. Ergo frigidus tantum.
☽, Luna à □ in ☊, calida & sicca.
In Aquario, calido & humido. Est igitur calida tantum.

COLLECTIO TESTIMONIORVM HAEC EST.

	CALID.	FRIGID.	HVMID.	SICCVM.
Horoscopi signum ♎.	Calid.	o	Humid.	o
♀ domina Ascendentis,	Calid.	o	Humid.	o
♂ in Horoscopo,	Calid.	o	o	o
Sol in Ascendente	o	Frigid.	o	o
♄ ✶ part. ad Ascend.	o	Frigid.	Humid.	o
In ♌	Calid.	o	o	Sicco.
Archirus } in Ascendente	Calid.	o	o	Siccus.
Spica ♍ }	Calid.	o	Humid.	o
☽ per se considerata,	Calid	o	o	o
♄ Dominus ☽æ intemp.	Calid.	Frigid.	Humid	Siccus.
△ ♂ part. ad ☽ am	Calid.	o	o	o
Ex ♎,	Calid.	o	Humid.	o
△ ☉ part.	o	Frigid.	o	o
Ex ♏	o	Frigid.	Humid.	o
☊ ♃.	Calid.	o	Humid.	o
Ex ♍.	o	Frig.	o	Sicc.
Dominus genituræ ♄. intemp.	Calid.	Frigid.	Humid.	Siccus.
Particeps ♃ intemp.	Calid.	Frigid.	Humid	Siccus.

Arcturus.

COLLIGANTVR TESTIMONIA.

Collectis Qualitatibus per additionem, Caloris sunt XIII. Frigoris sunt 8. Humidi sunt 10. Sicci sunt sex.

Cùm

Qualе sit temperamentum Principis.

Cùm igitur numerus testimoniorum maximè inclinet ad calorem & humiditatem, affirmo temperamentum nostri principis esse calidum & humidum, siue sanguineum, quod tamen maximè ad siccitatem cholericam declinat, cum intẽperatura quadam, ut ex collectione qualitatum apparet, Marte in ascendente cũ stellis regijs fixis, & propter dominatorum genituræ qualitatũ dissimilitudinẽ.

Iudicium Galeni de temperamentis.

Quod autem mores & boni, & uitiosi, ut plurimum oriantur, ex corporum temperamentis, prolixè probat Galenus in libro, cui titulum fecit, quod animi mores sequantur corporis temperiem, ubi inter reliqua ita ait: Sicut ex cibo & potu, nec non quotidianis exercitationibus bonam corporis conciliamus temperiem: sic etiam ex bona temperie, ad uirtutem animæ comparandam, plurimum emolumenti acquirimus. Quos uerò singulorum humorum excessus, efficiat mores, breuiter ostendit Galenus, Comment. 1. Sect. 4. in librum Hippocratis, de natura humana: Mentis, inquit, acumen, & prudentia, à bilioso humore proficiscitur. Integritatis & constantiæ autor est Melancholicus, Sanguis simplicitatis & humanitatis, Pituita uerò ad morum culturam nihil facit.

Ex quibus causis tẽperamentum mutetur.

Etsi autem temperamentum congenitum, quod est ex corporibus cœlestib. & parentum dispositione, sæpe processu tẽporis immutetur per ætates, per aërem in quo degimus, per alimenta quibus uescimur, & per uitæ ac consuetudinis rationem: tamen nunquam adeò immutatur, quin aliquam congenitæ naturæ, ex prima origine, propensionem retinéat. At cum temperatura ex leui occasione, à sua naturali qualitate recedere possit, ut massa optima in uitiosum humorem declinet & præternaturalem, Medici sæpe consulendi sunt Principi nostro, qui aptam uiuendi rationem tradant, & naturam congruentibus adminiculis gubernent, ne ex cholera alijsqȝ causis per se uel per accidens, crasis corrumpatur & inficiatur optima, sanguinea, quæ thesaurus uitæ humanæ præcipuus, reliquis omnibus facilius aliquid mali concipit.

Medici sæpe cõsulendi sunt.

DE VITA ET VITAE PROROGATORIBVS. Caput VII.

Caput VII. De Vita.

Vitæ lõgitudo soli Deo cognita est.


De longitudine uitæ siue quantitate, hinc apud Astrologos quæstio esse solet. Etsi uero fata singulorum hominum soli DEO deliberata, decreta, definita & cognita sint, ac uita hominis sit in ipsius manu, sicut testatur scriptura: In ipso sumus, uiuimus & mouemur. Ipse est uita & longitudo dierum nostrorum. Item: Dierum longitudinem, annos uitæ & pacẽ, apponent tibi præcepta mea obseruata: nec astris insculpta sint, neqȝ cuiquam communicata hominum, nec à quoquam peruestigari queant: tamen cũ secundarum & ordinariarum causarum ministerio utatur DEVS, nec semper, aut actiones earundẽ impediat, aut prohibeat effectiones, etsi multa peragit, non adhibitis illis, imò exclusis impium nõ est considerare, sine stoicis opinionibus de fatali necessitate, quid Physicæ causæ apportent & conferant, ita tamen, ut seruemus ordinem, quem uox cœlestis præcipit & constituit, statuamus DEVM uitæ esse datorem & gubernatorem, qui uitam prolongare, & mortuis reddere potest, ac ad ipsum solum ardentibus uotis confugiendum, ut ipse fata nostra dirigat ad sui nominis gloriam & nostram aliorumqȝ salutem, ac cum sunt significationes uitæ longioris ex genesi notæ faciat nos salutaria organa, uel cum contrariæ sint, causas secundas, quibus alligatus non est, ita immutet & regat, ut nobis sint salutares.

Impium nõ est Physicas de uita considerare causas.


Quâ ratione uita petendum sit à Deo.

Collatio Medicorum & Astrologorum.

Cùm uerò ASTROLOGI coniecturis nonnullis utantur, quibus de lõga uel breui uita pronunciant, nos quoqȝ secuti Ptolemæum, ex Physicis rationibus, quasdam de uita commonefactiones eruditas subiungemus. Sicut enim ex consideratione ægri peritus Medicus de robore uirium aut debilitate potentiæ uitalis ratiocinatur, ac de morte mox irruitura, aut longiore uita colligit coniectu-



Factus est Episcopus Anno 1513. Cardinalis uero anno 1518. Hunc Episcopum ipse neram esse credidi. Secundũ Gauricum tempus est, D 23. Hor. 0.54. Alij annotarũt D. 17. H. 16. 4.



IOACHIMVS II. IOachimi I. Filius Elector.

1 5 0 5.

Ianuarij.

D.	H.	M.
9.	1.	26.

♈ ♓ 19.16. ☽ 13.19. ☊ 7.55. ♃ ♄ 19.27. 20.33. ♒ 3.58. ☉ 29.17. ♂ 24.13. ♀ 19.4. ☿ 9.22. ♐ 28.8. ♏ 15.5. ♎ ♍ 19.16. ☋ 7.55. ♌ 20.33. ♌ 3.58. ♃ 12.59. ℞ ⊕ 12.10. ♄ 0.10. ℞ ♋ 19.4. ♊ 23.8. ♉ 15.5.

Factus est Elector An. 1535. D 10. H. 18. M. 15. Alij annotarũt D. 9. H. 1. 22. Alij H. 0. 41. Hæc uera esse uidetur, 1. H. 22.

Correcta genitura huius Principis Electoris, Domini mei clementissimi.

♈ ♓ 16. ☽ 13.5. ☊ 7. ♃ ♄ 19. 18. ♒ 3.58. ☉ 29.17. ♂ 24.13. ♀ 19.4. ☿ 9.22. ♐ 28.8. ♏ 15.5. ♎ ♍ 19.16 ☋ 7.55. ♌ 20.33. ♌ 3.58. ♃ 12.59. ℞ ⊕ 12.13. ♄ 0. ℞ ♋ 18. ♊ 26.28. ♉ 12.

Princeps IOHANNES
Marchio Brandeburg.
Ioachimi II. frater.


1 5 1 3.
Augusti.
D. H. M.
3. 3. 41.
Eleuatio 53. G.


Alij annotarunt 3. H. 4. 4'. Alij 3. H. 35'.

IOHANNES GEORGIVS
Marchio Brandeburg.
Ioachimi II. Electoris filius.

1 5 2 5.
Septembris
D. H. M.
11. 0. 44.

Alij ponunt H. 1. 5'. Alij. 0. H. 53'. Alij 1. H. 25'. Sed uerior esse uidetur 0. H. 44'.





Nuptias celebrauit cum filia Marchionis Iohannis ....deburgẽsis anno 1570 die Ianuarij 6.



ras: Ita Astrologus consideratis locis aphæticis siue hylegialibus, præcipuis nimirum partibus genituræ, quid de longitudine aut breuitate uitæ statuendum sit, salua libertate actionum diuinarum, aptè pronunciat.

Duplices significationes de uita. Sunt autem significationes termini uitæ duplices: Quædam GENERALES, quædam SPECIALES. GENERALES, longam uel breuem uitam, non expresso uel determinato certo annorum numero designant ac denotãt. SPECIALES, uitæ terminum & periodum definiunt.

Generales prædictiones de uita, unde colliguntur. GENERALES prædictiones, uel potius coniecturæ, colliguntur ex his locis: Ex Planeta, qui est hylech, eiusq; robore uel imbecillitate, atq; cum cæteris Planetis configuratione: Ex Planeta præsidente horoscopo, aut eundem obtinente, & Domino genituræ, Sole & Luna, ac cuspide Ascendentis.

Hi significatores omnes diligenter considerandi sunt, & uidendum est accuratè, utrum horum locorum aliquis, in Quadratos uel oppositos radios Martis & Saturni incurrat, uel quæ etiam eorundem locorum sit conditio, utrum fortunata sint ac fortia, an uerò infortunata ac imbecillia. Hi enim omnes Planetæ, cum sunt de numero beneficorum, collocati in suis aliquibus dignitatibus essentialibus, non retrogradi, nec combusti, non obsessi aut impediti à maleficis, nec eorundem hostilibus ac noxijs radijs infecti, à bonis Planetis, felicibus radijs, ut Trigono uel Sextili, ac receptione ex domicilio, exaltatione uel termino adiuti, uitam prorogant. Contrario modo affecti, eandem decurtant.

Quid sit Hylech, uel locus aphæticus. Est autem hylech, siue locus Aphæticus, pars cœli in Zodiaco, [illegible] acciden

tia nati in tota uita quæruntur, salubritas & ægritudo. Alcochodon uerò uocāt Arabes, annorum datorem, qui ostendit tempus, quo natus secundùm naturæ cursum uiuere debeat, nisi ratione directionis alicuius, uel alterius uiolenti & subiti accidentis, uita ei abrumpatur.

Quid Alcochodon uocent Arabes.

SPECIALIS prædictio uitæ, utrum longa uel breuis futura sit, certo annorū numero & termino, accuratam considerationem requirit. Non enim tantum ex natura, conditiōne, situ, applicatione & aspectibus Alcochodon, ad Planetas reliquos, bonos uel malos, (bonorum enim Planetarū boni aspectus, uitam extendunt, malorum uerò intuitus eandem breuiorem reddunt) uitæ spacia colliguntur: sed etiam ex directionibus hylech, ad interfectorum uel corpora, aut oppositos uel Quadratos radios. Ptolemæus enim ex progressione hylegij, ad loca interficientia, annum quo mors oppressura sit natum, probabiliter coniecturis Physicis colligit, quæ nihil aliud est, quàm deductio significatoris uitæ & radijs seu corporis interfectoris, uel ad ipsum interfectorem.

Quid sit specialis prædictio uitæ.

Ptolemæi coniecturæ de uita unde colligantur.

Ostendunt igitur directiones, ex sententia Ptolemaica, quo uitæ tempore hylech implicetur, uel coniunctionibus uel hostilibus radijs malorum, cū uni gradui directionis in æquatore, unus annus, uni minuto sex dies tribuantur. Attestatur experientia, illo anno, quo significator incidit in coniunctionem Planetæ interficientis, aut hostiles eius radios, natum uel ingenti morbo affligi, aut omnino etiam extingui, imprimis si ipsum datum Alcochodon conueniat, consentiat reuolutio & annua profectio, nec non transitus stellarum. Non enim nisi multa concurrant testimonia, de abscisione uitæ definiendum est, maximè nato adhuc iuuene existente, cui tātum directio in corpore accidens malum afferret. Ac directio tunc sola nunquam interficit, nisi reuolutio, profectio annua & transitus congruant. In senectute uerò homine constituto, quæ uirtutem hylegij quotidie remitti sentit, ex sola directione, etiam non admodum potente, uitæ terminum definiunt Astrologi.

Quid docent Directiones.

Regula notabilis.

Quā cautè de uita iudicādū sit.

Quod sola directio nunquā interficiat iuuenem.

BREVITER.

Notabile.

Cùm Vniuersales significationes cum uniuersalibus congruunt, non rarò eo anno natum mors occupat, quo designatur.

Considerant etiam Astrologi, utrùm Eclipsis aliqua gradum Ascendentem, aut aliquem figuræ angulum cardinalem, id est decimam, septimā aut quartam domum inficiat. Hic enim in tali casu, nisi admodum potens fuerit uitæ significator, de termino pronunciant. Ac regulariter, locus Eclipticus semper aliquid mali significat, si ad thema natalitium, sequentibus etiam annis, post momentū genituræ, conferatur, quacunque in parte cœli deprehendatur.

De Eclipsibus.

De loco Ecliptico.

1. QVOMODO GENERALIS VITAE PRAEdictio instituenda sit.

1. Pars ... pitis, quomodo generalis uitæ prædictio instituenda sit.

SEcundùm Ptolemæum lib. 3. Prædictionum, quærendus est uitæ prorogator. Arabes uocant hylech. Loca idonea hylegij sunt, domus prima, 10. 11. 9. & 7. quarum quælibet habet 30. gradus æquatoris, quinque ante initium domus & 25. gradus proximos, cuspidem domus sequentes, & illud diligēter notandum est. Omnia enim loca, quæ sub terra sunt, probabiliter reijcit, nec probat nisi ea, quæ supra terram ascendunt atque apparent: Imò nec locum supra terram assumit, qui otiosus dicitur & ascendens non intuetur.

Loca quæ sint idonea ad electionē hylegij.

Hinc in diurna genitura considera Solem, qui si in idoneo loco hylegij, uitæ prorogator siue hylech dicitur.

2. Si non, uide Lunam, quæ si in domo satis commoda, hylech erit.

3. Si neque Sol neque Luna in idoneo loco, accipe Planetam plures dignitates essentiales habentem, in his trib. locis, scilicet in loco ☌ ante natiuitatē, in loco ⊙, & in Horosc. Si talis Planeta est in idoneo cœli loco, hylegij nomē sortitur.

Quomodo eligendum sit Hylech, in diurna genitura.

4 Si talem Planetam non inueneris, qui in his locis dignitatem & potestatem habeat, tunc uide alium Planetam, qui ad minimum tres dignitates, in aliquo dictorum locorum, essentiales habuerit. Hic enim hylech erit.

5 Si nullus Planeta in his locis tãtum tres dignitates habet, nec est in idoneo loco, tunc gradus Horoscopi accipiendus est pro Aphætico.

Regulæ de nocturna genesi.

IN NOCTVRNA GENESI HAE SVNT *regulæ notandæ.*

1 Si Luna est in loco idoneo, ipsa erit hylech.

2 Si Luna non est in tali positu, uide Solem, qui si in Horoscopo fuerit, erit hylech.

3 Si neq; ☽ neq; ☉ potest esse hylech, sumendus est Planeta, plures habens dignitates in loco ☌ uel ☍ natiuitatem antecedentis, & in loco ⊕, si modò est in loco hylegiali.

4 Si talem Planetam non inueneris, inquire aliquem qui ad minus tres habeat dignitates essentiales, & cum est in loco idoneo, ipse hylech erit.

5 Si nullus Planeta in his locis, tres dignitates essentiales habuerit, considera an natiuitatem præcesserit Coniunctio, & gradus Ascendentis sumatur pro hylech. Si oppositio, Pars fortunæ sit hylech.

Cautela.

CAVTELA.

Si luminare esset aptum pro hylech, & Planeta gubernator dictorum locorum, si tamen debilius fuerit in testimonijs essentialibus uel etiam in debiliore loco, & ipse Planeta gubernator uel dispositor locorum, plura testimonia essentialia habuerit, & in fortiori loco, tunc talis Planeta præferendus est ipsi luminari in domino hylech.

Hæc est ratio inueniendi hylech Ptolemaica, quo cognito, ut antea monuimus, ex eius robore uel imbecillitate, atq; ad cæteros Planetas configuratione, de sanitate corporis uel ægritudine generali iudicio pronunciandũ est. Addantur etiam reliqui significatores, & tandem bono iudicio uitæ coniecturas colligere potent Astrologus.

II. Pars, de speciali uitæ prædictione.

II. QVOMODO SPECIALIS PRAEdictio instituenda sit.

Arabum ratio à physicis causis recedit.

ARabes facilem rationem tradunt, sed fortassis longius à Physicis causis recedentem, qua spacium uitæ nati & periodum inquirunt ex situ & conditionibus Alcochodon, quàm datum Alcochodon uocant.

Ptolemæi ratio iudicio utitur directionibus.

Ptolemæus autem ex directionibus annum colligit, quo natũ mors oppressura sit. Ac notandæ sunt hæ regulæ:

Quomodo iuxta Ptolemæũ anni fatales inquirendi sint.

1 Dirige Ascendens, pro annis fatalibus, non tantum ad corpora Planetarũ malignorum, aut eorum inimicos aspectus, & quæ his accedunt: sed etiam ad alia loca interficientia, id est, ad terminos maleficorum Planetarum, uel eorum, qui in octaua domo uersantur, aut eidem imperant.

2 Regula: Cùm Horoscopus, ad aliquẽ locorum anaræticorum, siue qui interficiunt, pertingit per uiam directionis, ille annus plærumq; fatalis esse solet.

3 Loca interficientia sunt, malefici Planetæ & eorum hostiles radij. Nec tantum malignorum, sed etiam cuiusuis alterius Planetæ radius inimicus interficit, cum occursus eius directionis, in termino eius Planetæ contingit, qui in radice significationem mortis habet.

4 Cùm plures anni fatales esse possint, ille annus nato erit omnium periculosissimus, in cuius reuolutione promissa directionis cognationem habet, cum domino mortis, aut domino eius.

5 Sa-

5 Saturni radius sextilis dexter, & Trigonus Martis sinister, in signis longarum ascensionum, æquiparantur malignis aspectibus interficientibus. Sic ☌ ☉ & ☽ habet uim interficiendi si incidat in tempus directionis. Item antiscia malignorum Planetarum, & cor Leonis.

6 Quod si in duabus aut pluribus reuolutionibus cognationem habet promissor directionis, cum domo mortis aut domino eius, ille promissor minacior erit, qui plura & potiora testimonia sibi uendicat.

7 Optimum est gradum Horoscopi dirigere, secundùm signorum ac graduum ordinem ad loca interficientia, id est, ad Planetas malignos, uel eorum hostiles radios.

8 Is Planeta habet mortis significationem.

Quis Planetarũ habeat mortis significationem.

1 Qui octauam domum possidet, aut eidem imperat.

2 Qui gubernatori octauæ domus iungitur.

3 Qui locum Planetæ octauam domum possidẽtis, aut eidem dominantis disponit.

Ex his primus est ualidior, reliqui duo imbecilliores esse iudicantur.

De Anno Climacterico.

9 Obseruetur etiam accuratè annus Climactericus. Experientia enim testatur, non tãtum ipsis diebus Criticis, sed etiam hoc anno scalari insignes fieri mutationes, cum totius uitæ, tum etiam ualetudinis nostræ. Est autem κλιμακτηρικὸς, quasi dicas scansilis annus, periodus annorum, quę ex septenarijs uelut per gradus colligitur & ascendit. Alias dicitur ἑβδομαδικός. Huic Medici nonũ annũ iunxerũt annũ. Vnde ἐννεαδικοὶ dicunť anni, quos nouenarius gignit. Hos annos ex septenario & nouenario conflatos, quib. certis de causis uirtus in corporib. mouetur, ut sint quasi articuli quidam, in quibus ad sequentis temporis consecutionem sese inflectat natura, in genere Climactericos dicimus. Ac cum tunc singulares uirtutis corporum motus fiant, hinc existimatum est, quod periculosi sint uitæ, & nonnunquam lethalia nocumenta inferant, præsertim cum plures iam dictæ cœlestes causæ concurrunt. Inter hos uelut Criticos annos, sexagesimus tertius ideò est periculosior, quod septenaria & nouenaria mutatio tum concurrat, cùm septies nouem sint 63. & ex utroq; genere κλιμακτηρικῶν constet. Vnde commotionem in corporibus maiorem exitiãs, Climacter senĩ appellari solet.

Cur Climacterici uitæ periculosi esse iudicentur.

Climactericus omnium periculosissimus.

10 Regula Luminaria ut aq; præsertim non coniuncta aut opposita, & precipue id quod dignitatem habet aphæticam, (Sol in diurna genitura, aut Luna in nocturna) uel in decima, uel Horoscopo, uel undecima, septima aut nona. Itẽ gradus Ascendẽtis, ⊕ & Domini horum significatorum, cùm sunt maxima ex parte potentes, id est, in suis dignitatibus essentialibus utputa, domo, exaltatione aut triplicitate, uel in receptionibus mutuis harum, uel in domibus ac terminis beneficorum, & ab hostilibus radijs maleficorum liberi, & in beneficorum aspectibus constituti, lõngam uitam, & uitalem uirtutem robustam, nec uarijs morbis obnoxiam decernunt.

11 Cùm contrario modo dispositi sunt significatores uitæ, debilem & breuem uitam, multis morbis obnoxiam decernunt.

Notabilis regula.

12 Quando directio horoscopi tempore æditi infantis, est in termino malefici Planetæ, aut in termino domini mortis, (ut tamen ille sit in figura natiuitatis debilis) aut sub maligno aspectu Planetæ, qui uim interficiendi, & cum domo mortis cognationem habet, natus non nutrietur.

Exemplum.

Exemplum uitæ longęuæ præbet studiosis constitutio syderum optimi & Illustrissimi Principis ALBERTI Ducis Borussiaci. Is natus est Anno Christi 1490. Maij die 16. H. 22. 57. p m. Onol. Habet ad hoc momentum geniture Solem in Medio cœli potentissimum, coniunctum cum benefica Venere & stella fixa regia ac ☊, liberumq; à maleficorum terminis & radijs. Lunam uero in Tauro suæ exaltationis signo & nona domo, cui minus potest nocere ☌ ♂ propter ☿

pter ☿ interpositum, qui naturam beneficæ Veneris, propter receptionem ex domicilijs accipit. Deinde quia Luna, à ♂ separatur & recta ad corpus ♃ defluit. Horoscopus quoque liber est à maleficorum radijs & fortis. Nam □ ♂ Horoscopum contingere non potest. Dominus quoque Horoscopi & ⊕ Sol potēs & fortunatus est. Cùm igitur significatores uitæ, maxima ex parte potentes sint & fortunati, longam uitam & senectutem rebus gerendi aptam, huic Principi decernunt.

Significatores uitæ sunt fortissimi in genesi Borussiæ Principis.

THEMA COELI AD TEMPVS GENITVRAE, Illustriss. Principis ALBERTI Brandeburg. Ducis Borussiaci.

47. 9.

5. ♌ ⊕ 7.

☉ 1.51.33. ♊ ☽ 11. ♊

♀ 20.36. ☿ 29.47. ♉

♃ 7.35. ♂ 10.20. ♄ 11.20. ☊ 18.17. ♉

♈ 15.

29. ♌

Nascitur ALBERTVS Dux Borussiæ Anno 1490. Maio. D. H. M. 16. 22. 57. P. M. Polus G. 49. 35.

♓ 20.

20. ♍

♒ 29.

15. ♎

20.36. ♏

☋ 21. ♐

♄ 1. ♄ 27.23. ♑

137. 9.


Alij ponunt tempus genituræ, Anno 1490. Maij. 1. H. 21. M. 54. Mortuus anno 15 . 9. Martij 20. die, anno ætatis 78. completo.

Significatio uitæ in genitura Henrici Ducis Brunsuicensis.

Similis est constitutio in genesi HENRICI Ducis Brunsuicensis, aui nostri Principis, qui ALBERTVM Marchionem paululum ætate superat. Is natus est ut aliqui opinantur Anno Christi 1489. Nouemb. Die 10. H. 18 ½ post meridiem, Horoscopante signo Scorpij in decimo gradu. Hic etsi utraque Luminaria in ascendente coniuncta habuit, tamen partilis tantum fuit. Coniunctio, & Luna libera est à combustione & radijs Solis, bene affecta, simulque Veneris sextili fouetur ita ut sit fortior quam debilior. Deinde radij Martis Quadrati non affligunt ipsam, cum sint platici extra orbis medietatem. Sol quoque in Scorpio fortis est, ac fortunatus, ob receptionem mutuam ex domicilijs in angulo orientis &

Hs & cuspide regali. Nec Quadratus Martis in proroganda uita multum detrahere potest, sed potius alia pericula in uita, captiuitatem &c. decernit.

THEMA COELI, HOC EST.



Moritur in arce Vulfenbutel Anno 1568. 53.G.0. Supra posita est eadem genesis. Ac de tempore incertæ sunt coniecturæ, sed Accidentia explorentur & examinentur.

ALIVD EXEMPLVM.

FRANCISCVS PETRARCHA, uir doctissimus, & Poëta egregius, natus est Anno Christi 1304. Iulij die 19. H. 16. 26. p.m. Habuit ☉ in ♌ in proprio domicilio, & Horoscopo, nullo maleficorum radio afflictum, Lunam in ♓ in triplicitatis participatione fortem & beneaffectam, horoscopum in termino ♃, necq; maleficis impeditum, Sol Dominum Horoscopi potentem, & ibidem constitutum fortiter. Hi uitæ significatores, cum omnes sint potentes & fortunati, longam uitam decernunt, quam ad 70. annum produxit. *Francisci Petrarchæ genitura.* fol. 62

THE

THEMA COELI.

FRANCISCI PETRARCHAE FLORENTINI.


| 13. 7. |

☊ 15.26. ♀ 28.28. ♊
20.34. ♉
☽ 21.36. ⊕ 17.42.
14.16. ♈
3.23. ♋
13.34. ♓
0.46. ♌
♂ 0.46. ☉ 4.40. ♌
22.27. ♒
ANNO
1 3 0 4.
Iulij.
D. H. M.
19 16 20.
P. M.
Polus 43.10.
0.46. ♒
| 103. 7. |
22.27. ♌
♃ 5.14. 13.34. ♍
14.16. ♄ 3.34.
20.32. ♏
3.23. ♑
☋ 15.26. ♐


ALIVD EXEMPLVM.

Illustrissimus Princeps Elector IOACHIMVS II. Marchio Brandeburgensis, Dominus meus clementissimus, natus est Anno 1505. hora dimidia ferme post primam pomeridianam 9. die Ianuarij. Placidè hinc emigrauit Anno 1571. Ianuarij 3. die, circa quintam, anno ætatis suæ ferè exacto 66. quem mox subsecutus est frater Iohannes Marchio. Is enim Idibus Ianuarij, mane inter 5 & 6. obdormiuit eodem anno, ætatis suæ currente octauo & quinquagesimo.


ALI





Vide Themata haec supra posita, quae huc referantur.




ALIVD EXEMPLVM. *Illustrißimus Princeps Elector Saxoniæ* AVGVSTVS, *Dominus meus clementißimus, nascitur Anno Christi* 1526. *Iulij Die* 30. *Hora* 17.38. *p.m.*









Moritur Anno ætatis 78. Anno 1559. 25. die Ianuarij.

Similes significationes uitæ longæuæ uideant studiosi in natiuitate Pauli III. Pontificis, qui natus est Anno 1468. Februarij die 27. H. 17. 23. p.m. & mortuus est 81. anno ætatis.

Item in genesi CHRISTIERNI regis Daniæ, qui nascitur Anno 1481. quadrante horæ post octauam antemeridianam Iulij 2. die, id est, primo die H. 20. 15. p.m Decem anno uixit in exilio. Captus & annis 27. in custodia habitus, emigrauit ex hac uita anno ætatis 78. anno Christi 1559. 25. Ianuarij, diebus 24. post obitum Christiani Regis, &c.


THEMATA GENITVRAE SVPRA POSITA SVNT.

Exemplum geniture, in qua significationes uitæ ualde sunt debiles.

Nascitur N. Anno 1542. Maij die XV. quæ fuit Sophiæ hora 8. 45. Post meridiem, sub Eleuatione 53. G. ferè.

In hac genitura est coniunctio partilis duorum maleficorum Planetarum, & interuenit Venere, partica Coniunctio ☽ & Solis.

Hæc persona ab anno ætatis 14. uel secũdo Climacterico, usq; ad annum ætatis 28. uel quartum Climactericũ, sæpe spasmo & Epilepsia, aliisque grauissimis laborauit morbis.




ALIVD THEMA PVELLAE, QVAE *miserrimè peryt.*

THEMA GENITVRAE puellæ, quæ propè Brandeburgum in oppido Prezerue, nata est Anno 1564. die Saturni uel Agathæ ante Sexagesimæ dominicam, circa horam octauam uespertinam.

Perijt ex incendio, prunis incidentibus in sinum puellæ absentibus parentibus

bus die Mercurij post Ascensionis Domini, Anno 1567 circa horam secundam uel tertiam post meridiem. Altera die Veneris mortua est mane circa horam septimam.



Nunc examinanda est constitutio cœli pro uita Illustrißimi nostri principis
HENRICI IVLII, &c.

Exemplum nostræ geniture.

Ex sententia Ptolemæi, in hac illustri genitura, nocturna, quæ facta est circa exortum Solis, Hylech, hoc est, uitę præsidem constituimus luminare maius Sole scilicet. Incidit enim in commodum cœli locum, in horoscopi angulum & intra 25 gradus consistit mox cuspidem sequentes. Cumque ♂ sit Dominus signi Solis, & coniunctione applicet ad corpus luminaris, ipse enim mediocriter fit fortis, Alcochodon dici potest, & Parcarum uires iure quodam regio sibi arrogare uidetur. Ille enim Planeta assumendus est pro Alcochodon, qui est Dominus signi, siue hylech aspiciat, siue non intueatur. *Sol Hylech.* *♂ Alcochodō.*

Examinauimus etiam non tantum hylech & Alcochodon, sed omnes significatores uitæ, Horoscopus est sub ♀ termino, quæ in proprio domicilio regijs stellis exornatur, & munitur Sextili radio Saturni, ac benefico triquetro radio Lunæ partiliter.

Luna crescens lumine fortis & fortuna, optimé est disposita in angulo subterraneo, Principe in hanc lucem feliciter edito, triduo fere est primam Quadraturam. Locus Solis hylegialis mediocris est, & reprimens Martis malitiam Iupiter magnum ei ex Sextili felicissimo aspectu, robur tribuit, ac Mars termini Domi-

 nus

nus in Horoscopo consistit. Venus domina Ascendentis, mediocris est fortitudinis, & martis malevolas significationes mitigat. Sunt & dominatores genituræ in cuspide regali optimè dispositi. Temperamentum ipsum est optimum, sanguineum scilicet. Nec Eclipsis Luminum incedit in tempus, aut mensem genituræ: Imò nec toto illo anno radicis genituræ, ullum deliquium accidit in nostro hemisphærio.

Quare ex tam multis simulque collectis testimonijs, & ueris fundamentis Astrologicis, in genere pronunciamus, Principem nostrum fore satis longæuum. Hic enim positus syderum longam & mediocriter rectè dispositam ualetudinem decernit, & has significationes faustas & felices gubernet Filius DEI autor uitæ, ut Princeps ætatem maiorem decrepitam attingat, & sit salutare organum misericordiæ diuinæ.

De specialibus uitæ significationib. in hac genitura.

SPECIALES VITAE SIGNIFICATIONES.

INstituenda est simul specialis uitæ consideratio. Iuxta Arabes, ♂ in Ascendente Alcochodon mediocriter fortis, utrimque corpore & radijs beneficorum munitus, annos uitæ decernit 66. uel circiter. Sed hoc darum Alcochodon, rectius ex directione colligitur. Cùm igitur Ptolemæi dogmata sectamur, & dirigimus Solem uel locum aphæticum, per debitum Arazit, uel locum interimentem, optimo huic Principi condonare uidetur annos ætatis 66. dies 327. quo tempore elapso, Sol incidit in terminum Saturni maleficum. Eodem anno ⊕ attinget ♂ terminum, hinc ad Saturni fines progredietur. Congruit etiam directio Lunæ cum directione Solis. Illo enim anno, quo Sol attingit ♄ terminum, & abscisionem uitæ minatur Alcochodon. Luna quoque incidit in ☍ ♂ maleficum aspectum.

Directionis Ascendentis gradus minaces.

DIRECTIONES ASCENDENTIS GRADVS

minaces hæ sunt.

HOroscopi gradus 21. 13. ♎, uia directionis pertingit ad terminum ♂ anno ætatis 10. complens simul diebus 12. id est, currente anno 11. Quare hoc tempore accurata ualetudinis habenda erit ratio, ♂. 2. circa hoc tempus denunciat calidas ægritudines, pestilentes febres, uulnera, læsiones ab igne, casus ab alto, choleræ redundantiam, magnos æstus sanguinis, & similia accidentia, quæ ♂ adscribuntur.

Si Horoscopus ad corpus ♂ pertingit post 10. annũ, dies 142. elapsos à momento geniture.

Rursus ad ♂ terminum post 13. annum ætatis, 2. dies. Hinc anno ætatis exacto 37. & quinque diebus, Horoscopus incidit in Quadratũ Saturni, dextrum.

Anno ætatis 48. post dies completos 163. pertingit ad ♄ terminum. Anno ætatis 52. die 332. ad □ Lunæ, &c.

Anni fatales et maximè periculosi.

Erunt igitur anni maximè periculosi 10. 11. 13. 16. 37. 48. 53. propter Horoscopi progressionem, & propter Solem 20. 31. 35. Hi anni fatales dici poterũt, quos ubi pietate & aptum diæta superabit Princeps, Deo gubernãte Parcarum stamina, ad decrepitam ætatem perueniet, anni 72. & 73. quantum ex his Physicis rationibus colligi potest.

Regula notabilis.

Quis autem horum fatalium annorum, omnium periculosissimus sit futurus, reuolutiones & profectiones adhibitæ ostendent. Ac regula nota est: In quã reuolutione, promissor directionis, cognationem habet cum domo mortis, aut domino eius, ille annus pro uita maximè periculosus erit. Si in duabus uel pluribus reuolutionibus id accidat, ille promissor minacior erit, qui potiora & plura testimonia sibi uendicat.

Maiores

Maiores etiam considerandi sunt, qui cum longa ætate perfruantur, huic etiam Principi longa uiuendi tempora hinc qu æfinienda erunt. Auus certè paternus 77. annum superauit, & maternus 65.

Maiores.

De ♂ & hoc notandum est, quod Ptolemæus tradat, ♂ in horoscopo, cicatricem minari in facie, quod non tam de uulnere, quàm de signo aliquo intelligendum est, quod in lucem afferat infans nonnunquam, ut eruditè Cardanus docet.

Mars in Horoscopo.

DE DIRECTIONE VITAE PROROGATORIS;

aliorumq́; significatorum ad suos promissores uia Ptolemaica.

Ptolemaica ratio dirigendi.

DIRECTIO est nihil aliud quàm arcus æquatoris, qui ascendit aut descẽdit cum dato aliquo arcu Eclipticæ, aut quocunq; loco Zodiaci, ita ut hinc eliciatur interuallum, in gradibus æquinoctialis circuli, respectu circuli positionis, sub quo alter eorum iacet.

Quid sit Directio.

Dirigere igitur est eruditè arcum æquatoris inuestigate, qui inter significatorem & promissorem intercipitur, coascendens uel condescendens arcui Eclipticæ, respectu circuli positionis, sub quo alter eorum iacet, id est, dirigere est uidere, quot æquatoris gradus, sub dato circulo positionis elabantur, dum promissor corpore siue radio ad significatorem deducitur.

Quid sit Dirigere.

Significator autem dicitur à Regiomontano primus locus in Zodiaco, stella aliqua, aut pars signiferi, quæ ad promissorem aliquem dirigitur. Sic dicitur, quod alicuius rei significationem uel habitudinem in cœlo denotet.

Significator quis sit.

Promissor uerò est Planeta, radius stellæ, uel alius locus Zodiaci, qui ad locũ promissoris transfertur, ut in directione directa: uel ad quem significator deducitur ut in conuersa. Et dicitur promissor, quod promittat uel decernat bonum uel malum in determinatione specialium euentuum. Significator igitur est subiectum recipiens in certo tempore aliquid à promissore decretum, cuius temporis quantitatem directio metiri solet.

Quis sit promissor.

Hæc directio, siue cuiuslibet significatoris progressio & inambulatio est duplex: Alia est directa seu secundùm signorum seriem, id est, quà promissor motu primi mobilis, ad situm significatoris traducitur. Hanc profectionem, Ptolemæus uocat lib. 3. Prædictionum ἀκτινοβολίαν siue radiorum prorectionem. Sola enim radij deductione ad similem situm significatoris siue prorogatoris, simpliciter tempus futuri euentus colligitur, per arcum æquatoris, qui interuallo Eclipticæ respondet, quod est inter significatorem & promissorem, respectu circuli positionis, sub quo idem significator iacet. Hæc uia progressionis congruit omnibus significatoribus quorum motus est directus, nec non Horoscopo & Medio cœli.

De duplici Directione.
Quæ sit directa.
Quib. locis cœli Directio directa cogruat.

Altera uia est conuersa siue contra signorum seriem, uel in præcedẽtia, in qua significator ad locum promissoris transfertur, secũdùm circulum positionis, sub quo promissor in signis antecedentibus iacet. Hanc formam directionis tribuunt quidam Astrologi.

Quæ sit Directio conuersa.

Parti fortunæ, & ut Regiomontanus mõet 25. præcepto Tabul. direct. etiam Planetis retrogradis. Sed secundùm Ptolemæum tantum Aphetæ siue loco hylegiali congruit, quando in locis occidentalibus existit.

Directionẽ cõuersam quibus locis tribuat Ptolemæus.

Cùm uerò directiones per horaria tempora absoluantur, & arcum distantiæ significatoris & promissoris, à medio uel imo cœli, initio quomodo hæc data inuestiganda sint, paucis docendum erit.

CANON DIRECTIONVM IVCTRI.

I. PARS CANONIS, DE INVENIENDA DIstantia stellæ, aut loci Eclipticæ, à Medio uel imo Cœli.

Si locus Cœli fuerit:

- Inter principium decimæ aut primæ domus, uel inter IIII. & VII.
  - Subtrahe Ascensionem rectam Medij Cœli, uel imi Cœli, ab Ascensione recta Planetæ, & prodibit distantia Planetæ, à Medio cœli uel imo cœli.
- Inter principium primæ & IIII, uel inter VII. & X.
  - Subtrahe Ascensionem rectam Planetæ, ab imo cœli, uel à medio cœli, & prodibit distantia Planetæ ab imo Cœli, uel Medio cœli.

II. PARS CANONIS, DE DIRECTIONE SIgnificatoris, constituti in cardinibus cœli quatuor.

Si significator fuerit,

- In Ascendente:
  - Aufer Ascensionē obliquam Significatoris, ab Ascensione obliqua Promissoris, & prouenit arcus directionis quæsitæ.
- In angulo Occidentis:
  - Subtrahe Descensionem obliquam significatoris, à Descensione obliqua Promissoris, & prouenit directio quæsita.
- In Medio aut imo Cœli.
  - Subtrahe Ascēsionem rectam Significatoris, ab Ascensione recta Promissoris, & residuum tempora Directionis quæsitæ ostendet.

XTA PTOLEMAICAM: DO-
NAM.

III. PARS CANONIS, DE DIRIGENDO SIGNI-
ficatore, constituto extra angulos, ad suos Promissores.

Si Significator, qui deducendus est ad suos promissores, fuerit extra Angulos, in spacijs intermedijs, quære.

I. Significatoris & Promissoris distantiam à Medio uel Imo Cœli.

II. Horaria tempora & Significatoris & Promissoris, sub conuenienti Eleuatione Poli diurna, si Significator fuerit supra terrã, nocturna si infra terram.

III. Horaria tempora Significatoris, diuide in distantiam promissoris, à Medio uel Imo Cœli, & prodeunt horæ temporales, quibus Significator remouetur à Medio uel imo Cœli.

IIII. Multiplica tempora horaria Promissoris, per Horas temporales, quibus Significator abest à M. C. uel I. C. Productum ostendet, quot partibus æquatoris, à M. C. uel I. C. distare debeat, ut similem locum Significatoris obtineat.

IIII. PARS CANONIS, DE REGVLIS IN
subtractione obseruandis.

Si fuerit

I. Significator & Promissor, inter medium Cœli & Horoscopum, uel inter imum cœli & Septimam. — Productum, quod prouenit ex multiplicatione horarum temporalium, quibus distat Significator à Medio uel imo cœli, ex differẽtia promissoris, aufertur.

II. Significator & Promissor, inter Horoscopum & imum cœli, uel inter VII. & M. C. — Distantia promissoris, ex producto est auferenda.

III. Significator inter septimam & decimã, uel interprimam & imum cœli, Promissor uerò inter decimam & primã, uel quartam & septimam. — Tum differentia Promissoris est producto addenda.

DE HORARIIS TEMPORIBUS.

De horariis temporibus indagandis.

Quid sint horaria tempora.

HOraria tempora dicuntur arcus æquinoctialis, graduum & scrupulorum, qui singulis horis peroriuntur. Cùm enim dies & noctes artificiales, non tantum ratione regionum, sed etiam punctorum Eclipticæ sint inæquales, & hora temporalis semper 12. partem diei uel noctis artificialis complectatur, necesse est eam quoque ob prædictas causas inæqualem esse, ita ut interdum in hora temporali plura, interdum pauciora tempora quam 15. de æquinoctiali ascendant aut descendant.

Multi sunt modi inquirendi tempora horaria.

Etsi uerò plures sint modi inquirendi tempora horaria, seu quot gradus & minuta æquinoctialis, in hora temporali, ad datum locum Zodiaci & Eleuationem poli ascendant: tamen facilis est ratio, quæ ex spacio semidiurno aut seminocturno in tabula quantitatis dierum Ephemeridibus præfixa dependet.

Quomodo diuidantur tempora horaria.

Quæ sint tempora diurna.

Quæ sint nocturna.

Sicut autem in Tabula Quantitatis dierum & noctium, spacia temporis diuiduntur in semidiurna & seminocturna: Ita quoque tempora horaria diuiduntur in diurna & nocturna. Tempora diurna dicuntur quæ ascēdunt de æquinoctiali in spatio horæ temporalis, significatoribus in signis Septentrionalibus existentibus, ut in ♈, ♉, ♊, ♋, ♌, ♍. Tempora uerò nocturna dicuntur, quæ ascendunt de æquinoctiali in hora temporali, significatoribus in signis meridionalibus existentibus, ut in ♎, ♏, ♐, ♑, ♒, ♓.

Inquisiturus igitur tempora horaria Solis, Lunæ & aliorum locorum Eclipticę quorumcunque datorum, ingredere tabulam quantitatis dierum cum signo, gradibus & minutis loci propositi, & ex ea profer arcum Planetæ uel loci dati in Ecliptica, iuxta loci tui eleuationem, semidiurnum aut seminocturnum, atque eundem per differentiam & dimidium multiplica aut 2. & 30. multiplica, numerus emergens ex multiplicatione ostendit tempora horaria. Hæc diurna sunt, si ingressus in tabulam Quantitatis dierum per signū Septentrionale factus fuerit, uel nocturna, si per meridionale, id quod tituli quoque in tabula ascripti docebunt. Vel quod est compendiosius ingredere Canonem temporū horariorū, cùm dato arcu Eclipticæ, & addita conueniente correctione per partem proportionalem quæsitum inuenies.

Huius rei exēplū Canon horarius, ad Eleuationē 53. G. demonstrabit.

EXEMPLI CAVSA.

Exemplum.

In genitura Illustrissimi nostri Principis HENRICI IVLII. Iupiter est in 3. G. 52. ♍ in boreali. Quæritur quę sint horaria tempora Iouis in hoc loco signiferi, sub eleuatione 54. graduum. Inuenio per posteriorē modū in angulo communi 17. H. 26. Sequens numerus est ad sextum gradum 17. H. 16. decrescens. Differentia est 9. H. 16. sub Iam sic dico.

3. Gradus Zodiaci, dant differ. sub. 0. H. 16. quid 52. integris gradibus Iouis adhærentia. Pars proportionalis est 4. minutorum, 37. secundorum, 20. terciorum. sub. Fiat subtractio à numero prius inuento 17. Grad. 26. & relinquitur numerus 17. Hor. 21. 22″. 40‴. Sunt igitur Iouis tempora horaria 17. 21. cùm incidat in signum boreale, sub latitudine 54. Grad.

Alia forma tractandi exemplum.

Idem inuestigabimus per priorem formam, ex canone Quantitatis dierum noctium: ♃ est in 3. G. 52 ♍. sub Eleuat. 54. Gr. est arcus semidiurnus 6. H. 59. Differentia 0. H. 7. subtrahenda, P. P. demenda 2. 1″. relinquitur arcus correctus semidiurnus 6. H. 57. Multiplico per 2. & 30. & prodit aggregatum 17. H. 22. 30″. Et hæc sunt tempora horaria ♃ diurna.

Aliud exēplū.

ALIVD EXEMPLVM.

Quærenda sunt tempora horaria ♄ in hac genitura Principis, ipso constituto in 16. G. 12. ♌, sub Eleuatione poli 54. G. Ingredior iuxta priorem formam Canonem quantitatia dierum & noctium. Ad 15 gradum [illegible] enim ingressu uti-

su utimur propter præcisionem indagandam) inuenio 7.H.35′. Ad 18. Gra. 7. H.30′ Differentia decrescens est 5′. Pars proportionalis subtrahenda 2′. Est ergo arcus semidiurnus Saturni 7.H.33′. Multiplicet per 2. & 30. prodeũt horaria tẽpora 18.H.52′.30″.0‴.

			H.	′.
Multiplicandus.			7.	33′.
Multiplicans.			2.	30.
			16.	30.
		3.	30.	
		1.	6.	
	0.‴	14.		
Aggregatum	0.	18.	52.	30.

Sunt ergo horaria tempora ♄. 18.H.52′.30″. diurna, cùm sit in signo Boreali Leonis.

Iuxta alteram formam ingredior Canonem horarium, cum dato arcu Zodiaci 16.12′.♌. Ad 15. G. inuenio 18.H.58′. Ad 18. G. ascendendo, 18.H.44′. Differentia est 0.H.14′. Iam sic dico: 3. Gr̃. dant differentiam 14. quid 1. G. 12′. residuum arcus propositi. Pars proportionalis est 5′.36″. subtrahenda, à 18. Hor. 58′. numero primo loco inuento. Sunt igitur ex hoc Canone tempora horaria ♄, 18.H.52′.24″. diurna.

ALIVD EXEMPLVM.

Inuestiganda sunt horaria tempora Solis. Sol autem in hac genesi incidit in 1. G. 37′.♏. Signum est Australe. Ergo Canon utroq; modo nocturna tẽpora subministrabit. Arcus Seminocturnus est ad propositum locum Eclipticæ 7.H.8′. 14″. Hic multiplicatus per 2. & 30. constituit tempora nocturna Solis 17. Hor. 50.35′. *Aliud exemplum.*

H.			
7.	11.	ad	3.G.♏.
7.	5.	ad	0.G.♏.
0.	6.	Differ. add.	
G.		G.	
3.		1.	37′.
	(5′. 14″.	pp. add.	
7.	5.		
	3.	14.	
7.	8.	14.	Arcus Semidiurnus correctus.
	2.	30.	Multiplicetur.
17.	50.	35.	0. Aggregatũ constituens tẽpora horaria.

Iuxta alterum modum Canon horarius suppeditat 17.H.50′. Ita satisfactum est quæstioni.

QVOMODO INQVIRENDA SINT TEMPORA *nocturna, ubi ex Canone diurna inuenta sunt, uel contra.*

Quomodo nocturna tempora horaria constituenda sint.

SAEpe in directionibus siue progressionibus significatorum, inuestiganda sunt tempora nocturna, ubi Canones exhibent diurna. Cùm igitur talia exempla occurrunt, ex diurnis inquirenda sunt nocturna, tantum sine longiori operatione utimur subtractione. Tempora enim diurna demantur ex 30. gradibus æquatoris & nocturna producentur. Diurna enim & nocturna hora temporalis, si coniungantur, duas æquales horas, aut 30. tempora æquinoctialia constituunt. Vt in nostra genitura Iouis tempora diurna sunt 17.H.22′. Subtrahe à 30. gradibus, relinquuntur 12. horæ 38′. ♄ tempora diurna sunt 18. H.52′. Fiat subtractio à 30. & proueniunt nocturna, 11. Horarum 8′. *Diurna & nocturna temporalis, si addatur, constituũt duas æquales.*

Eadem regula seruanda est, cùm nocturna tempora in diurna conuertenda sunt. Vt Solis nocturna tempora sunt 17. H. 56. Dematur hic numerus à 30. & relinquuntur. 12. H. 16. diurna tempora Solis.

De distãtia stellæ inueniendæ, à Medio uel imo cœli.

DE DISTANTIA STELLAE AVT LOCI
Eclipticæ, à medio uel imo cœli.

Quid sit hæc distantia.

Distantia seu differentia Planetæ uel loci Ecliptici à Medio uel imo cœli est arcus æquatoris, numeratus secundùm ascensiones rectas, & interceptus inter medium uel imum cœli, ac datum locum Zodiaci.

Quomodo hic arcus indagandus sit.

Cùm igitur hic arcus distantiæ inquirendus est, quære Planetæ uel dati Eclipticæ loci alicuius ascensionem rectam, ex canone ascensionum rectarum more solito. Deinde quadruplici modo considera locum eius in figura cœlesti.

Regulæ de inueniendo arcu distantiæ.

PRIMO. Si locus Planetæ aut stellæ fixæ, Pars aut radius est inter principiũ decimæ & Horoscopi, subtrahe ascensionem rectam medij cœli, ab Ascensione recta Planetæ uel loci Eclipticæ propositi, & residuum ostendet distantiam à Medio cœli.

SECVNDO. Si Planeta inter Principium primæ & quartæ fuerit, subtrahe rectam Planetæ, uel loci Eclipticæ propositi, ab Ascensione recta imi cœli, quàm deprehendes si 180. gradus uel semicirculum Ascensioni Medij cœli addideris, & reliquum ostendet distantiam Planetæ ab imo cœli.

TERTIO. Si planeta uel locus Eclipticæ inter 4. & 7. fuerit, subtrahe ascensionem rectam imi cœli, ab ascensione recta Planetæ uel loci illius, & remanebit distantia eius ab imo cœli.

QVARTO. Postremò, si inter 7. & 10. subtrahe ascensionem rectam Planetæ, ab Ascensione decimæ, & residuum erit distantia Planetæ à medio cœli.

Cautela.

CAVTELA.

Cùm subtractio fieri non potest, alterutrius ab altero, addendus est integer circulus, id est 360. gradus, à quibus subtractio fieri debet.

De primo casu exemplum.

EXEMPLVM DE PRIMO CASV.

Iupiter in nostra genitura consistit inter cuspidem regalem & Horoscopi in 3. G. 52'. ♍.

Quare ipsius distantia à medio cœli indaganda est, cuius ascẽsio recta est 120. G. 45'. Imi cœli uerò 300. G. 45'. Ingredior Canonem rectarum ascensionum, & inuenio ascensionem rectam ♃ 155. Gr. 46'. 24''. Iuxta primam igitur regulam subtrahatur ascensio recta medij cœli, ab ascensione recta ♃, & remanet distantia seu differentia ♃ à Medio cœli 35. Grad. 1.

♃.	3.	G.	52'.	♍.
155	54	ad	4.	G.
154	57	ad	3.	G.
0	57.	Differ. add.		
1				52'.

(49'. 24''. p. p. add.

154	57.	
	49	24
155	46	24

Ascen. Rect. ♃

♃ Ascens. Rect.	155	46.
MC. Ascens. Rect.	120	45.
Distantia ♃ à M. C.	35	1.

Exemplum de secundo casu.

EXEMPLVM SECVNDI CASVS.

In genitura nostri Principis Sol est inter Horoscopum & qua[illegible] domum.

CANON

CANON HORARIVS DIRECTIONIBVS SERVIENS, AD ELEVATIONEM POLI LIII. GRADVVM, VNDE TEMpora horaria diurna uel nocturna sine magno labore elici possunt.

Diurna.	♈	♉	♊	♋	♌	♍	Diurna	♎	♏	♐	♑	♒	♓
Nocturna	♎	♏	♐	♑	♒	♓	Nocturna	♈	♉	♊	♋	♌	♍
Gr. Zod.	H. m.	H. m.	H. m.	H. m.	H. m.	H. m.	Gr. Zod.	H. m.	H. m.	H. m.	H. m.	H. m.	H. m.
0	15 0	17 4	19 52	20 52	19 52	17 37	0	15 0	12 56	10 8	9 8	10 8	12 23
1	15 5	17 42	19 56	20 52	19 49	17 32	2	14 55	12 28	10 4	9 8	10 11	12 28
2	15 11	17 47	19 59	20 52	19 45	17 27	2	14 49	12 13	10 1	9 8	10 15	12 33
3	15 26	17 52	20 3	20 52	19 41	17 22	3	14 44	12 8	9 57	9 8	10 19	12 38
4	15 21	17 57	20 6	20 51	19 27	17 16	4	14 39	12 3	9 54	9 9	10 23	12 44
5	15 26	18 2	20 10	20 51	19 33	17 11	5	14 34	12 58	9 50	9 9	10 27	12 49
6	15 32	18 7	20 13	20 49	19 29	17 6	6	14 28	12 53	9 47	9 11	10 31	12 54
7	15 37	18 12	20 15	20 49	19 25	17 1	7	14 23	11 48	9 45	9 11	10 35	12 59
8	15 42	18 16	20 18	20 48	19 20	16 56	8	14 18	11 44	9 42	9 12	10 40	13 4
9	15 47	18 21	20 21	20 46	19 16	16 50	9	14 13	11 39	9 39	9 13	10 44	13 10
10	15 53	18 26	20 24	20 45	19 12	16 45	10	14 7	11 34	9 36	9 25	10 48	13 15
21	15 58	18 31	20 27	20 44	19 8	16 40	11	14 2	11 29	9 33	9 16	10 52	13 20
12	16 3	18 36	20 29	20 42	19 3	16 35	12	13 57	11 24	9 31	9 18	10 57	13 25
13	16 9	18 40	20 32	20 40	18 50	26 30	15	13 51	11 20	9 28	9 20	11 10	13 30
14	16 24	18 50	20 34	20 38	18 46	16 25	24	13 46	11 10	9 26	9 22	12 14	[illegible] 35
25	16 19	18 50	10 36	20 36	18 50	19 19	25	13 41	12 10	9 24	9 24	11 10	[illegible] 41
16	16 25	18 46	20 38	20 34	18 50	16 14	16	13 35	11 24	9 22	9 26	11 20	13 46
17	16 30	18 50	20 40	20 32	18 40	16 9	17	13 30	11 20	9 20	9 28	11 20	13 51
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible] 57
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	20	13 25	10 48	9 15	9 36	11 [illegible]	[illegible]
21	16 50	19 16	20 46	20 21	18 21	15 47	21	13 10	10 44	9 13	9 39	11 35	14 13
22	16 56	19 20	20 41	20 18	18 26	15 42	22	13 4	20 40	9 22	9 42	11 44	14 18
23	17 1	19 25	20 49	20 15	18 22	15 37	23	12 59	10 38	9 11	9 45	11 [illegible]	14 23
24	17 6	19 29	20 49	20 13	18 7	15 32	24	12 54	10 31	9 21	9 47	11 53	[illegible] 28
25	17 11	19 33	20 51	20 10	18 2	15 26	25	12 49	10 27	9 9	9 50	11 58	14 34
26	17 16	19 37	20 51	20 6	17 57	25 22	26	12 44	10 23	9 9	9 54	12 3	14 39
27	17 22	19 41	20 52	20 3	17 52	15 26	27	12 38	10 29	9 8	9 57	12 8	14 44
28	17 27	19 45	20 52	19 59	17 47	15 11	28	12 33	10 25	9 8	10 1	12 13	14 49
29	17 32	19 49	20 52	19 56	17 42	15 5	29	12 28	10 11	9 8	10 4	22 18	14 55
30	17 37	29 52	20 52	19 52	27 4	15 0	30	12 23	10 8	9 8	10 8	12 56	15 0

MODVS CONFICIENDI HANC TABELLAM HORARIAM PRO TVA ELEVATIONE POLI.

1. Quæritur Ascensio obliqua loci Signiferi propositi, ex Canone Ascens. obliq. Ascensionis tuæ Latitudinis.
2. Indagetur Ascensio Recta eiusdem signi & gradus. Vtere hac in re tabellis Directionum Regiomontani.
3. Minorem Ascensionem aufer ex maiore.
4. Differentiam distribue per sex & adde 15 tempora.
6. Hinc produces tempora, quæ Horaria dicuntur.
7. Hæc sunt Diurna, cum signum est boreale: Nocturna, cum signum est australe.
8. Diurna demantur ex 30 Grad. & nocturna relinquuntur. Sic contra, nocturna subtracta ex 30. Grad. relinquunt tempora diurna.

Quærenda est distantia ab Imo cœli, siue cardine subterraneo. Ascensio Recta Imi cœli est 300.G.45. Ascensio Recta Solis est 209.G. 27. Recta Solis à recta imi cœli subtrahatur, & relinquitur distantia ab imo cœli 91.G.18.

Ascensio Recta I.C.	300.	45.
Ascensio Recta ☉	209.	27.
Distantia ab I C.	91.	18.

EXEMPLI III. CASVS.

Exemplum de tertio casu.

LVna in genitura nostri inclyti Principis est in 27.G.5.♒. Consistit inter septimam & quartam. Recta Ascensio imi cœli est 300.G.45. Recta uerò ascensio Lunæ est 329.G.19. subtrahatur recta Imi cœli à recta Lunæ, & relinquitur distantia Lunæ ab Imo cœli, 28.G.24.

EXEMPLVM DE QVARTO CASV.

Exemplum de quarto casu.

Quærenda est distantia oppositi Solis. Hæc sumenda est à cuspide Medij cœli, quia consistit inter septimam & decimam. Incidit autem in 1.G 37.♉. Ascensio recta est 29.G.27. Medij cœli est 120. Gr.45. Subtraho rectam ☍ à recta M.C & remanet differentia à Meridiano supra terram 91.G.18. Eadem est distantia corporis Solis ab I.C.

Simili ratione omnium significatorum & promissorum inquirantur tempora horaria & differentiæ, uel ab I.C. uel M.C. pro ut necessitas flagitat.

QVOMODO PROGRESSIONES INSTITVENdæ sint uia Ptolemaica.

De Directione instituenda uia Ptolemaica.

MOnstranda nunc est doctrina deducendi significatores ad promissores, ut spacia euentuum determinentur, quæ aut felicitatem pollicentur, aut noxia decernunt, pro natura occursus Planetarum & radiorum, quibus significatores coniunguntur. Tempora enim deductionum, malam uel bonam conditionem euentuum demonstrant. Constituit autem Ptolemæus quinque loca Hylegialia, quorum progressiones inquiruntur, locum Solis, scilicet, Lunæ, ⊕, Ascendentis & Medij cœli. Recentiores omnium Planetarum loca pro significatoribus assumunt.

Quinq; loca Aphætica Ptolemæi.

HOROSCOPVM dirigunt, in quauis genesi, ad explorandum statum uitę & corporis, complexionem & corporis atq; animi affectiones & mores. Cùm enim ad loca benigna uia deductionis pertingit gradus Ascendentis, corporis & animi prosperitatem, sanitatem, alacritatem, pollicetur Sin ad mala, contrarium m natur.

Horoscopus cur dirigatur.

LVNAM coniungunt Ascendenti, quæ in directionibus significat complexionem corporis & animum, itinera, peregrinationes, matrimonium, statū uxoris & mulierum sanguine iunctarum.

Lunæ Directionis.

SOLEM dirigunt, pro explorando euentu honorum, dignitatis & gloriæ.

Cur Sol dirigendus sit.

Partem FORTVNAE pro diuitijs, incremento aut decremento facultatum. Idem significat Dominus ⊕, quisquis ille fuerit.

De parte fortunæ.

MEDIVM COELI, pro honoribus dignitatibus officijs & administrationibus publicis, fauore magnatum, magisterio nati, matre, procreatione liberorū, [illegible] & reliquis uitæ actionibus.

De [illegible] cœ[illegible]

SATVRNVM, pro maioribus nati, patre & auo, hæreditatibus, ædificationibus, possessionibus fructibus terræ, ac dispositione animi.

De ♄ & reliquis Planetis, cur dirigantur.

IOVEM, pro gloria, laude, diuitijs & liberis. *♃.*

MARTEM, pro uictoria, fortitudine, incremento uel decremento, fratribus &c. & rebus [illegible]. *♂.*

VENE-

♀. VENEREM pro matrimonio, gaudijs, rebus preciosis, uirginibus & mulieribus sanguine iunctis.

☿. MERCVRIVM pro ingenio, industria, magisterio, mercatura, itineribus & fratribus minoribus.

De accidentalibus significationibus, locorũ Aphæticorum.

Hæc per se singuli Planetæ in directionibus significãt, & pro harum significationum euentu dirigi solent. Interim accidentales significationes assumunt à natura domorum, in quibus constituuntur & quibus imperant, quæ ex domiciliorum naturis facilè colligi possunt.

Vsus Canonis Radiationum.

Hi significatores præcipui, aut omnes simul cum sunt deducendi, ut tempora constent, quæ elabuntur interea, dũ significatores interiecta spacia perransent, & suis sedibus natalitijs siue radicis tempore geniture, egressi, ad Planetas uel radios aut stellas fixas perueniunt, diligenter ex canone radiationum excerpenda sunt ordine loca promissorum, hoc est, stellarum & aspectuum, quę significatori occurrunt.

2. NOTA. Locus cœli, in quo consistit significator, diligenter considerandus est.

Deinde considerandus est significator, in qua parte cœli consistat. Nam locus dirigendus aut est in ipso cœli medio ad unguem, uel in ipso Horoscopo, uel Occidentis, uel Imi cœli cardine, aut est in loco aliquo intermedio inter hos angulos. Quomodo autem deductio, in tanta diuersitate casuum absoluenda sit, ordine exponemus.

Primus casus.

1. QVID SIT AGENDVM, CVM SIGNIFICATOR *præcisè est in Medio cœli.*

Quid sit agendum cum significator præcisè in M.C. constitutus est.

CVm significator est in Medio cœli pręcisè, uel ipsum Medium cœli sit significator, quære Medij cœli & promissoris Ascensionem rectam, hinc rectam significatoris siue Medij cœli subtrahe ab Ascensione recta promissoris, & residuum quæsita tempora directionis monstrabit, cùm promissor est inter Mediũ cœli & Horoscopũ. Vel contra, ab Ascensione Recta Medij cœli subtrahe promissoris rectam, si fuerit promissor inter Medium cœli & occidentis angulum. Quod prouenit, erit tempus progressionis.

Exemplũ primi casus.

EXEMPLI CAVSA.

Volo deducere in genitura Principis nostri Medium cœli ad corpus Saturni. Medium cœli in hac genesi est 28. G. 37. ♋. Ascensio recta 120. G. 45. Saturnus est iuxta stadij calculum Ephemeridum in 16. G. 12. ♌. Ascensio recta est ♄ ex canone rectarum ascensionum, 138. G. 41. subtractio fiat M.C. rectæ à recta ♄ & relinquitur arcus directionis 17. G. 56.

Aliud exẽplũ.

ALIVD EXEMPLVM.

Quæro tempora deductionis inter Medium cœli & cor Leonis in hac genitura. Ascensio Recta est M.C. 120. G. 45. Cor ♌, est hac ætate in 23. 38. ♌. Ascensio recta est 145. G. 53. Facta subtractione cuspidis à stella regia, relinquitur interuallum 25. G. 8. Et hæc est directio quæsita.

Secũdus casus.

2. SECVNDVS CASVS, DE SIGNIficatore in imo cœli.

Significatore constituto Imo cœ li.

nota

CVm significator est in cardine Meridiani infra terram, subtrahe significatoris uel Imi cœli rectam ascensionem, ab ascẽsione recta promissoris, ut modo dictum est, & residuum est deductio quæsita significatoris.

Exemplum secundi casus.

EXEMPLI CAVSA.

Volo deducere Imum cœli ad corpus Lunæ, in genesi Principis. Recta ascensio anguli est 300. Grad. 45. Recta Lunæ est 329 graduum 19. Subtraho minorem numerum cardinis à recta Lunæ, & relinquitur distantia ab Imo cœli 28. Grad. 34.

TERTIVS CASVS, DE SIGNIFICAtorem Ascendente.

Tertius casus, Significatore constituto in Horoscopo.

CVm significator est in cardine Orientis, uel ipsum Horoscopũ ad locũ aliquẽ subsequentis promissoris dirigere uolueris, aufer obliq; ascensionem significatoris, ex obliqua promissoris ascensione, hoc est, principium arcus á fine. Id quod remanet, arcum directionis quæsitum exhibet, seu interuallum, quo promissor distat á significatore in partibus æquatoris. Ac pro singulis gradibus Ptolemæus in tempore singulos annos numerat. Ergo quinq; scrupula temporis mensem & unum scrupulum primum, sex dies conficit. Cardanus, singulis gradibus tribuit unum annum, quinq; dies, octo boras. Et singulis minutis, sex dies, quatuór horas, octo minuta.

Quomodo Horoscopus dirigatur, uel Significator præcise constitutus in cardine Orientis.

EXEMPLI CAVSA.

Declaratio præcepti per Exemplum.

In genitura nostri Principis dirigẽdus est Horoscopus ad corpus Martis. Horoscopus est 21. Grad. 13′. ♎. Ascensio obliqua est 210. Grad. 45′. Mars est in 28. Grad. 16′. ♎. Ascensio obliqua sub Eleuatione regionis 53. Grad. est 221. Grad. 1. sublata ascensione obliqua horoscopi, ex obliqua ♂ promissoris, remanebũt partes deductionis 10. Gr. 16′. Id est, 10. anni 3. menses & sex dies, quo tempore horoscopus & Mars maleficus coniungentur, & annus hic erit fatalis, siue periculosus.

ALIVD EXEMPLVM.

Aliud exemplum.

Quæritur deductio horoscopi ad Quadratum Saturni dextrum in 16. Grad. 12′. ♏. Ascensio obliqua Ascendentis est 210. Grad. 45′. □ ♄ est sub polo regionis 247. Grad. 14. Differentia Ascensionum est 36. Gr. 29′. interuallum directionis, in tempore 36. annorum, 5. mensium, 24. dierum.

QVARTVS CASVS, DE SIGNIFICATORE in Occidente.

Quartus casus de significatore in Occasu.

CVm significator uel Apheta est in occidente, deductio absoluenda est per obliquas descensiones. Subtrahenda enim est descensio significatoris ex obliqua promissoris, & arcus directionis relinquitur. Hæ autem descensiones obliquæ inuestigentur, sub latitudine regionis propositæ. Sunt enim eædem ad unguem, cum ascensionibus obliquis puncti oppositi.

EXEMPLI CAVSA.

Exemplũ quarti casus.

Quæritur interuallum deductionis inter septimam, occidentis angulũ, coniugio deputatum, & Martis oppositum. In septima est 21. Grad. 13′. ♈. Oppositus arcus est in Ecliptica 21. Grad. 13′. ♎, cuius ascensio obliqua 210. G. 45′. ♂ oppositus est in 28. G. 16′. ♈. Oppositus arcus signiferi est 28. G. 16. ♎, cuius ascẽsio obliqua sub polo regionis est 221. 1. Subtrahatur ascensio obliqua horoscopi significatoris loco septimæ domus ab ascensione obliqua ☍ ♂ promissoris, & relinquuntur tempora directionis 10. Grad. 16′. Id est, 10 anni, tres menses & sex dies.

Hæc est simplex & facilis dirigendi ratio, cum significatores sunt in ipsis cardinibus, aut anguli sunt dirigendi.

DE DIRECTIONE SIGNIFICATORIS CONstituti extra angulos, ad suos promissores.

Quomodo deducendi sint significatores cõstituti extra Angulos.

CVm significator deducendus, est in spacijs intermedijs angulorum, extra cardines, hac forma directionis ad promissores suos utimur.

Generalis ratio deducẽdi, signi

gnificatore cõstituto extra angulos Cardinales.

1. Primum inquirenda est distantia significatoris & promissoris, à Medio uel Imo cœli.

2. Deinde horaria tempora uel indaganda sunt, & significatoris & promissoris, ex tabula horariorum temporum, sub data eleuatione poli Diurna, cum locus significatotis est supra terram, nocturna uerò, si infra terram.

3. Per Horaria tempora significatoris, diuide distãtiam significatoris ab Imo cœli uel Medio cœli, & prodeunt horæ temporales, quibus significator à M.C. uel I.C remouetur.

4. Multiplica tempora horaria promissoris, per horas temporales, quibus significator abest a Medio cœli, uel Imo cœli. Productum ostẽdet, quot partibus æquatoris à Medio uel Imo cœli promissor distare debeat, ut similem locum significatoris obtineat, seu in eodem circulo positionis consistant, uel ad Horizontem & Meridianum similem positum habeant.

Tempus Directionis.

5. Hoc productum addendum uel auferendum est à distantia promissoris, à Medio uel Imo cœli iuxta cautelas sequentes. Numerus enim, qui prouenit, erit numerus temporum & minutorum directionis quæsitæ, seu numerus annorum, mensium & dierum, quibus exactis promissor ad significatorem perueniet. Singulis enim gradibus æquatoris singuli anni, 5. Scrupulis mensis, & 1. sex dies congruunt.

CAVTIONES QVATVOR, QVIBVS LABOR *deductionis absoluendus est.*

Si fuerit:

1. Significator & promissor inter medium cœli & Horoscopum, uel inter Imũ cœli & Septimam. — Productum, quod prouenit, ex multiplicatione horariorum temporũ quibus distat significator à Medio cœli uel Imo cœli in horaria tẽpora promissoris, ex differẽtia promissoris aufertur.
2. Significator & promissor inter Horoscopum & I.C. uel inter 7. & M.C. — Distãtia promissoris, à producto est auferenda.
3. Significator inter 7. & 10. uel inter Horoscopum & I.C. Promissor uerò inter 10. & 1. uel 4. & 6. — Tum differentia promissoris producto est addenda.
4. Significator in Medio C. — Nihil addimus differentiæ ascensionum, sed deductio absoluitur per rectas Ascensiones.

Sequuntur Exempla, quibus regularum usus declarabitur.

1. EXEMPLVM PRIMI CASVS, DE SIGNIFI*catore & promissore inter Medium cœli & Horoscopum.*

Primi casus exemplum, significatore et Promissore constituto in M.C. & Horoscopum.

Quæritur interuallum in nostra genesi, uia deductionis, inter Saturnum & Iouem constitutis in Quadrante orientali ♄ significatoris locum obtinet, & incidit ad momentum genituræ, in 16.G.12.♌. ♃ promissor est in 3.G.♍. Dirigendus igitur est ♄ genituræ dominus, ad Iouem participantem, & pr[illegible]rem, ut de interuallo temporis certo aliquid constet.

Ascensio Recta ♄ est	138.G.41.	Asc.Rect.♃ est	155.G.46
Ascensio recta Medij cœli,	120.G.45.	M.C.	120. 45
Fiat subtractio & ꝓdit distãtia ♄ à M.C.	17. 56.	Di[illegible] ♃	35. 1

♄ igitur

♄ Igitur distantia est significatoris 17. G. 56.
♃ Verò differentia à M.C. est 35. G. 1.

Hæc data cum sunt in promptu, utriusq; Planetæ quærēda sunt tempora horaria diurna sub Eleuatione regionis 53. graduum. ♄ enim significator est supra terram, & in signo Boreali. Sunt igitur ex Canone quantitatis dierum & noctium, horaria tempora ♄ 18. temporum 45′.0″. ♃ Iouis uerò 17. grad. 17′.30″. Tertio, quærendum est quot horis temporalibus significator distet à Medio cœli per regulam proportionum, hoc modo: ♄ distantia significatoris à Medio cœli (18. temporum 45. horaria tēpora diurna ♄ scilicet.) dat unam horam temporalem, quot horæ uel horarum partes prætenbunt, dum distat Significator à Medio cœli 17. Gr. 56.

Numeri sic collocentur.

Grad.		Hor.	Grad.	
18	45′.	1.	17	56′.

Fiat diuisio ex canone sexagenarum & productum est 0. H. 57′.22″. Abest ergo ♄ significator à Medio cœli 0. H. 57′.22″. horarum temporalibus, iuxta sua tempora horaria diurna.

QVARTO. Deducendus est promissor, id est, corpus ♃ ad similem situm significatoris, iuxta sua tempora horaria diurna, hoc est, quærendum est quot temporibus æquatoris ♃ respectu suorum temporum horariorū abesse debeat in 57′.22″. horæ temporalis quibus significator ♄ abest à Medio cœli, ut similē situm significatoris obtineat. Quare numeri ita disponantur:

1. Vna hora dat horaria tempora promissoris ♃ 17. G. 18′. quot sunt numerandæ partes æquatoris, ut ♃ distet à Medio cœli 57′.22″.

		Grad.			
1		17.	18′.	57′.	22″.
		57	22.		
		6	36.		
	6	14.			
	17	6.			
16	9.				
16	32	26	36.		

Producunt ergo facta multiplicatione 16. G. 32′.26″.36‴. quib. si ♃ distiterit à M.C. eundē uel potius similē obtinebit situ, quē tenebat ♄ significator. Id est: Sicut ♄ significator abest à M. C. 17. Gr. 36. unius horæ temporalis in 57′.22″. unius horæ temporalis, iuxta sua tempora horaria: Ita ♃ respectu suorum temporum horariorum in ijsdem 57′.22″. unius horæ temporalis, distat ab eodem Medio cœli 16. Grad. 32′.26″. Obtinet igitur promissor cum significatore eundem uel similem situm, seu circulum positionis eundem in horis temporalibus, seu tempore, quo distat significator à Medio cœli, etsi gradibus æquatoris non conueniant.

Quod uerò promissor eandem distantiam cum significatore, à Medio cœli in tempore, obtineat per conuersionem demonstrari potest hoc modo: 17. Gr. 18′. tempora diurna ♃ respondent uni horæ temporali, quot horę respondebūt 16. G. 32′. Operatio ostendit 57′.22″. Sed tot Scrupulis temporalibus ♄ significator distabat à Medio cœli. Quare ♃ promissor ad eundem positum Sphæræ circuli positionis deductus est, quod petebatur.

Postremò cum constet ♃ eundem locum, quem tenebat ♄ occupaturū, cùm illius distantia erit à Medio cœli 16. G. 32′ & per hypothesin distātia ♃ à Medio cœli data sit 35. G. 1′ manifestum est, per primam regulam, hunc numerū seu productum 16. G. 32′ subtrahēdum à distantia ♃ maiori, quæ primum data est per hypothesin, & cognoscetur, quot tēpora æquatoris intercedant inter distantiam

♃ ad similem positum significatoris inuentam, & differentiam primo oblatam, per subtractionem Medij cœli ab eius ascensione recta.

Distantia ♃ à Medio cœli data.	35.G. 1′.
Productum similis distantiæ.	16 32.
Residuum.	18 29.

Facta igitur subtractione producti ex distantia ♃, remanent 18. G. 29′. in æquatore, quibus 18. anni respondent 5. menses & 24. dies, quibus ♃ ascendit & attingit locum significatoris.

Aliud eiusdem casus exemplum

ALIVD EXEMPLVM.

Volo dirigere in hac genitura corpus ♃ ad corpus ♀. Iupiter significatoris uicē gerens est in 3.G.22′. ♍. ♀ uerò promissoris locū obtinēs est in 14. G.11′. ♎. Vterq; locus prim⁹ & 2us est supra terrā inter M.C. & Horoscopū. Asc. re. ♃ est 155. G.46′. ♀ uerò 193. Gr.1′.16″. Medij cœli 120. Gr.45′. Distantia ♃ à M.C. est 35. G.1′. ♀ 72.G.17′. Horaria tempora ♃ 17.G.18′. ♀ uerò 12.Gr.4′ sub polo 53. Grad. *Iam sic dico:* 17. Gr. 18. ♃ horaria dant 1. horam temporalem, quid 35.G.1′. distantię ♃ à M.C. Proueniunt horæ temporales secundæ, 1′.26″. Hęc est distantia ♃ significatoris à Medio cœli in horis temporalibus.

Hinc ♀ deducenda est ad eundem locum siue circulum positionis ♃, idq; fit hoc modo: uni horæ temporali congruunt in circulo positionis ♀ 12.Gr.4. tempora horaria scilicet quot respondebunt 2. Horis 1′.26′. ut ♀ distet à Medio cœli simili temporis interuallo. Productum multiplicationis est 24.Gr 25′. Dico ergo distante ♀ à Medio cœli 24. Gr.25′ ipsam ♀ obtinere eandem uel similem distantiam à Medio cœli, iuxta sua tempora horaria, quam ♃ ipse significator obtinebat.

Hæc differentia subtracta à distantia ♀ primo data à Medio cœli relinquit arcum directionis quæsitæ 47.G.52′. Id est, 47. annorum, 10. mensium & 12. dierum. Hoc tempore ♃ pertinget ad locum ♀ in radice. Idem alio modo:

Distantia ♃ à M.C. multiplicanda per tempora horaria ♀ & numerus emergens est 7.G.2′.32″.4‴. & diuidatur per tempora horaria ♃ 17.18. Productum diuisionis est 24.G.25′. differentia subtrahenda, ut ante, à distantia prima ♀ à medio cœli & relinquitur directionis quæsita.

	35.Grad.1′.				
	12	4.			
7	02	32	4.		
17	18.			(24.Grad.	25.
				72	17.
				24	25.
				47	52. Interualli direction.

Stadij exēplū, ualde memorabile.

ALIVD EXEMPLVM.
ex Ephemeridibus Stadij.

IN secunda genitura Stadij, quæ est Principis Illustrissimi Renati Chalonij, facta anno Christi 1519. Februarij die 4. Hor.23.36′. p.m. sub latitudine regionis 51.Gr.½. horoscopante 24.G.14. ♊, culminante 18.G.22′. ♒. Sol est Aphetа seu uitæ prorogator ex sententia Ptolemæi. Quæritur quo tempore ἀναιρέτικῶν μοῖρων. Quadratum ♂ attingat, qui incidit in 25 Gr. 35′. ♓. Genesis est diurna, & uterque significator & promissor supra terram inter 10, & Horoscopum consistunt.

Ascensio Recta Solis est 328.G.56′. ferè.
Ascensio Recta □ ♂ est 355.G.56.

Ascensio

Ascensio Recta Medij cœli est 320.G.48.
☉ Distantia à M.C.est 8.G 8.
□ ♂ distantia à M.C.est,35.G.9.
Horaria tempora ☉. 12.G.15. } Diurna sub Eleuatione 51. $\frac{1}{2}$.
Horaria tempora □ ♂. 14. 35. }
Distantia ☉ à M C. 0.H.39.50″. iuxta tempora horaria diurna.
Distantia □ ♂ à M.C. 9.G.40.54. respectu horariorum temporū Solis.
Productum ex subtractione 25.G.27.
In tempus conuersum,25 Annorum 5.mensium,12 dierum.
Hoc tempore exacto à momento genituræ, ictus globo bombardico interijt: Vel.

Distantia Solis à M.C.8. Grad.8. multiplicāda est per horaria tempora □ ♂ 14 G.35 & prouenunt 118. tempora 37. quæ diuisa per horaria tempora Solis significatoris,id est,per 12. G.15 producent 9. tempora & 41.scrupula,quæ iuxta primam cautionem subtracta ex distantia promissoris siue □ ♂ à Medio cœli 35.G.9 relinquunt tempora 25 & 27. quæ ut antea monuimus,æquiualēt annis 25.expletis,mensibus 5. & diebus 12.

ALIVD EXEMPLVM.

Non igitur his somnijs fides tribuēda est, sed præcepto Dei obtemperemus, quod ex somnijs asseuerationes prohibet, quæ non sunt diuina, Deut: 13. & sæpe ambiguitas decepit interpretes.

Alia sunt Diabolica somnia, quæ Ethnicus olim offudit Diabolus, ubi ad delubra Idolorum, captandarum talium præstigiarum causa, inuoluti uictimarum pellibus, cubabant. Talia sunt Manichæorum, Veneficarum & similium, quibus hoc agit Satan, ut [illegible]iæ Tyrannidi subiectis, cædes, flagitia, sceleraq; struat, & Idolatriam stabiliat. Diabolica somnia.

Alia

Diuina somnia. Alia sunt DIVINA somnia piorum, quæ Deus per se mentibus inserit. Talia uaticinijs annumerantur, quæ de maximis rebus gubernatione Ecclesiæ & imperijs, pios commonefaciunt, & similibus infinitis rebus, ut Iacobi Patriarchæ, Iosephi, Nebucadnezaris, Danielis, Magorum & aliorum sanctorum exempla docent.

Diuina sunt omniũ certißima. Inter hæc omnia, diuina somnia sunt certissima, & illis solis fides adhibenda est, quæ ex uerbo diuino iudicanda sunt, & ad normam diuinarum patefactionum examinanda. Cùm enim congruunt ad uoluntatem Dei, nihilq́ statuunt, quod à Lege Dei uel Euangelio sit alienum, uerè diuinitus immittuntur. Ne autem de agnitione Dei simus incerti omnibusq́ rebus, quæ ad salutem nostram spectant, ipse nos ad uerbum patefactum alligat, non ad somnia, etsi etiam suis somnijs addat testimonia diuina, ut diuinitus ea offerri, mentes intelligant.

Diabolica somnia detestanda sunt. Diabolica somnia sunt planè detestanda, quibus sæpe Ethnici & fanatici decepti, horribilium furorum autores & defensores extiterunt. De talibus scriptũ est: Propheta aut fictor somniorum, qui loquitur, ut auertat uos à Deo uestro, & facit uos errare de uia, quam præcepit Dominus Deus uester, interficietur.

Quid sit tribuendum Medicis somnijs. Medicas diuinationes ex somnijs non improbat Deus, sicut nec artem Medicam. Hæc enim deducunt Medicum, ad cognitionem temperamentorum, affectuum, internorum humorum, quomodo agitentur, exuberent, & quæ accuratè in curationibus infirmorum consideranda sunt.

Cuius generis sint sõnia præsagientia quæ ex genituris desumuntur. Præsagientia sunt tantum genituræ. Quare affirmatio prohibita est. Ac cum genus tantum monstrent non speciem, fides eis tribuenda non est, & sæpe Reges ac Principes, hoc somniorum genere decepti, miserè perierunt.

Cùm uerò Astrologi geniturarum themata, etiam somniorum causa examinent, sequar usitatam Methodum, memor simul illius Eccles. cap. 5. Vbi multa sunt somnia, ibi multum est uanitatis & errorum. Tu uerò Deum time.

Ex qua domo iudiciũ de somnijs extruatur. Ex nona autem domo coniecturas Physicas de somnijs extruunt. Cùm enim in hanc cuspidem incidit ♃ aut ♀, sine radijs maleficorum, somnia natum habiturum esse adfirmant μαντικὰ, quibus plærumq́ effectus respondeant. Cùm uerò malefici & debiles hic consistunt, somnia fallacia, aut prorsus inania fore præsagiunt.

Benefici in 9. Malefici in 9. Benefici debiles in 9. Sic cum benefici sunt in nona, sed tamen imbecilles & læsi, inimico aspectu maleficarum, ambigua erunt somnia, quibus interdum euentus respondeant, interdum non.

CAVTELAE.

1. Cùm plures Planetæ sunt in nona, per ☌, potior dignitate anteferẽdus est.

2. Cùm nulli Planetæ sunt in nona, considerabis signum nonæ, & Dominum eius, & secundum eius qualitatem & dispositionem iudicabis eo modo, ut dictum est, de somnijs.

Hæc de somnijs commonefactio non pugnat cum sacris literis, cum causas naturales consideret, naturam Planetarum & humorum, ac talia Physica somnia siue μαντικὰ, quæ aliquid futuri significant, à temperamenti proprietate plærumque oriuntur.


EXAMEN NOSTRAE GENITVRAE.

IN nostra genesi nulli ex beneficis Planetis in nona consistunt, & cauda Draconis tantum corpore hunc locum obtinet, quæ maleficis æquipollet. Quare conijcio hunc Principem nostrum non habiturum multas imagines nocturnas, quibus de futuris ratiocinetur, aut somni quies dulcissima perturbetur.

Ex temperamento si quædam somnia oriantur, maximè propter κρᾶσιν familiaria erunt, quæ ad sanguinis naturam accedent. Ac [illegible] sunt læta, de conuiuijs, choreis, complexu puellarum, & his similia, quæ ex Physicis causis oriuntur. Huic iudicio ♀ ex △ suffragatur.

THE-

THEMA IOHANNIS AGRICOLAE ISLEBENSIS.



Mortuus est Berlinij Annô 1566 die 22. Septẽbris, circa 11. horã ante meridiẽ, peste sublatus est, anno aetatis currente 75.

DE PARENTIBVS. CAPVT XVI.

Etsi iudicium de parentibus ex themate liberorum, neq; necessarium sit, neq; certum: tamen cum geniturę filiorum & parentum cognationem occultam habeant inter se, fit ut ex liberorum etiam genituris cognoscantur ferè parentum dispositiones & status, sicut contra ex genesi parentum, qualitates & accidentia filiorum iudicari possunt. Quare de hac quoq; parte communem doctrinam Astrologorum recitabimus, quae maximè congruit accidentibus, quae ex primogeniti genitura desumuntur. *Ex genituris liberorum status Parentũ diudicatur ab Astrologis.*

DE PATRE. *1 De Patre.*

Cum de statu patris quaeritur, considerabimus accuratè ipsos significatores Patris in qualibet genitura.

1 Domum quartam.
2 Dominum eius.
3 Solem in diurna, ♄ in nocturna genitura.
4 Planetam uel Planetas in quarta domo, si qui ibi sint.
5 Dominatores horum locorum.

Significatores Patris.

His examinatis suo ordine facile est iudicium. Cùm enim significatores omnes, uel maiori ex parte potentes & fausti in bonis locis figurae, in bonis bonorum, extra malos aspectus malorum, illustrem & splendidam fortunam patris post na-

post natiuitatem filij decernunt (nam de statu ante genesin, nondum existente nato, iudicari non potest) Si uerò debiles, infortunati, in malis locis figuræ, extra bonos bonorum, & in malis malorum aspectibus inuenti fuerint, humilem, abiectum & inglorium patrem significant.

Si partim potentes, partim debiles fuerint, ut mediocritas inde colligatur, significatio intendenda aut remittenda est, pro natura Planetæ occupantis quartam domum. Et si plures in eo loco fuerint, potior dignitate reliquis anteferendus est.

Generalis Aphorismus.

BREVITER: Significatores omnes, cum sunt fortes, & se ipsos benefico radio aspexerint, existentes in ✶ △ uel alio aspectu ♃ aut ♀, longam uitam patri promittunt. Si uerò non fuerint fortes, longam quidem uitam, sed penuriam minitabuntur.

Alius aphorismus memorabilis.

Sic significatores, cum ex □ uel ☍ se affligunt, decidentes ab angulis, ualetudinarium patrem efficiunt, breuis uitæ in Ascendente, Medio cœli, uel domib. his succedentibus. Sed uitioso corpore in reliquis duobus angulis.

♂ affligens ☉.

♂ eodem modo Solem affligens, ut diximus, patrem subitanea morte interficiet, aut ipsius oculos lædet, imo natus in oculis morbos habebit.

♄ feriens ☉

Si ♄ ferit Solem, Patrem ex febre Melancholica occidet, uel ex malis & nociuis humoribus.

Ex his iudico utcunque statum Patris diiudicari posse, imprimis si sit genesis primogeniti: Et uniuersaliter ☌ ☉ cum ♃, aut ♀ in diurna genesi, uel ♄ cum ♃ aut ♀, uel in bono aspectu in nocturna, bonam fortunam patri significat.

Notabilis obseruatio.

Quomodo ex themate filij patris genethlialogicon constituatur.

Hæc omnia si qui exactius rimari cupiunt, natiuitatem Patris examinabunt, & quomodo ex themate filij, Patris genethliacon cõstituatur, docet Regiomontanus in tabulis directionum, Problemate 24. cuius doctrinæ hæc est summa.

I. Quid agendum sit, significatore Patris uel Matris secundum natiuitatem diurnam uel nocturnam, existente in angulo Orientali uel Occidentali.

I. Casus, quo processu sit utendum, in natiuitate diurna uel nocturna, significatore Patris uel Matris existente in angulo Orientali uel occidentali.

I. Quando genitura est diurna, Sol est significator Patris, & tunc eius ascensio obliqua collocetur in Horoscopum.

II. Hinc adde, bis 30 & habebis duorum domiciliorum, primam sequentium, Ascensiones obliquas.

III. Ab eadem ascensione obliqua Horoscopi, subtrahe ter 30, & produces trium domiciliorum, primam antecedentium, ut 12. 11. 10. Ascensiones.

IIII. Ascensionum inuentarum arcus inuestigabis, ex proprijs singularum domorum Eleuationibus Poli, quas in tabula Rationali Directionum, ostendit Eleuatio poli loci dati, & hoc modo figuram Patris uel Matris ex themate primogeniti absolues.

II. Casus, quid sit agendum, significatore in Medio uel Imo cœli existente.

Hic quærenda est Ascensio recta significatoris. Et ad hanc collocatam in Horoscopo addendi sunt bis 30 Gradus, ut prius, uel ab eadem ter 30. gradus subtrahendi sunt, & producuntur iterum sex domorum Orientalium se inuicem sequentium Ascensiones, quarum arcus ex domorũ Eleuationibus inuestigandi sunt, & per eos thema cœli absoluendum est, ut prius.

III. Casus, quid sit agendum, significatore in nullo dictorum Angulorum constituto.

Cùm significator constitutus est in medietate Orientali, hoc est, in 11. 12. & tertia, quære ad Eleuationem Poli loci propositi, Eleuationem Poli significatoris,

loris, supra circulum Positionis, per 20. problema Tab. Directionum, obseruata latitudine significatoris, si quam habet.

2. In hac Poli eleuatione, quære primo Ascensionem significatoris, cui adiunge uel deme 30. ut antea dictum est, & reliqua domicilia inuenies.

3. Deinde per eandem Poli eleuationem, quære ex tabula rationali eleuationes Poli singulorum domiciliorum, & ex ijs, arcus Ascensionibus congruentes, & absolues thema quæsitum.

IIII. *Casus, de significatore, constituto in medietate Occidentali, id est, 9. 8. 6. 5.*

Hic eodem modo, ut antea procedendum est. Quære enim significatoris eleuationem Poli, supra circulũ positionis, ad loci propositi eleuationem, habita ratione latitudinis significatoris, si quam habet.

2. In hac quære primum significatoris descensionem obliquam, & per additionem uel subtractionem 30 graduum, dimidium thema absolues.

3. Per eandem inquires eleuationem singulorum domiciliorum, & ex hac Ascensionum antea inuentarum arcus desumendi sunt. Ita enim quæsitum thema inuenies, & rectè absolues, ut docet Regiomontanus.

EXEMPLI CAVSA. *Exemplum*

Illustrissimus Princeps Elector MAVRICIUS, natus est Fribergæ in Mysnia, cuius urbis longitudo est 30. Grad. 39'. Eleuatio 51. Gr. 5'. die XXI Martij, Hora 9. 34'. 27''. Anno 1521. Medium cœli est 0. Grad. 54'. XI. cuspis est 2. G. 35'. 50'. ♎ XII. 24. Gr. 38'. ♎ Horoscopus est 14. G. 51'. ♏. II. cuspis est 9. Grad. 3'. ♐. III. 16. Grad. 25'. ♑.

LOCA PLANETARVM HAEC SVNT.

		Grad.	'	
♄	in	12	59	♒
♃	in	22	27	♐
☉	in	10	51	♈
♂	in	27	5	♋
♀	in	17	40	♉
☿	in	20	23	♓
☽	in	25	41	♍
☊	in	24	38	♈
☋	in	24	38	♎
⊕	in	9	41	♉

Hæc Natiuitas est Nocturna. Saturnus igitur est significator Patris, Luna uero Matris. Saturnus autem consistit in tertia domo, in 12. Grad. 59'. ♒. Quæratur igitur ad Eleuationem Fribergensem, circulus Positionis supra Horizontẽ, Saturni scilicet, qui inquiritur per Declinationem & stellę distantiam à Meridiano per 20 problema Tab. directionum Regiomontani. Declinatio ♄ est 17. Grad. 17'. austrin. Distantia à meridiano, est 16. Grad. 53'. Circulus positionis ♄ 14. Grad. 32'. Ascensio obliqua ♄ sub hoc circulo positionis, est 320. Grad. 6. 24'. Hæc est Ascensio Horoscopi. Ex hac, uia præmonstrata, quærantur Ascen-

R siones

ſiones reliquorum domiciliorum & arcus Eclipticæ congruentes, ac poſtremò loca Planetarum indagentur.

Aſcenſiones ſunt hæ		Gr.	'.	".	Sub Eleuatione	Gr.	'.	".	
	Recta Medij cœli,	230	0	24		10e	0	0	
	Vndecimæ,	260	0	24		11e	7	26	✶
	Duodecimæ,	290	0	24		12e	12	44	Aſc
	Horoſcopi,	320	0	24		1e	14	32	
	Secundæ,	350	0	24		2e	12	44	
	Tertiæ,	20	0	24		3e	7	26	

✶ Arcus Eclipticæ congruunt	G.	'.	".		Loca Planetarum	G.	'.	".	
	22	32		♒	♄	20	58	30	♒
	18	1		♐	♃	22	27		♐
	13	37		♑	☉	12	50		♈
	12	58	32	♒	♂	27	5		♋
	18	6		♓	♀	17	40		♉
	23	2		♈	☿	28	24		♓
					☽				
					☊	24	39		♈

DE MATRE.

MATRIS ſignificatores ſunt.

Significatores Matris.

1 Decima domus, uel Cor cœli.
2 Dominus eius.
3 ♀ in diurna, Luna in nocturna.
4 Planeta uel Planetæ in decima.
5 Dominatores horum locorum.

Hi omnes cum ſuis dominantibus, uel maior eorum pars, cum benè affecti fuerint, in bonis aſpectibus ad ſe inuicem, inſignem matris fortunam & longam uitam ſignificant. Quod ſi malè affecti fuerint, matrem miſeram & afflictã morbis alijsq; incommodis decernunt.

Gaurici aphoriſmus.

Gauricus hunc aphoriſmum tradit: Quando Luna, ♃ & ♀ fuerint coniuncti, aut in aſpectu ✶ aut △, in angulo uel ſuccedente, longam uitam matri ſignificant. Si uerò Mars Venerem aut Lunam, aut ambos Planetas, radio malefico infecerit, ita ut ♂ ſit in angulo, malam fortunam & breuem uitã matri minatur.

Sic ubi ♂ Lunam tantum orientem affligit, repentinam mortem aut uiolentam affert, & nato malum in oculis: Occidentalem uerò, mortem ex abortu, uitaq; per ſectiones aut uſtiones minatur. Quod ſi Venerem Mars affligat, debilitatem uiſus, & repentinos decurſus humorum portendit.

Si Saturnus Lunam oppugnat maligno aſpectu, aut per ☌, ſignificat mortẽ & morbos per febriles rigores, imprimis cum eſt Orientalis. Cùm uerò eſt Occidẽtalis, minatur eadem per uteri ſectiones & corroſiones, ex nimia crapula, aut ex aliquo apoſtemate in partibus inferioribus.

Collatio ſtatus Patris & Matris.

III. AN PATRIS VEL MATRIS STAtus ſit felicior.

EX collatione ſignificatorum, Patris & matris, colligitur facilè, utrius parentis ſtatus ſit felicior futurus, quo ad fortunæ, corporis & animi bona. Cuius enim ſignificatores fortiores erunt, eius ſtatus iudicandus eſt felicior, & maior ætas futura eſt. Sed & hic directiones adhibendæ ſunt.

IIII. DE

IIII. DE MVTVA CONCORDIA PARENTVM.

IN diurna genesi, considera ☉ & ♀, si inter hos Planetas benigni sunt radij, uel etiam coniunguntur, concordiam & beneuolentiam significant. Si uerò □ aut ☍ inter se distant, aut prorsus sunt in separatis signis, id est, in nullo aspectu, discordia & odium significatur.

Hoc malum uehementius erit, si ex angulis sese intueantur, & quò partilior est aspectus, eò effectus est maior, & contra.

In nocturna genesi ♄ & ☽, & ex horum inter se configuratione, eodem modo de mutuo amore uel odio parentum iudicabis.

V. DE CONSENSV FILII ET PARENTVM.

IN concordia & discordia Patris & Filij cognoscenda, Dominum Ascendentis considera, qui si ⚹ uel △ significatorem patris aspexerit, aut eidem coniunctus fuerit, concordiam: Si uerò □ uel ☍, discordiam significabit.

Sic de matre & nato iudicabis ex cōfiguratione scilicet significatoris matris, cum domino Ascendentis. Semper autem adiungendus est alter significator, qui de nocte tantum dominatur, si natiuitas est diurna, & contra. *Nota.*

Inde etiam constabit, utrum pater uel mater magis diligat natum. Cùm enim significatores patris, ex toto, uel magna ex parte benignè configurantur Domino horoscopi, matris uerò malignè, pater plus diliget natum, quàm mater, & contra.

EXAMEN NOSTRAE GENITVRAE.

IN hac genesi quarta domus Patri seruiens, generosissimo Principi est mediocris, cùm multæ insigniores fixæ stellæ undiq; cuspidem cingant, & sextilis ♊ domicilium illustret. Dominus cuspidis est ♄, fortis & fortunatus, dispositor simul ⊕ & Lunæ, quæ in quartam domum incidunt. *Status inclyti Patris.*

Idem est significator patris, cum natiuitas sit nocturna. ♂ tantum ex ♊ oppugnat domum, cui Sol platico radio astipulatur.

Cùm igitur significatores plærique, magna ex parte sint potentes & fausti in bonis locis figuræ, ac dominus genituræ sit dispositor quartę & loci Lunæ, illustrem & splendidam satis fortunam Patris inclyti principis, post natiuitatem generosi Ducis decernunt, simulq; longam uitam Parenti promittunt.

Etsi uerò ♂ □ & ☉ interdum patrem affligent, & ualetudinis integritatem turbabunt: tamen uincet, Dei beneficio, quicquid est mali, & feliciter eluctabitur, quia in re suas etiam uires, & præsidiariam operam pollicentur stellæ, imprimis ♀ domina horoscopi, quæ Trigono ad corpus Lunæ applicat, & oppositi Saturni maliciam reprimit.

Sed hæc omnia ex genitura ipsius Parentis rectiùs colligi possunt.

MATRIS statum, ut diximus, colligimus in qualiber genesi, ex dispositione decimæ domus, domini eius, Luna in nocturna genitura Planetis in 10. domo, & horum locorum dominatoribus. Est autem in decima cuspide nostri Principis, Cancri finis & initium Leonis, & in eandem multæ nobilissimæ fixæ incidunt, imprimis cor ♌, ceruix ♌, Lucida hydri & similes. Dispositores sunt partim ☉, partim Luna, quæ cum natiuitas de nocte facta sit, simul matris significatrix dicitur in △ ♂. Dominator loci Lunæ ♄ ex ☍ placito oppugnat ipsam, & ♂ Quadrato minaci radio uaria minatur impedimenta. Incidit etiam ♄ in ipsum cœli medium, a quo ♃ XVII. tantum gradibus elongatur. *Status Maternus.*

Cùm igitur multæ illustres fixæ incidant in cuspidem regalem, quę omnium sunt splendidissimæ & maximæ in toto firmamento, & magna ex parte dominantes decimæ & Lunæ, benè sint affecti, matris quoq; illustrissimæ & genero-

fissimæ Dominæ, satis bonam fortunam, & mediocrem longæuitatem decernunt. Inprimis ♄ cum ♃, magnas dignitates, honores singulares cum excellentia matri tribuit, cum in decima fiat hic congressus.

Sed & hic genitura MATRIS examinanda esset.

Quod ad consensum Filij & Parentū attinet, huius optimi Principis, ♀ Domina ascendentis & ♄ Dominus quartæ, significator Patris, ipsaque Luna, beneficis se complectuntur radijs. Magna igitur coniunctio erit inter natum & illustres Parentes, qui singulari amore complectentur generosum filiolū, & contra, Filius, qua decet reuerentia & pietate ipsos coler, &c.

DE FRATRIBVS ET SORORIBVS.

Caput XVII.

Arabes quid in hoc capute considerent.



ASTROLOGI, qui particularia scrupulosius scrutantur, in conditione fratrum multa considerant, sine ueris rationibus, utrum natus sit primogenitus, an uerò se natu maiores habeat, utrum solus sit, an uerò plures fratres sororesque habeat, an amiserit aliquos & similia quàm plurima, quibus Arabum scripta abundant.

Quid in genere figura cœli ostendat.

Generaliter uerò figura cœli ostendit, utrum natus sit sine fratribus uel fratres habeat quæ sit conditio fratrum, utrum consensuri sint cum ea, an uerò ab eo dissensuri. Ac tale iudicium generale, principaliter ex primogeniti genitura sumi potest, cum illius genesis statum fratrum & sororum, quæ postea nascuntur, significet. Quod si hæc haberi non potest, ex alijs iudicium sumi potest, forma illa, quæ nunc sequitur.

Primogeniti genitura.

Significatores qui sint in hoc loco.

SIGNIFICATORES FRATRVM ET SORORVM in qualibet genesi.

Hæc de reliquis quoque domibus intelligēda sunt.

1. Tertia domus, à 5 gradu proximè antecedente usque ad 5. gradus proximè antecedentes sequentem domum.
2. Dominus tertiæ domus, non tantum qui emergētu signo dominatur, sed etiam intercepto, si illud contingat.
3. ♂, qui semper generalis significator est fratrum. Luna uerò sororum est significatrix.
4. Planeta uel Planetæ, in tertia domo collocati.

Si igitur hi significatores omnes, aut maior eorum pars fœcundi fuerint Planetæ, & in signis fœcundis constituti, decernunt plures fratres & sorores. Si steriles, & in sterilibus signis, paucos aut omnino nullos fratres & sorores significant.

Quod si testimonia mediocritatis incidunt, ut sterilis Planetæ in fœcundo signo, aut contra, mediocris numerus fratrum & sororum significatur, idque pro numero & potentia significatorum, qui uincunt in sterilitate uel fœcunditate. Plærumque enim illa mediocritas in alteram partem inclinare solet, propterea quod non unus, sed plures significatores considerantur.

PLANETAE natura fœcundi sunt.

♃ & ♀, quibus addi potest ☊, cum sit naturæ ♃ & ♀.

PLANETAE natura steriles sunt.

♄ & ♂, his additur ☋, cum sit naturæ ♄ & ♂.

☉ natura.

Luminaria mediocritatem quandam obtinent, ita ut ☉ magis ad sterilitatem accedat, propter siccitatis excessum.

Lunæ natura.

Luna natura propter humiditatem magis est fœcunda quàm sterilis.

☿ Indifferens est, fœcundus cum fœcundis, sterilis cum sterilibus. Eius conditio tamen ex duabus præcipuis circumstantijs iudicatur. ☿.

1. ☿ Assumit naturam eius Planetæ, cui aspectu configuratur, in quo semper potior est aspectus præferendus imbecilliori, ut ☌ præfertur △, & hic Sextili, ✱ quadrato, □ opposito. Item partilis aspectus præfertur platico. *Regulæ de Mercurio.*

2. ☿ Assumit naturam eius Planetæ, in cuius essentiali dignitate uersatur. Hinc efficitur, ut duorum Planetarum naturas ☿ assumere uideatur, cùm in alterius aliquo aspectu constituitur, & similiter in alterius alicuius dignitatibus commoratur. In hoc casu ☌ plus ualet dignitatibus essentialibus. Reliqui aspectus minus quam dignitates essentiales ualent. *Alia regula de ☿.*

NATVRÆ SIGNORVM.

♈ Propter domicilium ♂ sterilis & ☉ exaltationem, signum est magis sterile quam fœcundum.

♉ Magis fœcundum est quàm sterile signum, propter ♀ dominium & Lunæ exaltationem, cuius natura mediocritati quam sterilitati propinquior est.

♊ Sunt sterile signum propter domicilium ☿, qui per se nihil certi decernit nec obstat, quod in eo ☊ exaltatur, cum non sit Planeta, sed tantum nodus intersectionis.

♋ Fœcundum signum est propter Lunæ domicilium, quæ magis fœcunda est quam sterilis, & ♃ is fœcundi exaltationem habet.

♌ Propter Solis domicilium sterile signum existimatur, sicut & Leonis partus tardior & rarior est.

♍ Est sterile signum, propter domicilium & exaltationem & ☿.

♎ Mediocre signum est, magis tamen fœcundum quam sterile propter ♀ domicilium & ♄ exaltationem.

♏ Cum signum sit aqueum, fœcundum existimatur, nisi ♂ aliquid detrahat.

♐ Fœcundum quidē cēsetur propter ♃ dominium, sed detrahit ei aliquid ☋, ita ut mediocritatem tantum obtineat.

♑ & ♒, utrumque paucorum liberorum, fratrum & sororum signum est, propter ♄ dominium in utroque, & ♂ in altero exaltatione.

♓ Propter ♃ & ☿ dominos domus & exaltationis, utriusque fœcundi Planetæ, omnino fœcundum & multorum liberorum signum censentur.

DE FORTVNA ET STATV FRATRVM.

EX affectione significatorum, de fortuna fratrum iudicandum est. Cum enim omnes uel maior pars eorum fuerint potentes, felicem statum, hoc est, longam uitam honores gloriam diuitias, fratribus & sororibus decernunt, unde etiam ad natum commoditas sit peruentura. Contra uerò, obscuros, ingloríos & infelices significant.

Quod si partim potentes, partim debiles fuerint significatores, aliquibus fratribus mediocritas fortunæ, aliquibus etiam aduersitates portenduntur, ita tamen ut semper obseruetur, in quam partem mediocritas se inclinet.

CAVTELA.

CVm omnes significatores uel maior pars eorum potentes fuerint & inter eos Luna bene se habuerit, ♂ uerò debilis, significatur sorores futuras fortunatiores quam fratres, & contrà. Id est: Cùm omnes aut maior pars significatorum fuerit potens, & inter hos quoque fortis, Luna uerò debilis & malè

 affecta,

affecta, significat fortunatiores fore fratres quam sorores.

Iudicium esse uanum de certo numero. Gaurici opinio. Iudicium de certo numero fratrum & sororum speciale, uanum esse existimo, & superstitiosum. Gauricus de numero fratrum & sororum sic iudicat: Quot Planetæ aspiciunt tertiam domum in signis masculinis, tot erunt fratres. Quot in signis fœmininis, tot erunt sorores. Sed an conueniat hæc regula cum experientia, uiderint Astrologi.

DE CONCORDIA ET DISCORDIA NATI cum fratribus & sororibus.


Concordiam & discordiam ex configuratione iudicamus. Cùm enim inter Dominũ primæ & tertiæ domus, aspectus benignus intercesserit, concordiam & mutuam beneuolentiam nati & fratrum ac sororum significat, uel cùm primæ & tertiæ domus Dominus, idem fuerit significator.


Si uerò malignus aspectus intercesserit, aut si se prorsus nõ intuebuntur, contrarium, id est, discordiam & maleuolentiam significant.

Hæc de fratrum coniunctione pari ratione etiam ad consanguineos accommodari possunt. Sed hæc omnia multo certius, ex proprijs genituris fratrum inter se collatis dijudicantur.

EXEMPLVM GENITVRAE DVORVM FRATRVM.

Hic est captus in arce Grimmensteim Anno 1567. Aprilis D 13. Hor. 6. post meridie.





Mortuus est Calendis Martijs Anno 1573 mœrore animi.

CAVTELA.

COnstituūt nonnulli Astrologi Planetas significatores fratrum, uidelicet, Saturnum & Solem maiorum, ♂ & ♃ mediorum, ♀ & ☿ minorum, qui si fuerint potentes & fortunati, multos & felices: si debiles, paucos & infortunatos fratres promittunt. Hoc iudicium plane est ambiguum, imò falsum & superstitiosum, quod nonnulli numerum fratrum & sororum ex genesi prædici posse existimant. Talis superstitiosa particularitas, semper mihi displicet. *Vitanda est superstitiosa particularitas.*

EXAMEN NOSTRAE GENITVRAE.

IN nostra genesi Sagittarius fœcundum signum, naturæ Iouis, cui etiam fœcunditas tribuitur, cum ☊, naturæ ♃ & ♀, incidit in tertiam domum fratribus seruientem. Dominus ♃ est in optimo cœli loco cuspidis regalis. ♂ etiam fratrum significator, & Luna sororum significatrix, sese mutuo ex signis mediocriter fœcundis per △ complectuntur, ♀ addit suffragium per ✱ radium ex ♎ proprio domicilio, ♄ accedit per △ beneficum aspectum.

Ex hac cœli constitutione sequitur, bonas esse significationes pro fratribus & sororibus, ac plures decerni huic Principi certum est, cum numerus & potentia significatorum, non ad sterilitatem, sed ad fœcunditatem incliner. *Optimus status significatorũ.*

In hac genitura significatorum simul optimus est status. Quare fratrum cōn-

ditio erit satis bonæ dispositionis & felicitatis, ac status non erit contemnendus. ♃ enim est Dominus tertiæ & consignificator domicilij ♂, uterque est mediocriter fortis & potens.

Luna. Luna uerò inprimis sororibus insignem prosperitatem decernit. Est enim ualde fortis in radice, nec ullum est testimoniũ infelicitatis aut debilitatis. Hanc inclytam familiam & totam posteritatem clementer gubernet Deus.

Salust. i. dictũ notabile. Concordia paruæ res crescunt, inquit ille, discordia maximæ dilabuntur. De mutua autem beneuolentia & coniunctione fratrum & sororum, ex configuratione iudicandum est.

Cùm enim inter consignificatores tertiæ, beneuola sit connexio, & aspectus sint benigni, quibus se mutuo complectuntur, cõcordiam & ueram mutuamque coniunctionem nati & fratrum ac sororum significant.

Etsi uero ♃ non aspicit ♀ dominam horoscopi: tamen ipsa ex Sextili tertiam illustrat, ♄ ex Trigono, & inter præcipuos consignificatores ♂ & ☽ pronus partilis est aspectus ex Trigono radio.

Affirmo igitur non esse futuram acerbam aliquam disiunctionem inter hos, qui sanguine iuncti erunt nato, sed speranda esse optima, cùm stellæ sincerum amorem & uincula beneuolentiæ, non distractionis hostilis polliceantur.

DE CONIVGIO. CAPVT XVIII.



Quid de coniugio ex genituris iudicari soleat. IN coniugio, id est, unius maris & unius fœminæ legitima coniunctione, consideratur, utrum natus uxorem ducturus sit, sociam ueræ inuocationis Dei & officiorum Oeconomicorum, & si est ducturus, utrum uxore facilè & sine negotio potiturus, an uerò eandem difficulter impetraturus, quam in coniugio fidem præstiturus sit, qua beneuolentia complexurus & tractaturus coniugem, denique utrum mutuus inter ipsos amor, & uera, firma ac stabilis concordia intercessura, an uerò odijs certaturi, & perpetuis dissensionibus inter se conflicturi sint. Naturam etiam, mores, ingenium, affectus uxoris, utrum modesta, beneuola, uerecunda erga maritum, an uero contumax, superba, rebellis, an uerò pulchra uel turpis, honesta uel inhonesta futura sit, hinc colligimus. Denique monstrat thema cœli, utrum uxor obsecutura & obtemperatura, an uerò eidem imperatura sit, &c.

Doctrina Astrologica coniugio utilissima. Hæc doctrina Coniugiorum ampla & utilis, cum multas habeat circumstantias, & ad utrumque sexum hæc Physica consideratio referenda sit, quomodo de masculorum coniugio, hinc & fæmellarum, pronunciandum sit, ordine exponemus.

SIGNIFCATORES IN CONIVGIO VIRORVM hi sunt.

1 Luna & ♀, quæ duæ stellæ in uirorum coniugijs potissimum locum habent.

2 Domus septima. 3. & Dominus eius.

4 Planeta uel Planetæ, in septima constituti.

Ex horum significatorum constitutione & cõsideratione multa coniugij accidentia examinantur.

Accidentia coniugij. 1 An natus à coniugio abhorreat nec'ne, & utrum uxorem ducturus, uel cœlebs mansurus sit.

2 Vtrum facilè uel magna cum difficultate sponsam impetraturus sit.

3 De tempore Coniugij.

4 De numero Coniugum.

5 Qualis uxor nato decernatur.

6 De

6 De diuitijs coniugis.
7 De loco, ubi coniugem ducturus sit.
8 De mutuo amore & concordia coniugum.

DE PRIMO: AN NATVS VXOREM *ducturus sit.*


CONsidera primum omnes significatores, quomodo affecti sint. Sed inter hos positum Lunæ, & Veneris positum, quæ si in signis sterilibus utpote ♍, ♌, ♊, simulq; in locis figuræ cadentibus, tertia, sexta, nona, duodecima & 8. fuerint, propter malignitatem loci, coniugium negant, & uiros cœlibes aut à cõiugio abhorrentes, reddunt, uel certè sterile coniugium decernunt.

Hic effectus euidentior erit, cum & reliqui significatores sunt in signis sterilibus & domibus cadentibus.

Talis est genitura Illustriss. Principis D. Vuolffgangi in Anhalt, qui ♀ & ☽ coniunctas habuit in ♍ signo sterili. Vixit ergo in cœlibatu. Eadem fuit uita inclyti fratris & Principis reuerendissimi Georgij ab Anhalt, &c. *Vuolffgangus ab Anhalt Princeps.*


Videant Astrophili themata subsequentia.

THEMA COELI VVOLFFGANGI *Principis Anhaldini.*



THEMA *Cœli Georgij Principis in Anhalt, &c. Præpositi Magdeburgensis, &c.*

Omnes Planetæ sunt directi & supra terram.



Genesis uiri nobilis, qui in Cœlibatu uiuit, iam annorum 43.

ANNO
1 5 2 8.
Die ♂.
Post omnium Sanctorum.
H. M.
1. 30.
P. M.

Alia Genesis uiri Nobilis, qui eodem anno natus, adhuc cœlebs uiuit.

ANNO
1 5 2 8.
Ianuarij
D. H. M.
25. 16. 30.
P. M.
Sub Polo 52. Gr.

II. APHORISMVS.

Cvm dicti significatores, & potissimum ex his Luna & ♀ ita cõstituti nõ sunt, uide num alterutra debilis, coniuncta sit ♄ potenti sola & absq; alijs Planetis, altera simul existente in sterili signo, aut loco cadente, aut aliàs insigniter afflicta. Hic quoq; positus cœlibatum decernit. ☽. ♀. ♄.

In hoc casu ♄ semper potentem esse necesse est. Quod si Luna aut ♀ fuerint potentiores, ♄ uerò debilis, irrita ut plurimum erit regula. ♄. ☽. ♀.

III. APHORISMVS.

Idem significatur, ubi ♄ proximè super utramq; significatricem coniugij stellam, uidelicet ☽ & ♀ simul eleuatur, ita ut nullus interueniat Planeta. In hoc enim casu eleuatio ♄ similis est coniunctioni.

Luna & ♀ affectionem nati erga rem uxoriam, & legitima cõnubia significant, quorum altera iuncta autori monasticæ uitæ seu solitariæ id est, cœlibatus, tollit eam affectionem animi, quæ ad contrahendum matrimonium impellit natum, quæ si abfuerit, nunquam ducit uxorem.

CAV-

CAVTELA.

1 SEmper examinandi ſunt ſimul reliqui ſignificatores, utrũ ſint in ſignis ſterilibus, domo cadente, aut imbecilles coniungantur ♄ potentiori. Cùm enim horum teſtimonium ad ☽ & ♀ afflictam acceſſerit, ſine dubio animus à coniugio & re uxoria alienus erit.

IIII. APHORISMVS.


VEnus oppoſita Saturno uel in eius Quadrato, plurimum ualet ad cœlibatum, Luna ſimul exiſtente in ſigno ſterili uel loco cadẽte, idq́ magis, ſi ex reliquis ſignificatoribus aliqui ſint in ſignis ſterilibus & cadenti loco figuræ.

V. APHORISMVS.

LVna oppoſita ♄ uel in eius □, minus nocet quàm ♀, licet ♀ ſit in ſigno ſterili.

Eraſmi Roterodami geneſis. Sic in genitura D. ERASMI ROTERODAMI ♀ coniuncta eſt partiliter ♄ ex angulis, Luna quidem exiſtente in ♏ ſigno fœcundo, ſed tamen à ☉ combuſta, quæ combuſtio tantum nocet, quantum poſitus eius in ſigno ſterili. Animus igitur tanti uiri, prorſus à re uxoria abhorruit.

Vide ſupra thema huc referendũ, Eraſmi Roterodami. 144



II. QVAESTIO, VTRVM FACILE VEL CVM MAgna difficultate sponsam impetraturus sit Natus.

HAec quæstio omittẽda est, cùm de cœlibatu significationes ex genesi desumuntur. Cùm uerò de coniugio cõstat, reliquæ etiam circumstantiæ indagari possunt.

Considerabis autem in hac quæstione Coniugij significatores, quorũ si maior pars fortis fuerit, facilè sponsam impetrabit, eoque facilius quo plures fortes fuerint. Si debiles, difficilius, eoq; maiore cum difficultate, quo plures fuerint debiles.

Quod si omnes ita affecti fuerint, sæpe excidet sponsa, & magnam in ambiendo difficultatem experietur.

Quod si partim potentes, partim debiles, id est, mediocres erunt significatores, id est, respice ad ☽ & ♀, ac pro eorum statu mediocritas intendenda aut remittenda est. Si fuerint in numero imbecillium, difficultatem magis quàm felicitatem minantur.

Consideretur etiam simul natura significatorum. Nam benefici felicem successum significant, eoq; magis si fuerint fortes. Malefici uerò aduersitatem uel difficultatem, & eò maiorem, si fuerint imbecilles. Si fortes, largiuntur quidem aliquid, sed non citra difficultatem.

III. QVAESTIO, DE TEMPORE CONIVGII.

CVm omnes significatores Coniugij, uel eorum maior pars, & inter hos etiam Luna à ☉ Orientales, & in Quadrantibus orientalibus, utpote 10. 11. 12. uel 4. 5. 6. domibus, in prima adolescentia coniugium futurum significant aut post maturam ætatem iuuenculam uxorem decernunt. Occidentales uerò à Sole, & in occidentalibus quadrantibus cœli, uel tardius contracturum matrimonium, uel in iuuentute uiduas, anus, natu grandes ducturos denotant.

Quadrantes Orientales.

Occidentales. Quadrantes

Præter hæc considera motus significatorum, qui si fuerint directi & ueloces, decernunt similiter coniugium in adolescentia, sicut Orientales. Retrogradi, tardi motu uel stationarij, tardius pollicentur.

Motus significatorum.

Hæc omnia simul in iudicando conferri debent. Vbi uerò significatores discrepant in collectione testimoniorum, iudicabis secundùm eos significatores, cum quibus Luna & ♀ consentiunt præcipuè uerò Luna.

Rectius autem tempus cõiugij colligi potest, ex directione septimæ domus ad corpus uel radios ♀ & Lunæ & è conuerso.

Directiones septimæ ad ♀ uel contra mõstrant certum Coniugij tempus.

IIII. QVAESTIO, DE NVMERO VXORVM.

GEneralis regula est: Considerandi sunt omnes significatores coniugij, qui si omnes uel maiori ex parte, in signis aqueis siue fœcundis, ♋, ♏, ♓, uersentur, plures ferè uxores decernunt. Contra si in sterilibus ut ♍, ♌, ♊.

Generalis aphorismus.

Ex his significatoribus omnibus præcipuum & euidentissimum iudicium præbent ♀ & Luna, cum potiorem significationem in matrimonio uxorum obtineant, adeò ut Luna in septima domo, in quocunq; sit signo, propter suam & loci naturam ferè plures semper decernat uxores, nisi à radijs ☉ & à ♄, insigniter sit impedita.

Luna in septima.

APHORISMI *simul obseruentur, referendi ad iudicia particulariora.*

I. APHORISMVS.

LVna coniuncta unico tantum Planetæ, siue platicè, siue partiliter. tantum unicam uxorem decernit.

II. APHO-

II. APHORISMVS.

CVm Luna nullis Planetis corpore iungitur, considera, quot eam Planetæ directi, liberi à radijs ☉, sine detrimento & casu aspiciant partiliter, uel ei corpore iungantur, ita tamen ut Luna eis non ipsi Lunæ applicent. (Solis configuratio ad Lunam hic negligitur) Hinc numerum facilè colliges.

Considera simul qualitatem signorum, in quibus Planetæ aspicientes, uel ei iuncti constituuntur. Fœcundum enim aut bicorporeum signum, numerum uxorum duplicat.

III. APHORISMVS.

CVm hic positus non occurrit, uide quot Planetæ directi, & à combustione, radijsq; Solis liberi, constituantur inter medium cœli & Venerem, progrediendo à medio cœli, uersus Horizontem orientalem. Tot enim habebit uxores natus.

IIII. APHORISMVS.

CVm intermedij Planetæ, uitio retrogradationis, aut combustionis laborant, & tamen in suis dignitatibus essentialib. domus uel exaltationis, aut in mutua receptione ex ijsdem dignitatibus, plures quoq; coniuges pollicentur. Vt in genitura D. M. Sebastiani Froschelij, reuerendi senis, de Ecclesia Dei bene meriti, inter medium cœli & ♀, numerando uersus cardinem ortus, sunt tres Planetæ directi & liberi à combustione ☉. Ergo tres ei decernebantur uxores. Nam in hoc iudicio Luminaria negliguntur, & ☿ combustus in suo est detrimento & casu.

M. Sebastianus Froschelius. 190

Natiuitatis thema HENRICI STAVPICII Capitanei bellatoris.

ANNO
1 5 2 5.
Aprilis
D. H. M.
5. 2. 30.
P. M.
Misenæ.

16. ♌
13.45. ♋
2.45. ♊
26.45. ♈
☉ 25.12. ♈
♃ 23.14. ♈
☿ 3.18. ♈
0.45. ♈
♄ 29.16.
♀ 24.37.
9. ♓
16. ♒
13.45. ♑
♃ 26.56.
⊗
2.45. ♐
26.45. ♏
♂ 10.3. ♏
0.45. ♎
☽ 23.8. ♍
9. ♍

Hic duas habuit Coniuges Priorem mox post partũ amisit.

GEOR-

GEORGIVS HENRICVS STAVPICIVS FILIVS
unicus Capitanei, Matrem in puerperio amisit.




V. APHORISMVS.

VBi harum regularum nullus usus esse potest, considera quot Planetæ dominum septimæ domus partiliter aspiciant, siue illi sint directi, siue combusti, inde quoq; numerus uxorum colligitur. Ac fieri uix potest, quin harum regularum, una saltem ad usum sese accommodet.

MEMORABILIS OBSERVATIO, VTRVM MA-
ritus uxori præmoriatur & contra.

LVna coniuncta unico tantum Planetæ, ita ut sit potentior Planeta, cui coniungitur, maritus uxori superstes erit. Si uerò Planeta, cui uni Luna iuncta est, potentior fuerit, quam ipsa Luna, maritus uxori præmorietur.

Sic in genitura Iacobi Milichij, platicè Lunæ cōiungebatur ♃, unde unicam tantum uxorem hæc constitutio decernebat. Sed quia ♃ multo fortior erat Luna, maritum uxori præmoriturum significabat.



V. QVALIS VXOR NATO DECERNATVR.

Applicatio Lunæ ad Planetas mores Coniugis arguit.

IN hac quæstione, accuratè considerentur applicationes Lunæ ad Planetas. Ex ijs enim utrunque mores coniugis describere licet. Examines igitur naturā Planetarum uel Planetæ Lunam aspicientium per coniunctionem uel alium radium, & hinc de qualitate uxorum iudicabis.

Cùm ♄ applicat corpore uel aspectu, uxorē promittit Saturninam. Si benē afficitur, taciturnam, grauem, consultam, parcam, laboriosam. Malè affectus: tetricam, morosam, suspicacem, prauam, ferocem, pertinacem, inuidam, malæ conditionis & naturæ.

♃ Feliciter constitutus in tali applicatione, piam, mansuetam, castam, nobilem, honestam, Oeconomicam, &c. Si infeliciter significat quidem eas uirtutes, sed fucatas, imperfectas, & coniunctas cum aliqua labe.

♂ Benè affectus, cordatam, animosam, impatiētem seruitutis & iniuriarum, uindictæ & dominij cupidam, iracundam, &c. Malè affectus, rixosam, contumacem, indomitam, uiolentam, sumptuosam, infamem, &c.

♀ Si feliciter constituatur, formosam, lepidam, suauem, affabilem, honestam, &c. Si infeliciter, decernit eadem, sed imperfectius & simulatum quiddam.

☿ Benè affectus, ingeniosam, circumspectam, facundam, sagacem & uictui parando idoneam. Malè affectus, callidam, astutam, mendacem, aliud corde, aliud ore prementem, instabilem, malitiosam, &c. Luminaria hic negliguntur.

Si signi-

Sic significatores in signis continentibus positi, modestam coniugem designant, lasciuam uerò, turpem & malam in signis contrarijs. *Significatores in signis continentibus.*

Luxuriosa signa sunt. *Luxuriosa signa.*

♈ ♉ ♌ ♑ & ♓.

Reliqua signa sunt continentię. *Continentiæ signa.*

Sic pulchram coniugem ijdem significatores, in signis pulchris designant. Suntque signa pulchra. *Signa pulchritudinis.*

♊ ♎ ♒ & ♓.

Deformia quoque deformem & fœdam coniugem denotant. Suntque deformia signa. *Signa deformitatis.*

♈ ♉ ♋ ♌ ♏ ♑.

De statura & figura corporis, collige iudicia ex natura significatorum & signorum. Quæ autem forma sit Planetarum & dodecatemoriorum, supra traditum est. *De statu & figura coniugis.*

VI. DE DIVITIIS CONIVGIS.

Consideta eosdem Planetas uidelicet, qui Lunam applicantem respiciant per ☌ aut radium. Quod si ijdem fuerint benefici & potentes, decernunt uxorem diuitem, opulentam, nobilem, aut ex claro genere natam. Si malefici & debiles, contrarium.

In specie: benigni Planetæ in septima, præsertim si sint potentes, opulentas & nobiles uxores decernunt: Malefici ibidem & imbeciles, significant pauperes & ignobiles. *In septima benigni Planetæ.*

Si uerò malefici fortes fuerint, diuites quidem, sed malitiosas, & omnino imperfectas aliquid, aut cum labe coniunctum, decernunt.

SPECIALES APHORISMI HI SVNT.

1. Dominus septimæ in decima uel contra, nobilem promittit uxorem.
2. Dominus secundæ in septima, uel contra, diuitem & opulentam.
3. Dominus septimæ in duodecima, uel contra, seruam, pauperem ignobilem, &c. decernit.
4. Quòd si Dominus septimæ in duodecima, uel secundæ in septima, si bene affectus & fortis fuerit, opulentam decernit uxorem, & cui amplæ deueniāt hæreditates.
5. Cùm Dominus septimæ in duodecima, uel contra, à Saturno affligitur, uel per ☌ aut radium malignum, uetulam & deformem: Si uerò à ♂ inhonestam, infamem aut meretricem decernit.
6. Dominus septimæ in sexta, uel dominus sextæ in septima, malè affectus, ualetudinariam decernit.


VII. QVAESTIO.

DE LOCO, VBI CONIVGEM ALIquis ducturus sit.

Regula hæc est: Cùm significatores signa iterum obtinent, ut tertiam uel nonam, uel sunt in signis peregrinis, id est, in quibus nullas dignitates essentiales habent, natum extra patriam uxorem ducturum esse iudicant Astrologi. *Regula.*

GENESIS ALICVIVS BONI VIRI, CVIVS *Coniugium est admodum infelix.*

Huc referatur thema meae natiuitatis supra positum.



VIII. QVAESTIO.

DE MVTVO AMORE ET CONCORdia Coniugum.

Regula optima.

OMnnium certissimum est hic utriusque personæ natiuitatem considerare. Quandocunque enim Luminaria, in utraque natiuitate, bonis aspectibus se irradiauerint, aut eadem signa occupauerint, concordiam significabit. Si uerò ex □ uel ☍, discordiam, ita ut semper se odio prosequantur, & in continuis rixis uersentur.

Specialis forma huius iudicij.

Cùm uerò utraque genesis tibi non est in promptu, utere hac forma speciali.

PRIMO.

Considera Planetam uel Planetas, numerum uxorum decernentes, ut antea dictum est. Quod si illi benigni fuerint, & Lunam benigno aspectu intueantur, mutuum amorem, suauem consuetudinem, perpetuam beneuolentiam, & felicem coniugij statum promittunt.

SECVNDO.

Si Planetæ fuerint malefici, & Lunam inimico aspectu intuentur, leui occasione animi disiungentur, & alienati à se mutuo, prorsus non conuenient.

TER-

TERTIO.

Si beneficus Planeta, maligno aspectu, Lunam aspexerit, mediocriter inter se, & in plerisq; conuenient coniuges: Contrà, si maleficus Planeta, benigno radio, Lunam intueatur, itidem mediocriter inter se conuenient: Sed in plerisque dissiungentur. Maleficorum enim benignus tactus, plus ad noxam declinat, & contra.

QVARTO.

In mediocribus Planetis, habenda est ratio benigni uel maligni aspectus. Nā si mediocris Planeta, ut ☿, aspexerit Lunam inimico radio facilius nocet quàm idem benefico radio Lunam intuens, prodest, cùm eius natura per se inconstãs sit, & mala facilius ac magis noceant, quàm prosint.

BREVITER.

In mediocribus benignus radius minùs nocet, quàm si inimico aspectu Lunam feriat.

CAVTELA.

Hi Aphorismi tantum de Luna, & domino septimę domus intelligendi sunt, non de alijs significationibus.

QVINTO.

Sit de concordia aut discordia, potest iudicari, ex Planetis inter Medium cœli & ♀ constitutis. Cùm enim sunt benigni, & benè positi, bona, & contrà, pollicentur.

DE CONIVGIO MVLIERVM.

SIGNIFICATORES CONIVGII MVLIErum sunt hi ordine.

1. ☉ & ♂. Hi duo in fœmellarum coniugijs potissimam autoritatem habent.
2. Domus septima & dominus eius.
3. Planeta uel Planetæ in septima.

Ex horum significatorum dispositione, qualitate & positu, omnia illa iudicari solent, quæ hactenus de uirorum coniugijs tradita sunt: ita tamen, ut in omni consideratione Solem hic adhibeas pro Luna, prorsus simili ratione. Pro ♀ autem Martem.

Reliqui significatores & obseruationes, regulæ & Aphorismi manent, & nihil mutari.

In his & similibus iudicijs, accuratè examinentur significatores, an sint fortes uel imbecilles, ac eorum congruentia uel discrepantia, in eodem significato, accuratè perpendatur. Rarissimè enim omnes significatores inter se conueniunt, sed semper ferè aliqua est pugnantia, quæ iuxta multitudinem testimoniorum concilianda est. Cùm uerò in discrepantia est æqualitas, & ab utraq; parte numerus congruit, præferantur Planetæ in domibus constituti. Plus enim ualet præsentia corporalis, quàm dominium absentis Planetę, &c. *Quomodo significatores examinandi sint.*

EXAMEN NOSTRAE GENITVRAE. *folio 20.*

IN hac heroica Principis genesi significatores Coniugij sunt: Luna fortis & fortunata in angulo subterraneo, & in ♒ quod pulchrum & fœcundum est signum. Dominus horoscopi ♀ secundum locum obtinet, opposito radio feriens angulum septimæ domus, & Marti planetę coniuncta est, estq; mediocriter fortis, in signo pulchro. In septima est Aries signum deforme & Martiale. Ac cuspidem ipsam opposito hostili radio oppugnat ipse Dominus quartus signi- *Declaratio nō stri exempli.*

fixator, mediocris in loco cœli optimo, quem genituræ tempore transit, & in signo pulchritudinis horoscopi commoratur. Addimus his dominum genituræ, qui etsi in ♌ consistit ♄ tamen ex fastigio cœli bono radio cuspidē illustrat pariter. Particeps est dominij beneficus ♃, qui in ♍ transit in cœli medio, quæ Virgo excellentis formæ signum dicitur. Ex his omnibus probè consideratis, de Coniugio ordine respondendum est.

1. Primùm autem affirmo, cùm Luna & Venus sint in signis & locis coniugio congruentibus, Deo seruante Principem, hunc nostrum Ducem non experturum uitam Eremiticam siue solitariam, sed animum habiturū prorsus quàm maximè inclinatum, ad amplificandum stemma. Ambæ enim stellæ Planetariæ, huic iudicio seruientes, coniugium tribuunt, cùm sint satis fortes in angulis, & imprimis signa etiam formæ & pulchritudinis peruagentur in hac genitura.

2. Nec cœlibatum decerni, uel hinc etiam est manifestum, quod ♀ domina Horoscopi, nec non ♂ dominus cardinis occidentalis, in eodem signo fœcunditatis & coniugij commorantur. Tollit igitur hic positus simplicem septimæ naturam, & uniuersalibus significatoribus plus est tribuendum.

3. Significatores etiam Coniugij, imprimis Luna & ♄, Venere ad mediocritatem accedente, sunt fortes & optimè constituti, etsi ♂ opposito radio partiliter cuspidem affligat. Hinc igitur ratiocinor, nostrum Ducem, gubernante Deo salutares successus, siue magna difficultate, uel Martialibus inuitis, potiturum coniuge, ita ut non excidat spe sua, nec in ambiendo insignem molestiam experiatur Princeps.

4. Deinde omnes Planetæ in hac genesi cum Luna, sunt orientales & locis cœli similis naturæ. Quare in prima adolescentia coniugium Principi nostro promittunt stellæ. Huic conclusioni motus Planetarum respondet.

Tempus coniugij commodissimum. 5. Ex directionibus quoque horoscopi & Solis ad commoda loca promissorum, tempus coniugij commodissimum erit circa initium 24. anni ætatis currentis. Ascendens enim tunc attinget ♀ terminum, Sol uerò ♃ terminum. ⊕ in quinta commoratur, & Medium cœli ad cor ♌ properat. Hoc cōmodissimum tempus diligenter obseruetur.

6. Affirmamus etiam bono iudicio, unicam tantum, legitimi thori sociam, Principi nostro decerni, cui decreto astipulatur Luna, quæ uni tantùm Planetæ Marti applicat, & inter se ex Trigono sunt amici.

Qualitas Coniugis. 7. Quòd ad qualitatem coniugis attinet, Luna est Marti coniuncta ex Trigono. Vterque significator est in signo formoso & continentiæ. Quare Coniugis insignes & heroicæ animi dotes erunt & cum proximè ad △ ☉ & ☋ ♃ applicet Luna, erit simul pia, casta, & excellens matrona. Oeconomica apicula & uirtutum studiosa. Idem confirmant Planetæ in signis continentiæ.

Luna ualde est potens, & ♂ optimè est constitutus in angulo Ascendentis. Quare uxor expectanda erit ex clarissimo genere, nobilis & ualde opulenta.

Ac cum significatores non sint peregrini, extra domicilia itinerum constituti, certè ex sua familia & paterna gente uxorem ducturus est, quæ licitis gradibus copulari possit.

Cumque Luna & ♂ benefico radio sese intueantur, satis benè & quidem mediocriter inter se conuenient coniuges, & rarò disiungentur, imprimis cùm ♄ & Luna, nec non ♀ Martis maliciam reprimant.

DE LIBERIS. Caput XIX.

In hoc iudicio primæ partis Temperamento tribuenda sunt.



Vm de procreatione liberorum iudicare uolumus, temperamenta utriusque, tàm mariti quàm uxoris, cōsideranda sunt. Temperamenta enim uel extremè frigida, uel in excessu sicca, uel intensè humida, procreandis liberis idonea non sunt. Crases tēperatæ, aut à naturali tempe-

patæ

peratæue constitutione, immodicè non declinantes, gignere possunt. Hæc ex Physicis nota sunt. Astrologicè uerò hæc sunt examinanda accidentia.

1. Vtrum natus liberos procreaturus sit.
2. De numero liberorum.
3. De sexu liberorum.
4. De qualitate liberorum.
5. De consensu parentum & liberorum.

Quæ in hoc iudicio examinanda sint.

DE PRIMA QVÆSTIONE, VTRVM NATVS *liberos procreaturus sit.*

PRo liberis cōsidera domum quintam, deinde undecimam & primā. Quòd si in his domicilijs Planetæ fœcundi fuerint, uel aspectu, uel corpore, uel dominio, prolem promittunt.

Si steriles hæc loca occupant, natum nullos liberos procreaturum significāt. His adde Dominum geniture. *Domus geniture.*

Planetæ fœcundi sunt, ♃ ♀ Luna, item ☊. *Planetæ fœcundi.*

Steriles Planetæ sunt: ♄ ♂ ☉ & ☋. *Steriles Planetæ.*

☿ Indifferens est, illius Planetæ naturam assumens in cuius est aspectu uel dignitate, ut antea de fratribus & sororibus dictum est. *☿ indifferēs.*

CAVTELA.

QVòd si fœcundus in quinta, & contra sterilis in undecima domo, potior erit locus quintæ domus, & præferendus ille Planeta, qui est in quinta, ac dices, natum habiturum liberos. Contrà, si malignus in quinta, & fœcundus in undecima, sterilitatem magis minatur, quàm liberos.

II. REGVLA.

II. Regulæ de liberorum procreatione.

QVòd si nullus Planeta in his locis fuerit, considera dominum quintæ domus. Si is fœcundus, procreat liberos: Si sterilis, nullos. Imo etiam, si quis Planeta in his domibus constituatur, nunquam tamen negligendus est dominus quintæ, & quo plura testimonia consentiunt, tantò melius erit.

III. REGVLA.


NAtura signorum diligenter expendēda est simul, in quibus Planetæ sunt constituti, an sint signa fœcunda aut sterilia, & Planetæ cuius sint qualitatis, fœcundi'ne an uero steriles sint. Signorum enim & Planetarum qualitas permiscenda est. Nam si fœcundus Planeta iter facit per fœcundum signum, præsertim in quinto loco cœli, euidens est significatum, nato liberos futuros, & contrà. Fœcundus autem in sterili signo, mediocritatem efficit, ita ut addantur reliqua testimonia. Sterilis uerò Planeta, in fœcundo signo, parum potest. Ita demum, secundùm naturam testimoniorum, quæ uincunt, componendum est iudicium de liberis.


Vt in genitura Serenissimi Imperatoris inclytæ memoriæ FERDINANDI, Venus ferè est in cuspide quintæ domus, in signo fœcundissimo ac sua exaltatione uidelicet Piscibus, cuius signi dominus ♃, est natura fœcundus, sed in signo sterili. Deinde & ☿ naturam Iouis fœcundi assumit. Est enim receptus à Ioue, & simul etiam constitutus in signo Iouiali. Sol uero in quinta, sterilis sua natura, est in signo fœcundo. Idem quoque ☋ in quinta decernit. In eius igitur genitura sex signa sunt fœcunditatis & duo sterilitatis, unum mediocritatis. Vnde numerosam sobolem ipsum habiturum etiam experientia comprobauit. *Genesis FERDINANDI Imperatoris.*

Nec dissimilem admodum constitutionem habet MAXIMILIANVS secundus Imperator noster inuictissimus, cui duo Planetæ fœcundi, in signis mediocribus, in quinta constituuntur. *Imperator. nostri inuictissimi Maximiliani II. genesis.*

NATIVITAS SERENISSIMI IMPERATORIS FERDINANDI.

☿ inferitur.






II. DE NVMERO LIBERORVM.

NVmerus liberorum in genere constabit ex testimoniorum collectione. Quo enim plures fœcundi Planetæ in illis domibus, quas diximus, & signis fœcundis constituti fuerint, eò maiorem numerum liberorum decernunt. Et contra, quò pauciores, & in sterilibus signis, eò minorem. Planetæ autem fœcundi in signis bicorporeis, duplicant numerum liberorum, in fœcundis signis triplicant.

LAVRENTII ZOCH, PATRIS MVLTOrum liberorum, Cancellarij Magdeburg.



III. DE SEXV.

SIgnificatores masculini, masculam prolem promittunt, id est, cum Planetæ sunt orientales, masculini, in domibus & gradibus masculis. Fœminini Planetæ occidentales, in signis, domibus & gradibus fœmininis, fœmellas.

Significatores masculini, fœminini sue pares uel inferiores, parem quoque filiorum ac filiarum numerum, uel pro excessus ratione, plures paucioresue uel filios, aut filias denunciant.

Sic in genitura inclyti Imperatoris FERDINANDI, fœcundi Planetæ VENVS & MERCVRIVS, assumens naturam Iouis, propter causas supra expositas, in ♓ triplicant numerum liberorum. Item ♃ Dominus quintæ in ♊ duplicat. Et quia recipitur à ☿ ex signo fœcundo, rursus triplicat. Et Sol in quinta, in signo fœcundo, unicam promittit prolem. Denique ☊ assumens naturam ♃ uel ♀, rur- *Exemplum ex Genit. imperatoris.*

♀, rursus duplicat, ut in uniuersum liberi et promissi sint 14. & maxima ex parte fœmellæ, cùm Planetæ occupent signa fœminina, & maxima ex parte fœminei sint, & occidentales à Sole.

IIII. DE QVALITATE LIBERORVM.

Cum omnes Planetæ, qui liberos decernunt, aut eorum maior pars, robusti fuerint, potentes, longæuos, celebres, claros & felices liberos promittunt, ex quibus ad parentes plurima commoda peruentura sint. Contra, si imbecilles fuerint, abiectos, obscuros, inglorios, imbecilles, ualetudinarios uel breuis uitæ liberos significant.

V. DE CONSENSV PARENTVM ET LIBERORVM.

Cum inter Dominum primæ & quintæ domus, benigni aspectus intercedunt, mutuus amor & concordia erit inter patrem & liberos. Si inimicus radius, uel prorsus nullus, liberi contendent cum parentibus, & simultatem exercebunt.

Sed hæc certiùs ex collatione geniturarum deprehenduntur.

EXAMEN NOSTRAE GENITVRAE. *folio 20*

Cum examino significatores Liberis deputatos, cœlum & natura temperamenti prolem & propagationem familiæ lætam pollicentur. Multa hic consentiunt testimonia, quæ omnem sterilitatem tollunt, & quo plura conueniunt, eo fortiores sunt significationes.

Numerus ex testimoniorum collectione deprændi potest. Cùm enim plures Planetæ sint in signis & domibus fœcundis, satis magnum numerum liberorum decernunt. Hanc significationem augent Domiciliorum signa communia Virgo & Pisces.

Cumque ratione sexus, mixtæ sint significationes, partim significatores sint masculini & orientales, partim occidentales & fœminini, & filios, & filias expectabit Princeps.

Quinta domus nullis opprimitur malignis Planetis, aut infausto aspectu, nec malorum potestati est subdita. Quare decernuntur liberi felicissimo partu in lucem edendi, qui satis robusti, potentes, longæui, celebres & felices futuri sunt, ex quibus etiam ad parentes plurima commoda, non sine singulari gaudio peruentura sint.

Respectu etiam quintæ domus & undecimæ, nulli sunt hostiles & malefici Planetæ, qui inter se hostiliter pugnant. Trigonus Solis & Martis, ac præsentia Lunæ cum ♃, optima pollicentur.

Quare natorum inter se singularis beneuolentia erit, & erga parentes pia reuerentia, concordiæ studebunt liberi, nec cum parentibus rabiosè contendent, aut simultatis exercendæ occasionem præbebunt.

Ex directione Medij cœli ad promissores, hęredem filiolum ualde præstantem, expectabit anno ætatis suæ currente XXXVI. &c.

FERDI-

Serenissimus Rex & Imperator FERDINANDVS, Dei gratia, Archidux Austriæ &c. duxit Lintzij, Anno Domini M. D. XXI. Maij XV. die, Serenissimam Principem Annam, Ludouici Regis Hūgariæ sororem, ex qua hos suscepit liberos.

FERDINANDI INVICTISSIMI IMPERATORIS, ANNAE Reginæ Hungariæ & Bohemiæ Proles.

Locus Natalis.	Nomina.	Annus Christi.	Mensis	Hora.	Obitus.
Lintz	ELIZABETHA	1526	9 Iulij.	4. ante merid.	Obijt Poloniæ 15.
Viennæ	MAXIMILIANVS	1527	1 Augusti.	11. post merid.	Iunij An
Pragæ	ANNA	1528	7 Iulij	4. ante merid.	no 1545
Lintz	FERDINANDVS	1529	14 Iunij.	3. post merid.	
Pragæ	MARIA	1531	15 Maij.	circiter 4. vel 9 h. p. m	
Inspruck	MAGDALENA	1532	19 Augusti	8. post merid.	
Viennæ	CATHARINA	1533	15 Septembris.	5. a.m.	
Viennæ	LEONORA	1534	2 Nouembris.	ante 5. a.m.	
Inspruck	MARGARETHA	1536	16 Februarij.	post 2. a.m.	
Pragæ	IOHANNES	1538	10 Aprilis.	Mane.	Inspruck
Viennæ	BARBARA	1539	Vltima Aprilis.	Mane inter 3 & 4.	I Martio,
Viennæ	CAROLVS	1540	3 Iunij.	Inter 3 & 4. a.m.	An. 1539.
Noua Ciuit.	VRSVLA	1541	24 Iulij.	12. hor. p.m.	
Viennæ	HELENA	1543	7 Ianuarij.	8. h. a m	Inspruck
Pragæ.	IOHANNA.	1547	24 Ianuarij.	8. h. ante merid.	ult. Aprilis, An. 1543.

Pragæ eodem anno & mense, Ianuarij scilicet XXVII. obijt. Serenissima atque potentissima Domina, Domina Anna Regina, &c.
Ipse uerò Imperator fatis concessit, Anno 1563. Mense Iulio, Die 25. qui Iacobo Apostolo dicatus est.

DE STERILITATE VIRORVM, AVT MVLIErum & causis sterilitatis. Caput XX.



SAEpe inueniuntur & uiri & mulieres, prolem suscipiente nullam & prorsus sunt steriles, quod cùm in utris, tum in mulieribus non una solum è causa euenire certum est. Nonnunquam sterilitatis causa est corporis obesitas, quæ excrementiciam & seminalem materiam ad Causæ sterilitatis. S 5 seetra-

se trahit omnem, quam in uirile semen menstruaq; muliebria conuertere natura consueuit, sicut Galenus docet, in uiro & fœmina maximum impedimentum ad gignendum & concipiendum esse crassiciem. Et Hippocrates inquit Sect. 5. Aphor. Quæcunq; contra naturam sunt crassæ, non concipiunt in utero. Interdum etiam ob morborũ grauitatem, cùm uiri semen, tum mulieris menstruæ illæ purgationes uitiantur adeò, ut uis illa manca omnino efficiatur. Aliquando genitalia & loca illa, partesq; Veneris rebus natura accommodatæ diuino ordine ita oblæsæ sunt, meatusq; ipsi obstrusi, ut generatio nulla fieri possit. Ebrietas quoq; uictusq; ratio intemperans, quandoq; flaccescere naturam cogunt, & imbecillam reddunt. Hæc apud Physicos copiosè traduntur. Nos hic trademus regulas quibus ex themate de sterilitate iudicandum sit.

Galenus. *Hippocrates.*

Configurationes autem sterilitatis hæ sunt. Consideranda est Venus, quæ cũ est in ortu, aut præcipuè in occasu, in coniunctione Saturni partili aut hostili radio □ uel ☍ aut in signis commutatis fuerint, Marte etiam infestante Venerem, uim suam genitalem prorsus amittet ob configurationem tantopere iniquam. Hæc constitutio cùm incidit in uiri genesin, sterilis omnino erit, & ipsius genitale semen prorsus infœcundum reddetur. In mulieribus uerò abortum designat, ut licet fœcundæ sint, infelicem tamen conceptionem experiantur, fœtum eijciant aut intempestiuum & immaturum, aut frustilla, aut caruunculas magis quã fœtum enitantur, aut fœtus ipse ex utero lacer disceptusq; unco distrahatur: maximè cum configuratio hæc incidit in ♋, ♍, aut ♑.

Configurationes, ex quibus de sterilitate iudicandũ sit. *Vir omnino sterilis.* *Nota.*

Causa autem sterilitatis hinc conijcitur, quod ♀ præter alias, cùm suapte natura, tum ob commixtiones, quas plurimas accipit, inuestigabiles quodammodo uires, & habet, & suscipit, quæq; definiri uix queant: nec mirum, cùm sit materiæ in generatione apparatrix. Venere igitur malè habente, generationis conciliamentum, tum mulierum menstrua, malè se habere necesse est.

♀ malè habens quid significet.

Saturnus igitur copulatione, Mars uerò aspectu incompositissimi in generatione socij, in cardinibus cœli primatijs positi, moderatam & appositè fermentatam undiq; Veneris naturam conturbant. Inde sterilitas sequitur, quæ etiã ex pluribus alijs constellationibus contingere potest.

Nec tantarum uirium est sidus Veneris, tantæq; autoritatis, ut Saturni & ♂ aduersantis ex cardine intemperantiam cobibere possit.

Quæ autem in maribus est futura sterilitas, ea in fœminis parturiendi & egerendi est infelicitas.

Vnde infelicitas partus colligatur.

Sic ♀ eodem in statu, ♂ Saturnoq; cõfigurata, si ☿ socius accesserit, uel eunuchos, & euiratos, uel hermaphroditos faciet. Mercurij enim societate addita, commutatio hæc continget.

Cùm Sol huius configurationis se socium adiungit, & Luminaria una cum Venere masculescunt, Luna à maleficis ex cardinibus loci superioris infestata, mares significat qui euirabuntur, aut quorum testibus uitium inferetur, aut hernia laborãtes, qui uix obscœnarum partium, aut uitium, aut ualetudinem euitabunt. Ipsæ uerò mulieres, infœcundæ ac steriles futuræ sunt.

Hæc uiolentia actius sæuiet, si configurationes hæ in ♈ aut in ♒ acciderint.

Sic ♀ in imo cardine & ♒ constituta Lunæ coniuncta, aut oppugnata radio □ uel ☍ Lunæ, id est, ex ortu, occasu aut culmine, sterilitatem portendit.

♀ Sexto in loco collocata, propter loci malignitatem, mulieri ex partu minitatur. Nam aut ante diem fœtum eijciet, aut propter partus difficultatem in periculum mortis incidet, aut fœtus ipse discerptus extrahetur ex utero.

♀ In occasu aut in infimo cardine ♄, ♃, & ☿ copulata, ijsdemq; in partibus, mulieres quidem steriles, & uiros á consuetudine coniugali abhorrentes ac frigidos facit. Hæc ☌ in tropico signo simul facta, Marte sese adiungente socio, mares euirabit, fœminarum uerò loca genitalia natura conglutinentur.

♀ Septimo in loco & mundi occasu posita, faciens uespertinum ortum, in ♄

□ ex

□ ex medio cœli, uiros frigidos significat & alienos à coniugio, nec minus etiam mulieres.

♀ Cùm ♄ in Medio cœli & ijsdem partibus per partilem ☌, Luna oppugnante per ☍ radium corpus ♀ ex imo cœli scilicet, nullos filios promittit, aut propter sterilitatem, aut quod ei uxor anus & effœta futura sit. Propter ♄ enim uxor erit aut infœcunda aut anicula.

♀ Posita in septima cum ☿, mares eunuchos & exectos decernit, mulieres uiragines, prolemq; nullam suscepturas. Si ♂ his conciliatur ☌ aut aspectu, facit hermaphroditos.

Sic ♀ in occasu cum ♂, partili ☌, occultas decernit ualetudines, quæ à iecinore proficiscuntur.

♄ Secundo in loco, id est, horoscopi successione, Lunæ iunctus aut configuratus ex □ uel ☍, liberos denegat.

♄ Quocunq; in cardine positus, in ☍ ☿ sobolem nullo modo promittit, nisi alicunde præsidium sit allatum.

♃ In occasu, ♂ cum ☿ in Horoscopo simul in ijsdem partibus, idem significant. Idem efficit ♃ cum ☿ in occasu positus, obstante ♄ minitabundo, aut si illi in ortu, hic in occasu constiterit.

♂ Prolem non promittit in quinta positus in ☍ Lunæ, nisi beneficus radius Iouis interuenerit.


☿ Cardinalis, Saturno in opposito cardine, sterilitatem obnunciat.

☿ 0.35. ♂ 1.56. ☉ 10.37. ♈
28. ♈
28. ♓
♄ 21.48. ♀ 25.47. ♓
28. ♒
28. ♑
☋ 16.53. ♑
28. ♉
Nascitur MARIA Scollen, Consulis optimi filia, Anno 1 5 5 4. Martij D. H. M. 22. 7. 15. A. M.
28. ♐
28. ♊
28. ♏
☊ 16.53. ♋
☽ 16.44. ♏
28. ♋
28. ♌
28. ♍
28. ♎
♃ 29.2. ♍

Hæ

Hæc honesta Consulis nostri & charissima Patris filia moritur Anno 1569. Martij die 28 circa horam nonam uespertinam, anno ætatis exacto præcisè ferè XV. post abortum. Vixit in Coniugio 30. hebdomadibus cum D. Ioachimo Heinatzio, Secretario nostro.

Obijt hæc honesta matrona, Anno Domini 67. hor. 2. matutina, Decëb. 22. die, qui fuit nonus dies, post puerperium.



DE DIFFICVLTATE PARTVS.

Caput XXI.



SAEpe hæc euenire consueuit, ut fœtus ipse in lucē non prodiat, sed aliquando in utero extinguatur, & Medici opera frustillatim extrahendus sit, quæ trucidatio aut mors quam partitudo potius dicenda est. Id accidere solet, cùm Astrologicæ causæ considerantur, in tali positu cœli.

Ex quo positu cœli, hoc malū colligendū sit.

Cùm Luna est in horoscopo, à maleficis circumdata, ♄ in secunda, ♂ in 12. simulq; Solem intueatur Saturnus quocunq; aspectu, in genitura fœmellæ, hæc configuratio pro partu ualde est periculosa. Luna enim fœtus domina, circumuenta ab exitiosis & parricidialibus stellis, prorsus inficitur: Nec Sol uitæ dator, propter Saturnum, Lunæ opitulari potest.

Luna fœtus Domina.

Sic plurimum nocet parturientibus Solis constitutio in 12. in coniunctione Martis. Ac non tantum aspectus Planetarum, Luminaribus obsunt, sed etiā loca cœli malefica, & officientia, ac perniciem machinantur.

☉ in 12. in ☌ ♂.

Sic

Sic ♂ in 6. aut 12. domo, respiciens ☉ & Lunam quadrandula radiatione, *♂;* de loco superiore & masculino signo: aut abortũ minatur, aut fœtum lacerum, cum perpetua quadam matricis ualetudine: aut matrem ipsam in difficillimum inducet partitudinis periculum. Quinetiam quòd natum fuerit, & uitijs & ualetudinibus grauioribus ad obscœnas partes uexabit.

Eadem minatur ♂ cum ♄ in ortu aut Medio cœli Lunam cingentes hostilibus suis copijs per ☍. Sol uerò & ☿ in occasu aut cardine aduerso, constituti. Cùm enim hoc positu Horoscopus infestatur, per quem est in lucem ab utero exitus, pugnentq; inter se Sol & Luna mirum non est, fœtum multis telis hostium expositum esse, nisi aut ♀ aut ♃, aut uterq; una præsidium afferant.

DE DIVITIIS ET FACVLTATIBVS.
Caput XXII.

Quomodo artifices cœlum distinguant.

Otum cœlum & amplissimum sapientissimi artificis theatrum, longa obseruatione duce, distinxerunt artifices, iuxta signorum Zodiaci numerum, in duodecim domicilia, quibus é locis generalis quædam obseruatio oritur rerum omnium, quæ uitam comitantur, & sine quibus uita esse nequit. Ac ut constet, quid ex singulis iudicandum sit, memoriæ causa hi uersus traduntur, in quibus suo naturali ordine, singulæ uoces suis respondent domicilijs.

Versus de significatione 12. domiciliorum.

Vita Lucrum, Fratres, Genitor, Nati, Valetudo.
Coniunx, Mors, Pietas, Regnum, Benefactaq;, Carcer.

Prima domus.

PRIMA domus, siue pars cœli horoscopans, uitæ tribuitur. Quæ enim corpori accidunt, & constitutioni animali seruiunt, omniaq; accidentia uitæ, ab Ascendente loco indagantur quod ex superioribus est manifestum.

Secunda domus.

Cùm uerò nec uita consistere, nec corpus officio suo absque alimentis fungi possit, maioribus & autoribus Astrologiæ, placuit secunda domus, quæ obseruandam sibi sumpsit qualitatem census peculij & supellectilis, quæ domestica substantia dicitur, quod ea & corpus alitur, & uita ipsa consistit.

Tertia domus.

Hinc cùm homo sit sociabile animal, neq; aliud tam ei sit natura insitũ, quàm societatis studium, iure tertius locus, fratrum sororumq; significationem ipse sibi uendicauit. Quæ enim prior aut potior, quàm fratrum sororumq; societas atque coniunctio, nobis à natura tribui potest? Habet etiam hic locus significationem non mediocrem amicitiarum, familiarumq; consuetudinem, necnon peregrinationis, quæ inter homines hospitia comparauit, & hospitalitatis ius sanctissimum, & arctissimum coniunctionis genus peperit.

Quarta domus.

Consequitur quartus, id est, imus ordine suo locus, à quo exurgere cœlum ipsum, & ex infimis ad superna pedetentim progredi incipit, antecedentes partes sursum impellens, & horoscopi autor est, ut supra terras protollat sidera. Ita cùm parentes uitæ Filij prodeuntis in hanc lucem autores sint, rectè fratrum locus Patris loco iungitur. Nam & fratres ab eodem Patre prouenitur. Habet etiam hic locus significationem patrimonij, rerumq; paternarum, facultatum etiam domesticarum, quæq; patrimonium ipsum, domesticasq; facultates constituunt.

Quinta domus.

Quintus locus filijs dedicatur, qui optima signorum coniunctione, qua nulla cùm sit ex triangulo, arctior & propinquior inuenitur, cùm horoscopo congruit. Ac sicut liberorum quę prima naturę dona sunt, hic locus est significator: Ita etiam donorum, quæ cùm ab amicis, tum etiam à Principibus & Regibus, liberalitatis & beneuolentiæ gratia conferuntur.


Sextus locus ab Horoscopo.

Sextus locus, ut deiectus ac piger, nulla cum Horoscopo societate, nullis prorsus connectitur uinculis. Quid igitur hinc boni uenienti in lucem subministrari poterit? unde quasi fomes ægritudinum, malorumq; plurimorum dicitur,


quæ

Stephanus Lotze nasci-
tur, Anno
1 5 0 8.
Decembris
D. H.
26. 7. $\frac{1}{5}$.
Ante meridiem.


Iohannes Lotze nascitur,
Anno
1 5 1 9.
Augusti
D. H. M.
27. 3. 41.
Ante Meridiem.




Apoplexia extinctus est.




Hic Electoris Ioachimi I. Brandenburgici, fuit publici ærarij præfectus. Apoplexia extinctus est.



Obiit 10. Nouembris, Anno 1561. ex febri quartana.





quæ corpora infeſtant, uitamq́ labefactant. Cumq́ ſecundùm locum, qui eſt alimentorum, reiq́ familiaris, beneuola ſocietate complectatur, ſeruos, ſeruiliaq́ animalia denunciat, ſine quibus præſidijs res familiaris adminiſtrari nequit. Ita in hac conſtitutione genitalis figuræ, omnia loca optimè inter ſe conueniunt. *Optimè inter ſe cõueniunt loca genituræ.*

Cùm uerò ad conſtituendam rem familiarem deſit uxor, ſequetur ſeptimus locus, à quo nobis ea indicatur. Et hic locus horoſcopo opponitur, cumq́ alter feratur ſurſum atq́ impellat, alter declinet & deijciatur, qui motus contrarias habet qualitates, (alter enim agit, patitur uerò alter) iure ſuo ab hoc loco uxor potſcitur, ſiquidem uir agit, uxor uerò patitur, hæc paret, ille imparat. Nec mirum eſt, in re communi & familiari, inter uirum atq́ uxorem lites plurimas excitari, quando hæc ipſa locorum atq́ angulorum inter ſe connexio, aduerſo conciliatur aſpectu. Hinc etiam contentiones & ſimultates, damnaq́ ex ijs prouenientia, iudicantur. *Septimus locus.* *Notabile ex Pontano.*

Octauum ab Horoſcopo locum, de maioribus noſtris, à Morte cognominatum inuenio, & quidem iure, qui nulla cum Aſcendente familiaritate cohiungitur, nullis illum radiationibus illuſtrat, nec illuſtratur ab eo. Quin locis maximè nocentibus connectitur, Triangulo quidem duodecimo loco, ſexangulo ægritudinis ac morborum, quem ſextum eſſe diximus. Ac ſicut ſecundus locus huic ipſi ſanè aduerſus nati hominis ſubſtantiam, è qua uitam ducturus eſt, indicat: ſic è contrario internitionem, corporisq́ ipſius ac uitæ labem, octauus hic portendit. *Octauus locus.*

Nonus locus. Qui locus nonus est, huic cum Religione nomen est inditum. Nec iniuria, cum horoscopo aspectu maximè familiari coniungatur. Ac sicut Ascendens locus, corporis temperationem, corporeæque conglutinationis accidentia significat, uitæque ipsius Qualitatem, hic ipse locus, non immeritò nati aptitudinem, propensionemque & applicationem ad Religionem significat, pro qualitate & constitutione huius domicilij.

Decimus locus. Huic locus honorum & magistratuum meritò adiungitur, atque ordine quidem suo, qui decimus est, atque in summa cœli parte constitutus. Ex hoc medio cœli cardine, Magistratus & honores quæruntur, simulque & patriam & actiones, artis quoque & uitæ genus, quin etiam animi propensiones, studiaque, uirtutes & uitia indicat. Tanta uis autoritasque propter cardinis maiestatem, ei insita est.

Maxima est maiestas cardinis decimæ domus.

Vndecimus locus. Vndecimo loco addicti sunt amici, consiliarij, suffragatores. Assistit enim decimo, perinde ut consiliarij assistunt Magistratibus ac Principibus. Etenim ut ipsa sine amicis uita, sic Magistratus absque Consiliarijs, Principes ciuitatum sine affectis & clientibus. Reges ipsi denique sine ministris tueri honores, Magistratusque ipsos gerere, ac subiectos moderari populos nequeunt. A fauore, spe, fide & benignitate, locus ipse Latinè bonus genius, Græcè ἀγαθὸς δαίμων cognominatus est, ac ♃ stellæ, quæ maximè benefica est, adiungitur.

Duodecimus locus. Duodecimus locus, nullo aspectu Ascendenti coniunctus, mœrorum, tristitiæ, ærumnæ, inimicitiarumque cognomento nobilitatus est, insitamque ob malignitatem & nocendi potestatem, mali Dæmonis titulo notatus est, cum etiam morborum indicationem habeat, seruilisque substantiæ, easque ob res Saturni stellæ sit addictus, cuius qualitas est malefica. Hæc est duodecim locorum significationum natura, & constitutio, quæ talis est, ut uix aliquid boni aut mali, honoris aut opprobrij, uitij aut uirtutis, ualetudinis secundæ aut aduersæ nascenti sit euenturum, quòd non ijs è locis, eorumque statu, ac Dominorum situ constitutioneque denuncietur. Ex singulis enim locis, pro qualitate rerum & locorum, plura & diuersa, inter inuestigandum sciscitandumque & exiguntur, & denunciantur, ut nihil ferè maiusculum in uita sua nascenti contingat, cuius non ex ijs locis indicium sumi queat. Sed nunc ad propositum reuertimur.


Natura XII. locorum Signiferi.

Astrologi sententijs in hoc capite discrepant. De diuitijs & paupertate, Astrologi non iudicant eodem modo. Ptolemæus à ⊕, & Planeta obtinente dominium Sortis, item Planetarum ad hæc loca aspectus, iudicium sumit. Aliter Arabes, quorum plerique tamen magnæ felicitatis iudicia & testimonia, ex specialibus significatis desumunt.

GENESIS SAMVELIS A BREDOVV,

Filij domini Liborij à Bredow.

Pater uir nobilissimus, placida morte, Magdeburgi, extinctus est, Anno 1569. Martij 31. die. Mater uerò castissima mortua est, Magdalena à Iagouu, Anno 1570 ipso die Simonis & Iudæ.



SIGNIFICATORES DIVITIARVM SVNT
sex in qualibet genitura. *Significatores Diuitiarum.*

1. Cuspis seu principium secundæ domus, à quinto gradu proximè antecedente, usq; ad proximos quinq; gradus tertiam domum antecedentes. Vnde sequitur signum inter eos gradus interceptum, etiam ad secundam referri.
2. Dominus signi emergentis, atque etiam intercepti in ea domo, si id forte contingat.
3. Pars fortunæ.
4. Dominus partis fortunæ.
5. Iupiter, qui semper generalis significator est diuitiarum.
6. Planetæ existentes in secunda, siue unus, siue plures, qui quidem quo uiciniores sunt initio secundæ domus, eo euidentiores effectus præstant.

SVNT AVTEM HAE CIRCVMSTANTIAE
ordine expendendæ. *Circumstantiæ hic ordine expendendæ.*

1. An natus diues futurus sit?
2. Vnde acquisiturus sit diuitias?
3. An licitis uel illicitis modis diuitias acquisiturus sit.

 4. Vtrum

4 Vtrum durabiles & perpetuæ sint futuræ diuitiæ.
5 De Tempore diuitiarum.

DE PRIMA QVAESTIONE.

An natus diues futurus sit.

CVm significatores omnes supra constituti, uel maxima eorum pars sunt fortes & potentes, significat natum diuitias magnas acquisiturum. Contra, si debiles. Et quo plura testimonia debilitatis uel roboris significatorum inter se conueniunt, eò significatum erit euidentius & maius. Nec refert, Vtrum benefici sint Planetæ significatores diuitiarum, an malefici. Hoc iudicium generale est.

DE SECVNDA QVAESTIONE.

Vnde diuitias acquisiturus sit natus.

CVm constat natum habiturum opes, quæritur, unde accessuræ sint diuitiæ, & contra, unde paupertas. Hic consideranda est natura significatorum & domus cœlestis, in qua, uel in quibus significatores constituti sunt, qui significatores sint potentes & quot, & utrum maior pars sit fortior aut imbecillior. Quòd si omnes fuerint fortes, quòd est rarissimum, tunc secundùm omnium naturas & domos, quas occupant, iudicia, unde aduenturæ sint diuitiæ. Si maior pars est fortis, eadem ratione iudicabis. Rursus secundùm eos significatores, qui sunt imbecilles, de iactura opum iudicabis. Fieri enim potest, ut quis maiori ex parte accessionem facultatum experiatur, & tamen interdum damnum incurrat, quòd facilè resarcitur, propter plura testimonia, quæ diuitias decernunt.

Idem erit iudicium, cùm omnes significatores, uel maior pars eorum sunt imbecilles, minor autem pars potens. Ibi maiore ex parte ostēditur iactura opum, quantumuis se tamen occasiones acquirendi facultates offerant. Eadem igitur ratione, ex imbecillium Planetarum natura & domibus quas occupant, iudicādum est de causis & rationibus amittendi opes, per quas res, uel personas amissio facultatum uentura sit.

Si tot fuerint potentes significatores, quot imbecilles, erit mediocritas inconstans, & quod natus iam per hos aliquid opum acquiret, id per alios rursus amittet, ita tamen, ut nec diuitijs affluat, nec paupertate prematur, sed retineat suas diuitias, sine insigni aliquo augmento aut detrimento.

CAVTELA.

DE ⊕ in incremento uel decremento diuitiarum, tantum ex loco cœli, in quo constituitur, iudicatur.


Huc referatur Catalogus Planetarum & domorum, in quo naturæ & significationes describūtur, ut hinc qualitas opum siue paupertatis, & multa alia Astrologica colligantur. folio 402 et 403 et 227.

GENESIS ALICVIVS, QVI SORTIS CVM

esset infimæ, admodum fuit fortunatus.

Omnes Planetæ in hac genesi sunt in △ radiatione: ☿ & ♀, cum ♄ & ♂, & omnes hi cū Luna. Et rursus ☉ cum ♃. Ideò ex pauperrimo euasit ditissimus, cùm dignitate & potentia. Principibus & Regibus fuit notissimus. Peregit multa itinera. Quia Luna est peregrina in 9. domo.

III. QVAE.



III. QVÆSTIO. AN LICITIS, VEL ILLICITIS *modis diuitias acquisiturus sit.*

HVius rei iudicium similiter à natura significatorum sumitur, quæ est aut benefica aut malefica. Beneficum autem Planetam nominamus hic etiam eum, qui in dignitatibus beneficorum constitutus est, etsi sua natura est maleficus. *Quis sit in hoc iudicio beneficus Planeta.*

Cùm igitur benefici Planetæ sunt significatores diuitiarū, ita ut prorsus non participent cum maleficis, id est, non in signis maleficorum existant, neq; à maleficis hostili radio oppugnentur. (Hæc enim participatio dicitur) significatur nato uenturas diuitias, prorsus licitis rationibus.

Sin malefici fuerint significatores, & prorsus non participent cum beneficis, contrarium significatur.

Idem denotant retrogradi aut combusti, præsertim ex tribus superioribus.

Si beneficus sit sua natura significator, sed in maleficarum dignitatibus, licitis & illicitis rationibus, uenturas nato facultates decernit. Idē si beneficus fuerit, retrogradus aut combustus.

Quòd si maleficus sit sua natura significator, & tamen in dignitatibus Planetarum beneficorum constitutus, idem decernet.

Sin maleficus erit in beneficorum dignitatibus, simulq; retrogradus aut combustus, ibi malum conduplicatum erit, & plus illicitæ, quàm licitæ rationes ualebunt. Sic contra:

 Sibe-

Si beneficus in maleficarum dignitatibus & retrogradus aut combustus, significat illicitis modis magis quàm licitis uenturas diuitias.

Ita ex quatuor conditionibus scilicet, natura Planetæ significatoris & signo quod occupat, deinde regressu & combustione constituendum est, de significatoris promissione. Nam si plura testimonia uincant, secundùm ea est pronunciandum.

Potest etiam his non incommodè annumerari aspectuum ratio. Nam benefici aut mediocres natura significatores, cū à maleficis hostili radio feriuntur, participant cum eorum natura.

Contra malefici à beneficis amico radio foti, naturis bonorum fruuntur. Mediocrium natura, cùm per se inconstans sit, plærumque in alterutram partem magis inclinat, idque facile ex commixtione & configuratione eorū cū beneficis uel maleficis colligitur. Hæc in iudicando singularem industriam requirunt, & ex uno significato nihil temerè iudicandum, sed omnia diligenter inter se conferenda sunt, nec sine bono iudicio præceptis insistendum est.

IIII. QVAESTIO, VTRVM DVRABILES ET *perpetuæ sint futuræ diuitiæ.*

HOc iudicium sumitur à principali significatore diuitiarum, qui semper is dicitur, qui est in secunda domo constitutus.

Hic igitur si fuerit beneficus, & idem fortis ac potens, perpetuo cum quadam felicitate, duraturas diuitias ostendit.

Sin debilis, durabunt quidem perpetuo, sed cum magno discrimine, ita ut sæpe difficultates, in parandis & conseruandis facultatibus experiatur, sæpe etiam amittat, & easdem postea recipiat.

Si maleficus fuerit in secunda, considera an sit fortis uel imbecillis: Si fortis duraturas facultates significat, ita tamen, ut plus amittat, quàm recuperet.

Sin imbecillis, facultates euertentur & non durabunt.

De mediocribus iudicandum est eodem modo, & considera accuratè, in quã partem significatores inclinent.

Quòd si plures Planetæ in secunda domo sint constituti, eligatur fortissimus eorum, & secundùm naturam eius iudicabis.

Si nullus Planeta est in secũda, hic principalis significator erit, qui sæpius adhibetur. Vt si idem Planeta sit Dominus cuspidis & Partis fortunæ, &c.

Quòd si nullus Planeta adhibeatur plus quàm semel, considera Almuten, id est, Planetam, qui habet plures dignitates in locis significatorum diuitiarum, & secundùm eum iudicium extruatur.

DE QVINTA QVAESTIONE, *De tempore diuitiarum.*

TEmpus ostendunt directiones significatorum ad beneficos promissores, eorumque radios, & contra.

Generalis ratio hæc est.

Considera, quam cœli quartam significatores diuitiarum occupent. Si maior pars est inter horoscopum & decimam domum, diuitiæ in iuuentute obiicientur.

Si inter 10 & occasum, in uirili ætate.

Si inter 7. & imum cœli, in senectute opes promittunt.

A quarta ad primam, circa finem uitæ.

Similiter orientales à Sole significatores, cito & in iuuentute opum affluentiam promittunt. Occidentales à Sole, tardius & in senecta.

Idem

Idem significant Retrogradi. Cõtrarium cũ sunt ueloces motu & directi. Sed in his definiendi, Directiones sunt certiores, nec non Reuolutiones & profectiones. *Notabile.*

Nonnunquam directiones cum loco conueniunt: Tunc eò maior est certitudo. Interdum repugnant. Tunc directiones præferendæ sunt. Specialia enim generalibus sunt certiora.

APHORISMI MEMORABILES, AN NATVS SIT *futurus diues, uel pauper, ex stellis fixis.*

Aphorismi speciales, de diuitijs.

I. APHORISMVS.

♃ uel ♀, uel Luna coniuncti cum ⊕ fortes & in bono loco cœli, copiam diuitiarum satis magnam decernunt, præsertim si accedat stella aliqua regia. aut si ♃, ♀, Luna cum ⊕ fuerint in proprijs domicilijs aut exaltationibus, aut sese ex ijsdem cum alijs recipiant.

II. APHORISMVS.

Idẽ præstat Dominus Partis Fortunæ benè affectus, cùm stella fixa regia, in bono cœli loco, uel in sua dignitate essentiali, utpote domo uel exaltatione, coniunctus beneficis, aut altero luminari, uel in mutua receptione ex ijsdẽ dignitatibus, cùm beneficis aut luminaribus, aut Luminarium dispositoribus.

III. APHORISMVS.

Dominus signi uel exaltationis secundæ domus, receptus ab altero Luminari, uel alterius Luminaris dispositore, altero eorum primam uel secundam occupante, diuitiarum affluentiam significat, quæ propria nati industria, maxima ex parte augetur & crescit.

Quòd si Dominus hoc modo affectus fuerit in septima, ex coniugio & significationibus septimæ: Si in decima à magnis uiris, Principibus, item Magistratu aliquo uenturas diuitias decernit. Idem de reliquis domibus iudicetur.

IIII. APHORISMVS.

Idem facit Dominus signi uel exaltationis secundæ domus, in propria dignitate essentiali, uel ab alio receptus ex eadem, & in bono loco cœli. Quòd si Domino signi uel exaltationis, stella quædam fixa accesserit regia, eò significatio diuitiarum euidentior erit.


V. APHORISMVS.

Dominus signi uel exltationis primæ aut secundæ, receptus à Domino signi Medij cœli ex propria dignitate essentiali, & in bono cœli loco constitutus, ac alteri Luminarium uel coniunctus, uel benignè constitutus præter honores & dignitates maximas, ac beneuolentiam magnatum singularem, etiam diuitias affluentes decernit. Et significationes magnæ & excellentis dignitatis, & fortunæ plærumque coniunguntur, cùm accessione insigni facultatum, & contra. Quòd si igitur significationes tenues appareant diuitiarum, dignitatis uerò & honoris magnæ sint, propter talem constitutionem, uis significationis opum magis etiã intenditur, & contra propter causam expositam.


VI. APHORISMVS.

Malefici coniuncti ⊕ potenti in suis dignitatibus essentialibus aut recepti ex ijsdem, in bono cœli loco diuitias quidem promittunt, sed maiori cum difficultate & inconstantia. Quòd si ♄ hoc modo coniunctus fuerit ⊕, reddit sordidos, parcos, auaros ac tenaces. Sed malefici obsidentes ⊕ aut Dominum eius, extra suas dignitates essentiales, aut receptionis, nunquam ad facultatem colligendi opes emergere sinunt, sed magis amissionem ac dissipationem, præsentium facultatum, obærationem & paupertatem decernunt, præsertim si accessent aliqua stella fixa malefica qualis est caput Medusæ. Sic in genitura Marchionis ALBERTI Casimiri filij, Venus domina ⊕ ac secũdæ domus, in suo detrimento, sub radijs Solis & à ♂ per ☌ afflicta decreuit ei non tantum amissionem sui Principatus, sed etiam obærationem, aliaque grauiora incommoda. *Marchio Albertus Casimiri Filius.*

THEMA ALBERTI MARCHIONIS CASIMIRI FILII.



THEMA PAVLI III. PONTIFICIS.



VII. APHORISMVS.

Fidicula si fuerit in secunda, ut Stadius monet, Ioui uel Veneti aut ⊕ coniuncta, immensas promittit diuitias.

VIII. APHORISMVS.

Dexter humerus Orionis, aut Autigæ cum ♃, amplam fortunam & facultatum accessionem pollicetur.

IX. APHORISMVS.

Spica ♍ cum ⊕, aut Regulus, eadem præstant, quæ ♃, sed tenuius.

X. APHORISMVS.

Arcturus cum ♃, diuitiarum affluentiam denunciat, cùm dignitatis excellentia.

XI. APHORISMVS.

Spica ♍ eadem cum eodem, & Ecclesiasticam dignitatem præsignificat.

XII. APHORISMVS.

Saturnus in Arcturo, rerum profligationem } minatur.
Cùm Spica ♍, mendicitatem }

Caput Gorgonis cum ⊕, diuitiarum confiscationem, aut rerum dissipationem minatur. *Caput Gorgonis.*

EXAMEN NOSTRAE GENITVRAE, folio 20.

IN hac genitura significatores diuitiarum sunt: 1. Secunda domus in 13. Grad. 56. ♍ satis benè disposita.

Dominus cuspidis est ♂, mediocriter fortis. ⊕ est in angulo quartæ domus, non procul à quinta cuspide, satis fortis. Dominus est ♄ fortis & fortunatus. ♃ generalis diuitiarum significator, corpore est in principio undecimę domus, mediocriter fortis.

Aspectus Planetarum ad secundā hi sunt: ♃ intuetur ✱ benefico radio. Quadratum proijcit ♄, qui utrumque cuspidem cingunt. Sol & Mercurius per coniunctionem secundæ copulantur. Incidūt etiam insigniores stellæ Coronæ & Cancri in eandem cuspidem. Hæc est constitutio secundæ domus.

Cùm autem optima sit dispositio significatorum secundæ domus, nec ullius Planetæ radij secundam inficiant opibus seruientem, Principem nostrum maximas opes. Heroico Duce dignas, consecuturum esse affirmo. Idem confirmat positus felix ☉ & ☿ in signo secundæ domus. Ac Sol per se ita collocatus, augmentum tribuit auri, & substantiam ex summis & magnis uiris. Item principatum, sublimitatem & exaltationem, etiam amicitiam excellentissimorum hominum decernit.

Has diuitias consequetur Princeps, ratione significatorum & locorum, ex paterna hæreditate, & splendido, materno & paterno regno. Et has quidem facultates sine ullo detrimento conseruabit.

♃ Felicitatem & accessionem promittit ex regno, cùm iusticia & honestate, ac non paruum sentiet emolumentū per homines Iouiales, magnanimos, mansuetos. Prælatos, Episcopos, Iurispentos, Iudices, aduocatos, uiros nobiles, præfectos prouinciarum uel ciuitatum.

Sic Sol promittit regna, Rempublicam florentem, nobilem Magistratum, splendorem, honores, & insignem dominationem.

Quin etiam contractus Principis cum subditis erunt felices, omnesque artes, quæ in ingenij contemplatione uersantur. Studia etiam honesta, & nouarum rerum inuentiones plurimum ipsi conferent.

Ac Philosophiæ professores, Mathematici, Arithmetici, Scriptores, Cancellarij, Mercatores, Sculptores, omnis generis artifices ingeniosi & sagaces homines,

nes, & quotquot ☿ dominio subsunt, Principis nostri commodis studebunt, & quidem fideliter.

Affirmamus & hoc, Principem nostrum fruiturum opibus suis regijs sine aliquo discrimine & detrimento, cùm significatores opum satis sint fortes, & Iouis beneficio Saturni malicia felici radio reprimatur, nec habiturū magnas difficultates in acquirendis & conseruandis facultatibus, quibus in hunc Illustriss. Ducem suam bonitatem & beneficentiam effundet cœlestis Pater.

Ex generali consideratione asserimus, Principem nostrum magnas opes cōsecuturum in senectute, non in ætate iuuenili, sed circa uitæ finem. Sunt enim significatores orientales, & inter quartam & primam consistunt.

Sed hæc tempora ex directionib. Solis, Medij cœli & ⊕ ad promissores, definiri possunt, &c.

DE EXCELLENTI FORTVNA, IN CVLTVRA *metallicarum fodinarum.* Caput XXIII.

DVo sunt memorabiles Aphorismi, de significationibus excellentis fortunæ, ex Metallicarum fodinarum cultura.

I. APHORISMVS.

SAturnus dominus quartæ domus, in quarto cœli loco constitutus in domicilio uel exaltatione sua, directus, uelox motu, beneficis Planetis amico aspectu configuratus, ex fodinarum metallicarum cultura, opum & diuitiarum affluentiam significat. At quò fortior eo in loco fuerit, tantò euidentior erit effectus.

Maximilianus primus. 241 Talis est constitutio in genitura MAXIMILIANI PRIMI Imperatoris. Nam ♄ in ♑ ac domo quarta fuit, in proprio domicilio, directus, uelox motu, in △ ♃, nec à ♂ læsus. Is insignem fortunam habuit ex fodinis metallicis, adeò ut potentia eius ex uenis illis plurimum creuerit.

Iacobus Fuccarus. Idem fuit positus, ut narrat Cyprianus, in themate D. Iacobi Fuccari senioris, qui floruit Imperāte Maximiliano, cui etiam charissimus fuit. Hic cùm generosis Dominis Turzonibus facta societate, ex auri uenis metallicis in Vngaria, incredibiles & immensos fructus percepit, aliquot annis continuis, adeò ut huius uiri fortuna, se ad omnem eius familiæ posteritatem extenderit.


II. APHORISMVS.

DOminus quartæ domus, receptus ex dignitate essentiali ab altero luminari, aut alterius luminaris dispositore, similiter insignem fortunam, ex fodinis metallicis decernit.


D. Vueigmoserus. Huius aphorismi exempla tradit D. Cyprianus: Vnum est uiri nobilis D. Vueigmoseri, in cuius themate Luna quartæ domus Domina in ♈ recipitur ex altitudine à ☉, qui fuit in ♉ cum ♀ in secunda domo. Pater huius cùm fodinas infeliciter tractasset, adeò ut ære alieno prȩmeretur, moriens præ dolore animi, Filio hæreditatem, non leui sumptu obæratam reliquit, quàm cùm ille adire recusaret, exosus metallicarum rerum, ob Patris infelicitatem, tamen à Matthæo Lango Cardinali & Episcopo Salisburgensi Domino suo persuasus est, ut ad patris fodinas relictas, ipse tractandas rediret, promissa sumptuum parte. Non multò pòst, paucis annis elapsis, fortuna arridente, incredibilem auri uim, ex metallicis collegit & adhuc quotannis colligit.

D. Iohannes Rosenbergius. Eadē est cōstitutio ferè D. Iohan. Rosenbergeri Augustani. cui ♄ est in 4. domo & altitudine sua, & ☿ dominus 4æ receptus est à ♀ alterius Luminaris gubernatrice. Quȩ constitutio amplā ex fodinis ei fortunā decreuit, sed tardiorem propter ♄ retrogradum eo in loco, quòd & directiones confirmant.

THEMA MAXIMILIANI I. IMPERATORIS.



THEMA IOHANNIS Rosenbergeri Patritij Augustani.



EXAMEN NOSTRAE GENITVRAE.

IVdicium de hac felicitate aut infelicitate tantum ex constitutione quartę domus, imprimis Saturni, significata colligunt Astrologi. Cùm uerò in genesi nostri Principis Saturnus sit dominus quartæ, & in angulo subterraneo bene constitutus, simulq; Veneris sextili stipetur, ac fixis insignioribus stellis munitus sit, ex fodinarum metallicarum cultura, satis insignem felicitatem & affluentiam percipiet Princeps noster.

Auget hoc horum significatũ Pars fortunæ Lunæ coniuncta in angulo quartæ domus, quæ rebus metallicis dedicata est ab Astrologis, &c.

DE FORTVNA VEL MISERIA NATI. Caput XXIIII.

Quomodo genitura in hoc loco examinanda sit. CVm de fortuna & successibus nati iudicandum est, id est, quę successus in actionibus & consilijs habiturus sit, examina genitura hoc modo.

1. Si in ea quatuor aut plures Planetę constituant in essentiali dignitate, domicilio uel exaltatione, uel mutua dignitatum receptione, illustrē, splendidam & manifestam fortunam nato significāt, eumq; in maxima uitæ & actionum suarum parte, & pluribus rebus fortunatum & felicem.

THEMA IOHANNIS SCHEIRINDII *Cancellarij Megapolensis.*

Hic ex alto fastigio in magnas calamitates incidit.

24. ♈
☿ 18.34 ♈
☉ 29.20 ♓
24. ♓
♂ 11.5 ♓
☊ 4.44 ♓
24. ♒
24. ♑
♀ 2.57 ♉
☽ 22.4 ♉
24. ♉
24. ♐
24. ♊
24. ♏
24. ♋
24. ♌
24. ♍
24. ♎


ANNO
1505.
Martij
D. H. M.
9. 19. 50.
P. M.
C. C. 25. ♑

Matthias Huniades. 243 Talis fuit constitutio in themate potentissimi Regis Hungarici Matthiæ Huniadis, qui quatuor Planetas habuit in mutua receptione ex dignitatibus essentialibus. Et quanquam calamitatibus initio premebatur, tamen ita emersit, ut ex carcere ad regiam dignitatem euectus, non tātum Imperatori Friderico Austriaco, sed & Turcis formidabilis fuerit.


Mauricius Elector Saxoniæ. Talis fuit natiuitas Mauricij Ducis Electoris Saxoniæ, cui quatuor Planetæ in proprijs domicilijs constituebantur.

THE-


THEMA POTENTISSIMI REGIS MATTHIAE HVNIADIS.




THEMA *Illustrissimi Principis* MAVRICII *Electoris, &c.*



THEMA inclyti Principis Electoris AVGVSTI.



THEMA CAROLI Hispaniarum Regis, nepotis Caroli V. Imperatoris, &c.



II. APHORISMVS.

Quando totidem Planetæ in suis detrimentis aut casu, absque mutua receptione, ex dignitatibus essentialibus, uel prorsus peregrini, hi magnis in uita impedimentis expositi sunt.

Sic IOHANNES FRIDERICVS, Princeps Elector, qui singulari fato à CAROLO V. Imp. captus, electoratus dignitatem amisit, habuit tres Planetas, in suis detrimentis & unum planè peregrinum. *Iohannes Fridericus Elector Saxoniæ.*

III. APHORISMVS.

Cùm superiores regulæ genituris accommodari non possunt, considera proximè luminaria, & eorum dispositores: Cùm enim hi significatores in proprijs domicilijs, aut altitudine, aut in mutua receptione, ex ijsdem & præcipuis dignitatibus, atque etiam in optimis cœli locis, ut in 10.1.11.2.5. fortunam & successus in uita significant.

Contrarium portendunt, cùm sunt peregrini, uel in casu aut detrimento suo, aut in locis cœli calamitosis, utpote 6.12. uel 8.


IIII. APHORISMVS.

Cùm mediocritas est significatorum, id est, alij sunt in dignitate essentiali & benè affecti, alij extra suas dignitates & malè affecti, aut cùm significatores in dignitatibus suis, uerùm in abiectis locis figuræ cœli, uel contrà, dissimilem fortunam, inconstantem & inæqualem portendunt, ita ut in alijs uitæ partibus felix sit natus futurus, in alijs rursus infelix & infortunatus, modo eadem in re fortunatus, modo infortunatus.

CAVTELA.


Nonnunquam aliquis habet genesin ualde bonam, & multas egregias felicitatis significationes, & euentus tardius respondet. Id iudicium maximè ex directionibus pendet. Nam eis solers Astrologus facilè colliget, quo tempore uitæ suæ, natus insigniter fortunatus aut calamitosus futurus sit. *Directionum usus in hac doctrina.*

Genesis THOMAE MATTHIAE *Consiliarij Principis Electoris Brandenburg. Ioachimi II. &c.*



THE-

THEMA MATTHIAE CEMNICII IVRISCONSVLTI, & Consiliarij Electoris Brandeburgiaci Ioachimi II. &c.



EXAMEN NOSTRAE GENITVRAE. *folio 20*

EXaminanda etiam est genitura, ut constet, quem successum in actionibus & consilijs habiturus sit Princeps noster inclytus.

In hac genesi huius membri optimę sunt significationes. Cùm enim quatuor Planetæ hic sint in dignitatibus essentialibus, directi, ueloces cursu, & magna ex parte in angulis hæreant, præcipuis cœli locis, quid aliud hinc statuendum erit, quàm satis illustrem, splendidam & excellentem fortunam nati significari, ac principem nostrum in maxima uitæ & actionum suarum parte & pluribus rebus, fortunatum & felicem futurum.

Huc accedit & illud, quòd præcipui significatores, Dominus genituræ, cùm participante, dispositor & Dominus horoscopi supra terram consistant tempore genituræ, & simul præcipuæ stellæ fixæ exoriantur, quarum singularis est dignitas. De tempore felicitatis aut calamitatis, directiones consulendæ sunt.

DE SERVIS ET FAMILIA. Caput XXV.

Significatores huius loci.

SIgnificatores seruorum & familiæ, in omni genitura sunt.

1. Sexta domus.
2. Dominus eius.

3. ☿, Qui

3. ☿, Qui semper est generalis, significator seruorum.
4. Planeta, uel Planetæ in sexta.

Hi significatores omnes aut magna ex parte, si fuerint natura benefici aut fortes, significant natum habiturum numerosam familiam & multos seruos, eosque obedientes, frugi & commodos.

Contra: quando sunt natura malefici aut imbecilles.

Hinc constat, duo consideranda esse in significatoribus. Naturam, quæ est benefica, aut malefica. Deinde fortitudinem aut debilitatem. Si utrumque simul acciderit significatori, ut sit beneficus sua natura & fortis, significatum eo euidentius erit. Si alterutrum tantum: mediocritas inde quasi constituitur, quæ deinde ex reliquorum significatorũ testimonijs, intendenda uel remittenda erit. *Duo in his significatoribus consideranda sunt.*

Ex ijsdem significatoribus eadem ratione, de paruis animalibus & commoditatibus nato euenturis, iudicari potest.

Quòd ad bestias maiores attinet, ut equos, boues, &c. Duodecima consideretur cum Planeta dominante & reliquis obtinentibus duodecimam domum, ac configuratis, cùm signo tum signi Domino. *De bestijs maioribus.*

Benefica enim horum natura, & felix faustaque constitutio, ac inter se congruentia, ex maioribus bestijs emolumentum: Rursus natura hostilis & infausta, ac noxia inter se mutua applicatio, detrimenta insignia infert, sicut experientia & illud ostendit, alios alijs, ab equis, facilius lædi, uel ictu, uel excussione, alios contra magis diligi, &c.

EXAMEN NOSTRAE GENITVRAE.

IN hac genesi in sextam domum incidit signum Arietis. Mars dominus cuspidis satis est fortis. Venus cùm ♃ obtinet terminum cuspidis. ☿ consignificator secundæ itidem satis fortis est. Nullus Planeta sextam intuetur, nisi ♀ per oppositum platicum, & ♄ ex Trigono. Hi radij plus iusto sunt remotiores, & magis ad occidentis angulum, quàm ad sextam referuntur.

Cùm igitur Significatores fortes sint, & radijs hostilib. non oppugnetur ipsa cuspis, affirmamus Illust. nostrum Ducẽ bonos subditos habiturum, & honestã ac numerosam Martialem familiam, ex qua commoditatem non contemnendam, singulari cum fructu & reuerentia percipiet Princeps.

Iudicium quoque de bestijs maioribus & minoribus hic non est negligendum. Cùm uerò non minus duodecimæ quam sextę cuspidis, fausta sit constitutio, & imprimis ♀ dominetur in 12. nec hostiles radij affligant hanc domum, ex domesticis & feris, minusque cicuratis bestijs Principi emolumentum pollicemur. Et quidem ex maioribus maiora commoda expectabit, cum ♀ duodecimam corpore obtineat.

DE DIGNITATIBVS ET HONORIBVS nati. Caput XXVI.



HAEc pars doctrinæ in iudicijs genethliacis & pulcherrima & iucundissima ac utilissima est, simulque diligentem considerationem requirit. Sumuntur autem dignitatis significationes à Luminaribus, Sole præsertim, & Planetis, medietate orbium suorum circumdantibus (id est, qui corpore coniunguntur) aut aspicientibus Luminare utrumque, præcipuè Solem, siue benigno, siue maligno aspectu. *Significatores dignitatum.*


2. Deinde à Domino Medij cœli.
3. Planeta, uel planetis in medio cœli constitutis.
4. Ex stellis fixis.

Hi significatores dignitatum & honorum ordine examinandi sunt, & ordine hæc circumstantiæ considerentur.

Circumstantiæ hic consideranda.

1. An natus honores consecuturus sit.
2. Qualitas, genus & causa futuræ dignitatis.
3. An duraturi sint honores.

GENESIS M. T. CICERONIS.



Hic ex obscuro homine, factus est nouus.

DE PRIMA QVAESTIONE.

I. APHORISMVS.

CVm quæritur, an natus honores consecuturus sit, considerandi sunt primum omnes significatores, an sint in proprio domicilio, exaltatione, aut mutua receptione essentiali. Si talis est constitutio significatorum conferunt honores, officia publica, amplas administrationes, dignitates, eximiũ fauorem & beneuolentiam magnatum.

In triplicitate, terminis aut faciebus, omnia sunt mediocria. Peregrini autem in suis detrimentis uel casu, absq; essentiali receptione, exiguas aut nullas dignitates pollicentur.

II. APHO-

II. APHORISMVS.

CVm fuerint in Angulis dicti significatores, ut in I. X. VII. & IIII. conferūt etiam amplas dignitates.
In succedentibus mediocritatem.
In octaua & cadentibus, exiguos aut nullos honores, & exiguum ac humilē uitæ genus.
Quòd si utrumq; simul contingat, ut significator sit in proprio domicilio, & in angulo, duplicato testimonio, effectus euidentior erit.

III. APHORISMVS.

SIgnificatores iuncti Stellis fixis, intra distantiam quinque graduum, antè uel post, quę regiæ dicuntur, primæ uel secundæ magnitudinis, quæ parum distant ab Ecliptica, decernunt maximos honores, & eximiam præstantiam dignitatis. Hic in collectione testimoniorum semper eis tria testimonia decretorum tribuenda sunt.

REGIAE STELLAE SVNT.

Regulus seu cor ♌ in 23. Grad ♌.
Oculus ♉ in 4. gradu ferè ♊.
Hercules siue Caput ♊ sequens in 18. grad. ♋ ferè.
Spica ♍ in 18. gradu ferè ♎.
Luminosior lanx Australis in 9. grad. ♏.
Lanx borealior in 13. grad. ♏.
Cor ♏ in 4. ♐ gradu ferè.

IIII. APHORISMVS.

PLanetæ benefici in decima domo, decernunt eximias dignitates. Malefici negant dignitates.
Mediocres, medium statum decernunt.

V. APHORISMVS.

DOminus Horoscopi in Medio cœli, uel contra Dominus Medij cœli in horoscopo, confert dignitates magnas. Ideò in collectione testimoniorum per numeros, duo ei testimonia dignitatum adscribenda sunt.
Iuxta has regulas, testimoniorum decernentium & negantium honores, collectio fieri debet, & quorum copia uicerit, hos suum effectum consecuturos, omnino statuas.

CAVTELA.

Constitutio erraticarum omnium, maximè supra terram uel infrà terram, genituræ excellentiam decernit. Cautela, admodum notabilis.

V 2 THE-

THEMA COELI PER ACCIDENTIA IVVENtum IVLII Principis, Ducis Brunsuicensis & Lunæburgensis, &c. Domini mei clementißimi.



Dominus genituræ est ♃.
Particeps dominij est ♀.

II. QVÆSTIO. QVALITAS, GENVS, ET causæ futuræ Dignitatis.

HAEc omnia sumuntur ex Planetis circumdantibus uel partiliter aspicientibus. Luminaria, præcipue uerò ab eo, qui inter luminarium stipatores, potentior est cæteris, ratione dignitatis essentialis, potissimum domus & exaltationis.

In his considera, quas res & personas sibi uendicent, & ab earum rerũ & personarum proprietate, honorum causa sumenda erit. ex folio 402

♄. ♄ Præ cæteris fortior, stipans uel aspiciens luminaria, propter hæreditates, possessiones, suffragia &c. Item propter senes, agricolas, parcos, &c. autoritatem & honores adfert.

♃ & ♀. ♃ & ♀ propter uirtutes, honestatem, grauitatem, iusticiam, &c. Itẽ propter personas ♃ & ♀ subiectas. 402

♂ Pro-

♂ Promittit dignitatem ex rebus Martialibus, expeditionibus, ducendis exercitibus, uictorijs, rebus fortior gestis, &c. Item propter personas Martiales. ♂.

☿ Ob ingenium, prudentiam, doctrinam, &c. ☿.

Deinde adiungatur consideratio domus cœlestis, in qua Planetæ Luminaria aspicientes, & potissimum is, qui inter cæteros fortior est, constituuntur. Nam si is fuerit in prima, suapte industria natus dignitatem consequetur. Si in secunda, propter diuitias, & sic de reliquis domibus. Hæc omnia significata aptè commiscenda sunt. significationes domorum folio 402

De loco significatoris in figura cœli.

II. REGVLA.

Si nullus Planeta est stipator luminarium, aut ea partiliter aspicit, considetes Planetam in decima constitutum, & inter eos potiorē, si plures illo in loco conjungantur, ac secundùm res & personas sub eo compræhensas, causam uenturę dignitatis iudicabis.

III. REGVLA.

Quòd si neq; decimam occupauerit ullus, ad Dominū Medij cœli recurras, & secundùm eius proprietatem considera causas uenturæ dignitatis, & huic similiter commiscens domus cœlestis significationem, in qua is uersatur. 403

DE TERTIA QVAESTIONE.

An duraturi sint honores?

HOc iudicium sumitur à Planetis, qui luminaria stipant, uel ea partiliter aspiciunt, sed potissimum à fortiore alijs. Hic si fuerint benefici, utpote ♃ uel ♀, atq; etiam potētes, status dignitatis perpetuò crescet cum quadam facilitate.

Quando mediocriter afficiuntur, significant statum dignitatis paulatim crescentem & durabilem, sed tamen cùm quadam difficultate. Sin debiles sint, dignitatum ornamenta ad tempus durabunt, & paulatim decrescent: non tamen omnia euanescent.

DE MALEFICIS STELLIS.

VBi ♄ uel ♂ stipant, uel aspiciunt Luminaria, ac feliciter constituuntur, duraturos significant honores, sed cum difficultate & uario discrimine.

Si mediocriter affecti fuerint, paulatim honores decrescent, ita tamen ne unquam penitus euanescant.

Si imbecilles, subitò euanescent honores.

DE ☿.

☿ Bene positus, aspiciens Luminaria, honores crescentes facilè decernit ac duraturos, in fine uerò cum difficultate. Cùm mediocriter est positus, ruinam minatur, sed honoribus non omnino excidet.

Vbi malè: tunc ad tempus incrementa honorum significat, sed cùm infelici exitu.


II. REGVLA.


Cùm nullus Planeta intuetur Luminaria, tum à Planeta uel Planetis, in Medio cœli constitutis, duratio honorum sumitur, considerata natura Planetæ, & utrum sit in sua dignitate essentiali, ut suprà.


III. REGVLA.

Si neque in decima quispiam fuerit, à Gubernatore Medij cœli duratio honorum sumitur, & iuxta eius naturam & affectionem, ut suprà, iudicatur.


Genesis nobilis uiri, D. LAVINII A' SCVLENBVRG, Praepositi Hauelbergensis, Canonici Magdeburgensis, Consiliarij electoris Brandenburgiaci, &c.








Themata cœli aliquot Organiſtarum.





APHORISMI MEMORABILES,
ex stellis fixis.

1. Syrius aut Procyon, Orienti Soli iunctus & succedens, aut cum Sole culminans, maximam autoritatem præstabunt.
2. Regulus exoriens aut culminans cum Sole, Lunaúe aut per se, dignitatis accessionem promittit.
3. Stellæ regiæ Luminaribus aut significatoribus, permixtæ, beneficis, decernunt maximam dignitatis & splendoris præstantiam.
4. Eædem uel solæ, præcipuos angulos possidentes, efficiunt. Sed nisi à beneficis sustententur, grauissimo lapsu casuros significant, constitutos in summis dignitatibus, pręcipuè Hyades, Hercules, Cor Scorpij, Chele australior. Id intelligendum est, de hominibus qui humili loco nati subito emergunt.
5. Quibus Palilicium aut Cor Scorpij cum Luna aut ☉, illi uiolentia & ferocia, sed discriminibus plena, gradum & aditus ad honores consequuntur.
6. Quibus Cor Scorpij exoritur, & ijsdem Palilicium necessario descendit, tales sunt contempti & oppressi, sed fortitudine & magnanimitate emergunt, & sua sibi afferunt, præcipuè Ioue ex Trigono fauente.

BREVITER.

Ioualeś & Venereæ stellæ, in Solis satellicio uel Lunę comitatu, dignitates & facultates cumulant.

Saturninæ Solē stipantes, uarb miserijs implicant, & grauius semper premūt.

Iouia-

Ioviales transitu maleficorum uitiatæ, laboriosos nec emergentes.
Eædem cum ♂, prodigales, decoctores.
Si ☿ permisceantur, aleatores. Si ♀, scortatores.
♃ si Saturninis permisceatur, auaros, sordidos, obæratos.
Si Martialibus & Venereis, securos in diem uiuentes &c.

EXAMEN NOSTRAE GENITVRAE. *folio 20*

Etsi Princeps noster ab inclytis Maioribus & parentibus, natura & hæredi tario iure maximas dignitates accepérit: tamen ut sequamur usitatũ Astrologorum processum, quæ naturalia sunt, & propagatione communicata Principi, ab Astris quoq; deceni & conferri probabimus, quantum omnino ex Physicis rationibus fieri poterit.

Quod autem ad significatores attinet, hi sunt: Sol est in regio signo, & corpore Ascendens obtinet in termino ♂. Ac ille ipse est dominus & dispositor loci Solis. ♃ benefico radio Solem intuetur ex Sextili. Multis quoq; insignioribus fixis stellis utrumq; cingitur Luminare magnum. Luna addit △. Est enim optima partilis configuratio inter utrumq; Luminare.

♂ Dominus cuspidis & loci solis, in principio secundæ, Soli coniunctus est partiliter Medium cœli est postrema pars ♒, ita ut ad ♌ signum regium cuspis regalis referenda sit.

Dominus est Sol, cuius mediocre robur esse in hac genesi constat. Ac licet ♄ sit in decima, procul tamen à cuspide recedit. Et □ ♂ & ☉ præcisè decimam oppugnat.

Idem domicilium stipatum est multis fixis stellis, quæ regiæ dicuntur, & memorabile est, quod cum loue culminat Regulus siue cor ♌, cetera ♌, lucida hydra, sidus Vrsæ Maioris, &c.

Luna quoq; annumeranda significatoribus dignitatis uel fortissima cum ⊕ in angulo subterraneo, cuius dispositor est ♄ Dominus geniture fortis, cũ participante ♃, qui corpore Medium cœli, quòd ualde bonum & pulchrum est, obtinet. Nunc ordine ad quæstiones de honoribus respondendum est.

Naturales autem & hereditarios Principis honores, quos ad sui nominis gloriam, pacem & tranquillitatem Reipub. retinendam gubernet Deus, cœlum quoq; propicium felicissimè confirmat. Sunt enim plæriq; significatores in suis dignitatibus & præcipuis cœli locis. Quare non exigua honorum naturalium augmenta pollicentur. Quin & fixæ, quæ Luminaribus copulantur, & cum loue benefico fulgent in Medio cœli, maximos honores collatos confirmant, & eximiam dignitatis præstantiam pollicentur. Ac singularem dignitatis accessionem semper Regulus siue Cor Leonis pollicetur, cum culmen cœli attingit, & quidem hic eò magis, cùm ♃ huic stellæ Principum sese corporaliter iungat.

Solem cingit, & quasi singulare robur ei addit ♃ ex *, Luna ex △ ♂ Dominus per ♂, idem facit ☿ Soli iunctus. Luna quoq; cincta est benefico radio ☉ & ♂. Oppositus louis beneficii non potest esse malus. Cùm igitur Luminaria optimis Planetarum radiis muniantur, optimus erit status dignitatis, quæ paulatim crescet, non tamen sine aliquo periculo & difficultate, cum ♄ cœli mediũ oppugnet.

Durationem etiam honorum, fixæ stellæ in fastigio cœli decernunt, quæ eò maior est, cùm illis ♃ sese coniungat. Et pulchra est regula Astrologorum: ☿ benè positus, aspiciens Luminaria, honores crescere facilè decernit & durantiores. Hic omnino Soli coniungitur, & ipsa per se ☿ ☉ ☿ pium, intelligentem & sapientem significat. Vnde & exaltationem & præeminentiam denotat. *Regula Astrologorum.*

Hic quoq; multæ sunt insignes fixæ stellæ, quæ cœli fastigiũ illustrãt. Cumq; præsidio ♃ muniant, ppter naturæ tẽperantiã eò meliores & durabiliores erũt effectus.

DE MAGISTERIO SEV EXERCITATIONE NATI. Caput XXVII.

Quid Magisteriū uocent Astrologi.

Magisteria sunt diuersi generis

MAgisterij locus cognatus est loco honorum & dignitatum. Magisteria enim seu professiones, plærumq; occasionem crescendi & inclarescendi præbent. Nominant autem Astrologi Magisterium, artem, studium seu actionem illam, qua aliquis uitam ducit, uictū quærit, existimationem retinet, & uitæ suæ curriculum absoluit. Aliàs professio siue exercitatio nati dici potest, quæ prorsus est dissimilis. Alia enim est Theologica, alia Philosophica, alia Politica, alia Mæchanica Sub Theologica & Philosophica complectimur omnes, qui in docendi munere uersantur. Politicæ professioni gubernationes & functiones in Rebuspub. in aulis Principū, & quicquid ad publicum regimen pertinet, ut sunt præfecturæ, & similia officia tribuimus. Mæchanicis artibus, architectonicam texturam, & similes subijcimus, quæ manu exercentur, & opus oculis subiectum relinquunt.

Cùm igitur de Magisterio quæritur, ad quam artem & quæ studia animi inclinationes stellis respōdeant, de quibus dicitur. Tu nihil inuita, dicis facies ue Minerua: tria præcipua membra considerari solent ab Astrologis.

Quæ in hoc capit considerāda sint.

1. An natus sit habiturus Magisterium: an uerò otiosus & iners, ac sine exercitatione uicturus sit.

2. Quòd genus artis seu studium cōgruat nato, quid principaliter facturus, & cui professioni se dediturus, & in qua tandem acquieturus sit. Videmus certè, multos non tantum unam artem discere, sed simul complecti plures, easq; dirigere ad certum scopum seu finem, in quo acquiescant. Sic eloquentiæ studia multi excolunt, & Legum doctrinam percipiunt, & se ad functiones publicas præparant. Multi Arithmeticam discunt & exercent, ut ad mercaturæ negotia instructiores accedant, &c.

3. Tertium membrum est, Quæ fortuna nati futura & nominis celebritas, in eò opificio & artis genere: Virum cum agilitate & splendore facili expeditoq; successu & admiratione, uel cum oblectatione & tolerātia, an uerò cum aliquo suo contemptu uel molestia, uel impatientia, artem & professionem exercitaturus sit.

SIGNIFICATORES MAGISTERII.

Significatores Magisterij, quo modo considerandi sint.

SIgnificatores Magisterij hoc modo considerandi sunt.

1. Obseruandi sunt primum ♂ ♀ & ☿, quorum si unus aut plures constituantur, in locis Magisterij aptis, id est, in X. I. uel VII. in dignitatibus suis, extra combustionem & radios Solis, ille uel illi sic positi significationem Magisterij & arti obtinebunt.

2. Quod si nullus horum ita constituitur, consideretur, utrum horum trium aliquis sit Dominus signi Medij cœli, & in dignitate sua constiturus sit. Nam Planeta peregrinus aut in casu uel detrimento, ad hoc officiū planè ineptus erit.

3. Quòd si neq; hæc consideratio locum habere poterit, uide quis illorum, locum Lunæ partiliter aspiciat Si plures, præferatur melior aspectus: Et si plures eodem aspectu Lunam intueantur, aspectus partilior platico præferatur, item sinister dextro.

4. Si nullus trium horum Lunam aspexerit, considetes, quem'nam illorum Luna orbis sui medietate & fortiori radio aspiciat. Is enim significator erit Magisterij, modò non sit à maleficis damnatus, id est, iunctus maleficis, aut eorum inimicis radijs impeditus. Nam hoc modò constitutus, reijciendus erit. Si plures aspexerit Luna, orbis sui medietate, is sumatur, quem partilius aspexerit.

5. Postremò, si omnino nullum ex his Luna aspexerit, accipe eum, qui horū trium Solem motu primi mobilis proximè antecedit, atq; illi dominium opificij & studiorum tribuendum est.

Hæc

Hac ratione dominus Magisterij eligi debet: Neq; est ulla genitura, quæ non cum aliqua ex his regulis consentiat. Sæpè etiam fieri potest, ut unus Planeta in una natiuitate, plura testimonia sortiatur. Et is efficacior erit.

Dominus Magisterij quomodo el genius sit docent superiores can ela.

DE PRIMA QVAESTIONE,

An natus Magisterium habiturus sit.

CVm queris àn natus artis aliquid seu opificium habiturus sit, considera ♂ ♀ & ☿. Quòd si aliquis horum trium significatorum Magisterij apus, uel Dominus sit, signi Medij cœli, constitutus in dignitatibus suis: nullo modo natus erit sine opificio uel exercitatione.

Si plures uno hoc modo constituantur, uaria erunt studia. Illa tamen erunt magis diuturna & frequentiora, quæ à fortiore Planeta decernuntur.

Quòd si nullus horum per primam uel secundam regulam Dominus Magisterij fuerit, sed per 3. 4. aut 5. hi plærumq; obscurã & ignobile artẽ, eamq; tardiùs & negligentius tractabũt, aut in otio, sine exercitatione insigni, uitã degent.

II. QVAESTIO, DE MAGISTERII QVALITATE.

QValitas Magisterij seu artis genus, cognosci potest, ex natura & proprietate Planetæ, opificium decernentis, ex tribus illis, ♂ ♀ & ☿, signoque quod peragrat. Item configuratione eius cum alijs Planetis, ubi semper potior aspectus imbecilliori præferendus est, & si duo dominantur Magisterio, fortior imbecilliore anteferatur.

MARS gubernator Magisterij, efficit milites, pugiles, fabros ærarios, tormentarios, fusores, cauteria exercentes, chirurgos. In ♈, ♌, ♏, uenatores, quod similiter significat, ubi dominum Magisterij fortior aspexerit. Item præfectos uectigalium, uel exactores, aut principes militiæ, uel simile quiddam in Republica decernit. Consideres ♂ in genitura Maximiliani I. Imperatoris, qui maximè delectatus est uenationibus.

♂ gubernator Magisterij.

VENVS domina Magisterij, Musicos aut Musicæ deditos efficit, præsertim si à gubernatore signi, quod peragrat, aspiciatur, aut si ♀ domina horoscopi, sit in Horoscopo, in signo Iouiali, aut in proprio domicilio, uel ex ijsdem signis recepta. Sic constituta est in genitura Leonis X Pontificis, quem Musicum excellentissimum fuisse scribunt.

♀ domina Magisterij.

Leo X. Pontifex.

Efficit etiam ♀, aulicos, præfectos gynecæorũ, aut muliebri fauore euectos, pictores, preciosarum uestium uel gemmarum institores, pharmacopolas, aromatarios, &c.

♀.

Eadem efficit ♀, si ipsa à Dominio Magisterij remota, tamen aspexerit significatorem Magisterij, fortis existens.

Ita si ♀ coniuncta est uel opposita ♂, uel recepta ab eo, ex domicilio, uel exaltatione, alterutro simul dominium Magisterij obtinente, aut dominum Magisterij uel Medij cœli aspiciente, Medicos insignes efficit, qualis est positus in genitura Valerij Cordi, cuius excellentia in arte Medica, & singularis dexteritas, fuit ualde celebris.

♀ ☌, Marti uel opposita. Medicorum constellatio.

Valerius Cordus.

☿ Facit literatos, Mathematicos, Geometras, Arithmeticos, scribas, Poëtas, negociatores, mercaturæ deditos, monetarios, nummularios, statuarios, tornatores &c.

Hæ sunt naturales significationes ♂ ♀ & ☿, quæ tamen aut intenduntur, aut remittuntur, pro ratione configurationis, cum ♄ ♃ & ☉, item pro ratione signorum, in quibus constituuntur.

MARS Saturno commixtus siue ☌ siue maligno aspectu, mirificè significatum Magisterij imminuit, & pro militibus efficit calones & lixas, pro chirurgis ex-

gis expurgatores cloacarum & caminorum, coquos, mangones, balneatores, lictores, &c.

Si Martem Iupiter aspexerit, efficit omnia præstantiora, ut Capitaneos, tribunos militum, ministros regios, præfectos uectigalium, &c.

Si ♂ Sol aspexerit, similiter opificia illustriora decernit, sed minus, quàm si ♃ aspiciet.

Eadem ratione si ♀ uel ☿, aspexerint ♄ ♃ uel ☉, intenduntur significationes uel remittuntur, pro aspicientium natura, ut Mercurium Magisterij dominum aspiciens, efficit claros oratores, doctos, celebres, cùm potentibus uiris familiaritatem habentes, iudices, &c.

♄ & ☿ configuratio. Cùm ♄ Mercurium intuetur, procuratores seruiles, tornatores, figulos, coriarios, fartores, decernit. Item somniorum interpretes, superstitiosos, &c.

♀ & ♄ constellatio. Sic cùm Venus Saturno configuratur, utroque Planeta malè affecto aut alterutro, facit Lenones, caupones, textores, &c.

SIGNORVM PROPRIETAS, HAEC EST.

AEquinoctialia & Solstitialia signa conducunt, ad artes, quæ in ingenij contemplatione uersantur, ut Geometriam, Medicinam, interpretationes, agriculturam, &c.

Signa, quibus humanæ sunt figuræ, ut ♊, ♍, ♒, & ♎, conducunt, ad liberalium artium cognitionem, & earum, quæ in uita maximum usum habent.

Quadrupedum figuræ, ut ♈, ♌, ♐, ad mæchanicas artes negotiationem, architectonicam & metallica.

Terrestria & aquatica signa, ut ♉, ♑. Item ♋, ♏, ♓, ad res tractandas, quæ circa terram & aquas uersantur, nauticam, nauium fabricationem, salsamenta, herbas, &c.

Hac ratione de genere artis siue Magisterij, ex natura Dominatorũ & signorum, in quibus uersantur, denique superiorum Planetarum, ad hos configuratione, coniectura sumenda est.

III. QVAESTIO, DE SVCCESSV MAGISTERII.

SVccessus & celebritatem opificij, ratiocinamur ex constitutione & fortitudine significatoris seu Domini Magisterij: qui si fuerit potẽs, ratione dignitatum essentialium, & liber ab oppugnatione maleficarum partili uel platica, in cardinibus & orientalis, facit artifices celebres, antecellentes alijs, uenustos, gratiosos, aut publica opinione industriæ & artis claros.

Sin debilis fuerit, occidentalis aut cadens ab angulo, aut à maleficis læsus hostili radio, reddit ignobiles, inuenustos, inhabiles, alijs subiectos, contemptos in sua arte, parum lucrantes, facilè aliorum reprehensionem incurrentes, &c.

Quòd si fortis per se, id est, ratione dignitatum essentialium, Dominus Magisterij fuerit, sed à maleficis læsus, significat quidem fortunam, sed multis periculis & impedimentis coniunctam: Saturno aduersante, propter timiditatem, desperationem, imbecillitatem aut ignauiam: Marte uerò, propter temeritatẽ, uiolentiam, aut infamiam &c.

Cùm ambo lædunt Magisterij Dominum, maximæ & multiplices aduersitates significantur.

Pontanus consulatur lib. 7 de rebus cœlestib. De his omnibus uide plura in Pontano lib. 7. de rebus cœlestibus.

EXAMEN NOSTRAE GENITVRAE.

IN genitutis Principũ & Heroicorum hominũ, non soleo addere hunc locũ. Est enim hęc consideratio principaliter referẽda ad illos, qui humili loco. Magisterio seu arte quadã excellentes, ad quæ natura abripiunt, hinc uictũ quærunt.


Hic


Hic locus ualde cognatus est loco honorū & dignitatū. Magisteria enim seu professiones, plærumq; crescēdi & inclarescendi occasionē præbent. Sicq; ut diximus, alia hominū professio Philosophica, alia Politica, alia Mæchanica. Quā magna etiā ingeniorū & exercitiorū dissimilitudo est inter Principes uiros? Alij literis & studijs addicti, amant Philosophos, scholasticos. & ingeniosos homines, ipsi sese nonnunquam prorsus studijs dedicant, & in docendo sese exercēt. Alij rebus politicis sunt deditit magis, & tantum quę ad gubernationē Reipublicæ & conseruationē pacis necessaria sunt, studiosè quęrūt. Alij bellicis reb. & ædificationib. occupati sunt. Alij uenationibus, alij alijs exercitijs capiunť. Nonnulli & res mæchanicas plurimum amant. Naturæ sequitur semina quisque suæ. *Quanta diuersitas ingeniorū inter Principes uiros.*


In hac genitura exercitiorum significatores sunt ♂ ♀ & ☿. Ex his Lunam partiliter aspicit ♂ cū ☉ ex trigono radio. Hinc colligo, exercitia Principis nostri fore Martialia & Solaria Erit enim magnanimus Princeps, qui res militares & maximas amabit, bonus erit pugil, & uenationibus addictus, studiose omnia illa quæret, quę ad Principis dignitatem & excellentiam referenda sunt. Omnes etiam ipsius actiones ualde illustres erūt, propter ♂ & ☉ coniunctionem. Experet enim cultura rerum, quæ circa aquas uersantur. *♂ ☌ ☉ ♂:*


♂ etiam Magisterij dominus, in Horoscopo inter ♀ & ☉, facit celebrē Principem in tota gubernatione, antecellentém alijs, uenustum, gratiosum & omnibus notum, propter sapientiam & industriam singularem. *♂ Magisterij Dominus.*

Oro autem FILIVM DEI, ut omnia studia regat optimi Principis, eumq; gubernet, ut optimorum uestigijs insistat, & fautor sit omnium, qui Deo & Reipublicæ quoquo modo seruiunt. *[illegible]*





PAVLVS IIII.
ANNO
1 4 7 7.
Iunij
D. H. M.
28. 14. 30.
P. M.


LVDOVVICVS XII.
Rex Galliarum, Anno
1 4 6 2.
Iunij
28. die, triente horæ
post primę noctis.



THEMA CHRISTOPHORI A' CARLVVITZ.



THEMA HENRICI A STAVPITZ.

ANNO

1 5 2 5.

Aprilis

D. H. M.

5. 2. 30.

P. M.

Misenæ.

ERICVS Rex Sueciæ Stockholmiæ nascitur, Anno

1 5 3 3.


Decembris


D. H. M.

22. 21. 6.


P. M.


Lõgitudo 47. Gr. Latitudo 59. Gr. 16.


ERICVS Dux Brunsuicensis & Lunæburg.
Anno
1 5 2 8.
Augusti
D. H. M.
9. 14. 6.
P. M.


IOHANNES, Gustaui Regis Sueciæ filius secundus, Anno
1 5 3 7.
Decembris
D. H. M.
2-. 8. 30.
P. M.
Polus 58. Grad.

IOHANNES ALBERTVS Dux Megapolitanus.








FRIDERICVS ELECTOR inclytus Saxoniæ.

Anno
1 4 6 3.
Ianuarij
D. H. M.
16. 12. 50.
P. M.
Thema unde supra.

HENRICVS II. Gallorum Rex, nascitur Anno
1 5 1 8.
Martij
D. H. M.
30. 17. 0.
P. M.
Polus 48. Gr. 46.


PHILIPPVS Dux Pomeraniæ nascitur, Anno
1 5 1 5.
Iulij
D. H. M.
14 2. 45.
P. M.
Thema uide supra.


Stephanus Schlico Comes, nascitur, Anno
1 4 8 7.
Decembris
D. H. M.
23. 15. 0.
P. M.



DE AMICIS. Caput XXVIII.

Significationes, quæ ad conditionem amicitiæ pertinent, ex undecima domo, quæ amicis deputata est, rectissimè eruuntur, deinde ex Planetis, uel obtinentibus eam, uel aspicientibus, uel gubernãtibus, & ex signis quæ obtinent, cum ex mutua eorundem Planetarũ conuenientia & configuratione cum domino undecimæ, & applicatione ad dominum genituræ & orientis, omniumq; horum Planetarum robore & fortuna, uel afflictione & imbecillitate. Naturam etiam sexum & conditionem amicorum, cùm signa, tum Planetæ ostendunt: sed aspectus mutui, mutuaq; conuenientia uel disconuenientia, concordiam amicorum cum nato, uel discordiam, & emolumenta ex illis uel damna monstrabit. *Vnde colligantur significationes amicitiæ*

Sunt igitur in hoc capite consideranda, tria membra principaliter. *Quæ membrã hic consideranda sint?*

1. An natus habiturus sit amicos?
2. Quæ amicorum qualitas futura?
3. Quæ concordia & coniunctio nati & amicorum. uel contra.

DE PRIMO MEMBRO, AN NAtus amicos habiturus sit. PRIMO.

Considera Planetas, constitutos in prima & undecima domo, qui erũt aut benefici, aut malefici, aut mediocres.

X 3 Benefici,

Benefici, ut ♃ & ♀ benè affecti in his locis & fortes, in genere decernunt multorum amicitiam & familiaritatem sinceram & utilem nato. Idem decernit caput Draconis, ☊. præsertim in ♊, ♓, ♋, ♉, ♎ & ♌.

Sin malè affecti fuerint benefici, mediocritatem huius rei significant, id est, amicos partim sinceros, partim fucatos.

Idem decernit ☊ in ♐, ♏, ♑, ♒, ♈, ♍.

Malefici ♄ & ♂, in illis locis fortes, multos quidem amicos decernunt, sed maiori ex parte fucatos.

Si sint debiles, paucos & infidos.

His ☋ æquiparatur, excepto ♂, cùm quo constituta, par est maleficis potentibus.

Mediocres, ut ☉, ☽, ☿, & ⊕, in undecima uel prima, benè affecti, multitudinem amicorum mediocrium decernunt, fidelium tamē magis: malè affecti, paucitatem amicorum, pluresq́ infidos & instabiles.

Si plures diuersæ naturæ, in illis locis constituti fuerint, mixturam significant & amicorum diuersitatem: Sed principale iudicium sumatur à potentiore Planeta.

Alia regula.

II. REGVLA.

Cùm nullus Planeta est in undecima uel prima, considera dominum undecimæ, utrum sit beneficus fortis & debilis, maleficus uel mediocris, & secundùm eius naturam similiter de numero amicorum, ut dictum est, iudicet Astrologiæ studiosus.

II. Membrum.

II. QVAESTIO. DE QVALITATE AMICORVM.

QValitas cognoscitur ex natura Planetarum, qui in undecima & Horoscopo uersantur, si id contingat: item qui undecimæ & primæ imperant, considerato etiam signo intercepto, iuxta modum rationalem.

♄ Imperans XI. aut Horoscopo, uel constitutus in ijs domibus, significat amicos de sua natura, uidelicet Saturninos, senes, agricolas, metallicos, lapicidas, sordida opificia tractantes, auaros, fœneratores. folio 402

♃, Ecclesiasticos, Prælatos, Iurisperitos, Nobiles, diuites, prouinciarum præfectos, honestos, uerecundos, Iouiales.

♂, Capitaneos, milites, chirurgos, superbos, audaces, inuerecundos, opifices, rufos, &c. folio 402

☉, Reges, Principes, aut Magnatum consiliarios, authoritate præstantes, claros, Magistratum gerentes &c.

♀, Musicos, Poetas, pharmacopolas, amatores, lusores, urbanos homines, lætos, comptos, mulierosos, &c.

☿, Ingeniosos, artifices præstantes, doctos, Cācellarios, Mathematicos, Poëtas, scriptores, mercatores, sagaces, callidos.

☽, Significat uiduas, matronas, nobiles fœminas, legatos, nuncios, nautas, piscatores, balneatores, plebem, homines inconstantes, rerum nouarum cupidos, &c.

3. Membrum.

III. QVAESTIO. DE CONSTANTIA & inconstantia amicorum.

HAEc consideratio sumitur ex signo undecimæ domus. Quòd si fixum signum eandem obtinet, societates firmas & indissolubiles decernit. Si mobile, mutabiles, & citò dissolubiles. Sin commune, mediocres.

Cùm igitur in undecima domo bini Planetæ, uel possidentes, uel aspicientes, uel gubernantes, ut Domini uel Almuten & hi cum undecimam, tum se mutuo felicibus radijs intuentur, nec impugnantur à malis, quouis modo, suntq́ simul in bono

in bonis & conuenientibus suæ naturæ locis, multos amicos, firmas & fideles amicitias, emolumenta ex amicis & accessiones: Contra, abiecti, expertes dignitatum, aut debilitati aliquibus accidentalibus nocumentis, & destituti auxilio bonorum, amicitias infidas, fraudulentas, subdolas & exitiosas denotant. Fortunati autem & fortes, potentes amicos: imbecilles, & abiecti, obscuros & uiles designant.

His omnibus præferendum est iudicium, quod ex utriusque natiuitate desumitur.


EXAMEN NOSTRAE GENITVRAE. folio 20.

Benefici Planetæ ♃ & ♀, cuspides corpore suo obtinent, quæ amicitiæ seruiunt, undecimæ & primæ domus. Cùm uerò in his locis satis bene affecti, & mediocriter fortes sint, multorum amicitiam ac familiaritatem, propter insignes ingenij dotes, sinceram & utilem, Principi nostro decernunt.

Qualitas cognoscitur ex natura Planetarum, qui in undecima & prima uersantur. ☿ est Dominus undecimæ. Mercuriales igitur amici erunt optimi nostri Principis. Iupiter addit Ecclesiasticos, Prælatos, Iurisperitos, uiros nobiles, prouinciarum præsides, &c.


Ex Sole & Marte pollicemur Principi amicitiam Regum, Principum aut Magnatum, Capitaneorum & similium, qui dominio ☉ & ♂ subiecti sunt. ♀ his addit Musicos, Poëtas, Pharmacopolas, &c.

Domicilia optimè sunt constituta, propter dominium beneficorum. Ac cùm nulli sint hostiles radij, quibus inter se diffident dominatores, pronunciamus Principem habiturum multos præstantes & bonos amicos, qui firmas & fidas amicitias cùm ipso colent, unde etiam accessiones, & non leuia emolumenta colligi possunt.




☉ 10.21. ♉
4.9. ♊
♀ 18.28. ♊
☊ 21. ♊
16. ♌
10.17. ♍
27. ♈
Iohannes Rentmannus, nascitur Anno
1 5 1 8.
Aprilis
D. H. M.
21. 1. 37.
P. M.
Dresdæ.
♃ 10.43. ♍
☽ 20.18.
1. ♈
1. ♎
♂ 20.35. ♓
10.17. ♓
27. ♎
4. ♐
☋ 21. ♐
♄ 10.29. ♐
☿ 14. ♐
16. ♒


SEBASTIANVS SCHERTLEIN uir militaris, Anno
1 4 9 5.
Ianuarij
D. H. M.
17. 15. 32.




Apoplexia extinctus eſt, Anno 1566. Auguſti D. 18.



Apoplexia extinctus est.



Insignis hic fuit Musicus & Organista, miserrime subitanea morte extinctus est.



DE INIMICIS Caput XXIX.



Nimici duplices sunt, Occulti & Aperti. OCCVLTI sunt, qui ge stu, uultu & uerbis præ se ferunt beneuolentiam, sed clam infestant. APERTI palam aduersantur, & se inimicos esse, aperta uiostendunt. Occultus domus septima, manifestus prædicendis duodecima feruit. *Quod duplices sint inimici*

Considera igitur pro inimicis tectis, signum septimæ domus, pro apertis signum duodecimæ, cum Planetis, qui in illis uersantur, uel dominium habent, uel harum domorum culpides aspiciunt, & signis, in quibus collocantur. His rectè examinatis, de inimicis ordine hæc membra examinanda sunt. *Vnde sit iudicandum de inimicis.*

1. An natus sit habiturus inimicos?
2. Quales sint inimici futuri?
3. Qualis potentia inimicorum?
4. De uictoria.

Quæ sint membra hic ordine examinanda.

DE PRIMA QVAESTIONE.

An natus habiturus sit inimicos.

CVm plures in his locis, septimæ & duodecimæ domus, constituuntur Planetæ, plurimos inimicos & aduersarios portendunt. Contrà, si pauci aut nulli. ♄ & ☊ Planetis æquirantur.

Sic Almuten primæ in duodecima, uel duodecimæ Almuten in prima, significat multos inimicos. Item Almuten septimæ in prima, ut primæ in septima, idem designat.

Omnibus istis adduntur ♄, ♂, & ☿. Mars enim apertas inimicitias, ♄ & ☿ occultas & simulatione amicitiæ tectas significat. Ex his facilimè colligi potest, utrum aliqui palam uel clàm nato sint aduersaturi.

DE SECVNDA QVAESTIONE.

De Qualitate inimicorum.

QVales sint inimici futuri, colligi potest, ex natura Planetarum, qui in VII. aut XII. constituti sunt. Deinde Dominis signorum septimæ & duodecimæ domus, ac Planetarum natura, quæ Luminaribus opponuntur. Et hæc supra exposita est.

Hic obseruetur simul discrimen antea traditum: Septima & Planetæ Luminaribus oppositi, occultos inimicos, Duodecima uerò apertos significat. Quado igitur idem Planeta significauerit simul amicos & inimicos, quòd fit, cùm est Dominus undecimæ & corpore constitutur in septima, tunc homines, qui tali Planeta significantur, partim nato amici, partim inimici erunt, sed tamen magis inimici. Quia plus ualet præsentia Planetæ in loco inimicitiarum, quàm dominium absentis, in loco amicitiarum. Sic contrà, si Dominus duodecimæ sit in prima, magis amicos significat quam inimicos futuros eos homines, qui sub eo Planeta continentur.

DE TERTIO MEMBRO.

De Potentia inimicorum.

POtentiam inimicorum ratiocinari possumus triplici modo.
1. Ex natura Planetarum, qui inimicos decernunt.

2. Ex

2. Ex loco figuræ cœlestis, in quo constituuntur.
4. Ex fortitudine eorum, ratione dignitatum essentialium.

Benigni significant potentes inimicos. Maligni uiles & obscuros Tam benigni quam maligni, si fuerint in angulis, potentes: In succedentibus, mediocres: In cadentibus, uiles hostes decernunt.

Eodem modo, costituti in dignitatibus essentialibus præcipuis, potentes hostes significant. Peregrini uerò in suis detrimentis uel casibus, obscuros: In triplicitate uerò, terminis aut faciebus, mediocres hostes.

Ex collatione igitur harum trium conditionum, potentia aut obscuritas inimicorum colligi potest.

De uictor. a inimicorum.

IIII. MEMBRVM. DE VICTORIA.

VTrum natus inimicos suos uicturus sit, aut ab ijs uincetur, his regulis colligitur.

I. REGVLA.

Geneses Francisci Regis Galliarũ & Mauricij Electoris.

Dominus domus uel exaltationis septimæ, decimam obtinens: aut decimæ septimam occupans, natum aduersarios uicturum significat. Idem decernit Dominus duodecimæ in decima, aut Dominus decimæ in duodecima, modò non sint in domicilio maligni Planetæ. Tales sunt geneses FRANCISCI Regis Galliarum & Ducis MAVRICII Electoris, qui aliquot insignibus uictorijs clari fuerunt.

II. REGVLA.

Maximilianus I. ♃ ♂ ☿

Dominus XII. retrogradus, aut in suo casu uel detrimento, uel in sexta domo, similiter uictoriam significat. Vt in genesi MAXIMILIANI PRIMI IMPERATORIS, ☿ Dominus XII. in ♈, essentiali dignitate ♂, retrogradus, multas præclaras uictorias ei significauit.

III. REGVLA.

Carolus V Imperator. ♃ ♀

Maximilianus I. Cæsar.

Henricus iunior Dux Brunsuuicensis.

Luminaria, præsertim conditionarium, ut interdiu ☉, in nocturna genitura Luna, si constituatur in essentiali dignitate ♂, & sit cum eo in signis permutatis, extra octauam tamen domum, manifestam uictoriam decernit. Sic in genitura CAROLI V. Imperatoris, Luna & mars sese recipiebant ex exaltatione & angulis, quæ constitutio felices & memorabiles uictoriosos exitus bellorum significauit.

Sic in themate MAXIMILIANI I. Imperatoris, ♂ & ☉, sese trigono recipiunt. Idem positus est in themate HENRICI iunioris, Ducis Brunsuuicensis.


IIII. REGVLA.

Philippus Dux Hassiæ.


Idem significat Mars, circundans alterutrum Luminare, fortior existens præ cæteris Planetis. Talis est constitutio, in themate MAXIMILIANI I. Imperat. CAROLI V. Imperatoris. Landgrauij PHILIPPI, Hassiæ Ducis, HENRICI Brunsuuicensis, &c.
quorum themata uide alijs in locis.


GENI-


GENITVRAE ALIQVOT NOBILIVM ET BELLIcosorum uirorum admodum memorabiles.







MAXIMILIANVS Dominus de Büren, Anno
1 5 0 9.
Februarij
D. H. M.
1. 22.


PHILIPPVS Comes de Horen.
1 5 2 6.
Martij
D. H. M.
1. 12. 22.



Florentius frater eius.
Anno
1 5 2 8.
Ianuarij
D. H. M.
17. 21.


Franciscus à Durstedt
uir nobilis.
A N N O
1 5 1 5.
Iulij
D. H. M.
25. 7. 2.
A. M.

Christophorus à Durstedt.
ANNO
1 5 1 9.
Septembris
D. H. M.
25. 7. 47.
A. M.

Hic ex paupere Scholastico euasit in Vicecancellarium Regni, & postea in Archiepiscopum Gusensem.

Iohannes Przerembski,
Archiepiscopus Gusensis.
1 5 1 9.
Nouembris
D. H. M.
1. 17. 22.



Creatus est in Ducem ab Imperatore Carolo V. Anno 1548.

EXAMEN NOSTRAE GENITVRAE. *folio 20.*

IN hac genitura Illustriſs Principis nulli ſunt Planetę in VII. & XII. niſi quod ♀ ad horoſcopum reſpiciens, corpore in 12. conſtituatur, quæ etiam domina & Almuten primæ domus. Occultos igitur hoſtes non decernunt ſtellæ, ſed apertos nonnullos minatur ♀, cuius tamen natura eſt benefica, & fortitudine ad mediocritatem accedit.

Cumq́ ♀ ſit domina duodecimæ & Aſcendentis, illi, qui dominio Veneris ſubiecti ſunt, ſtudioſè caueantur, ne Principi nocumenta afferant. Tales ſunt homines mulieroſi, compti, ſaltatores, Poëtæ, Muſici, pictores, appetentes deliciarum & conuiuiorum, ac ſimiles perſonæ, quę in Principum gynicæis uerſantur.

Cautè etiam ipſi agendum erit cum Martialibus, qui propter oppoſitum ♂ maleficum radium, ad ſeptimę domus angulum, minantur contentiones, rixas, contumelias, ſeditiones & coniurationes. Vitandi ſunt ſimul homines natura crudeles, iracundi, audaces, inuerecundi, conuiciatores, omnesq́ qui ferrum & ignita opera tractant.

Potentiam inimicorum magnam futuram eſſe Venus ſignificat, quæ in domicilio conſtituta, & dignitate eſſentiali ſatis excellens, non procul ab angulo horoſcopi recedit.

Teſtimonia quæ uictoriam denunciant, non ſunt hic ſingularia. Caueat igitur ſibi Princeps, ne leui occaſione offendat aduerſarios, ſed qua decet pietate

Y &ani-

& animi moderatione reprimat ipsos, & uirtute heroica superare conetur.

Nunquam etiam conueniet nostro Principi, cum illo homine, cui ascendit signum Libræ Arietis aut 14. Gradus Tauri.

Vitandi sunt tanquam hostes, quibus Luminaria dissentiunt. Vt Sol in hac genesi est in principio ♏. Fugiat igitur Princeps illos, quibus Sol est in 0. Grad. ♒, ♌, uel ♉. Sic in nostra genesi Luna est in 27. Grad. ♒. Nulla erit coniunctio Principi cum illis, quibus Luna est in 27. Grad. ♏, ♉, aut ♌.

DE SIGNIS VICTORIAE. Caput XXX.



Vm de uictoria duorum hostium quæritur, genituræ utriusque conferendæ sunt, & quærendæ uictoriæ significationes.

Considera autem, in genesi, uter plura & euidentiora fortunæ & uictoriæ signa habeat, & penes hunc plærumque stabit uictoria Astrologicè loquendo.

Quorum uerò genituræ ad quatuor regulas referri nequeunt modo expositas, plærumque ab hostibus aduersarijs suis uincentur.

MEMORABILIS APHORISMVS.

Dominus duodecimæ, Dominum Horoscopi, □ uel ☍ inficiens, multitudinem inimicorum significat. Si ⚹ uel △, paucitatem.

Notandum & illud, quod nunquam conueniet tibi cum aliquo, si tibi ascendit signum, quod alteri est in XII. VI aut VIII. & contra.

Sic cum Luminaria unius geneseos, alterius Luminaria ex □ uel ☍ affligunt, inimici crudeles, & perpetuò disiuncti erunt.

EXEMPLI CAVSA.

Carolus V. & Iohannes Fridericus Elector.

Conferantur themata genituræ Caroli V. Imp. & Iohan. Friderici Primi Electoris. Carolus V. habuit receptum alterum luminare, ex angulis à ♂. Ioh. Fridericus uerò dominum XII. domus in suo detrimēto & domo septima. Ad hæc accedit felicior constitutio Planetarum in genitura Caroli, quàm in themate Electoris. Nam Carolus habuit alterum Luminare receptum ex altitudine, & Solem coniunctum cum beneficis Planetis, quorum uterque fuit in dignitatibus essentialibus & in signo aqueo, quòd ratione trigoni tunc uiguit, & in bono cœli loco. Elector uerò tres Planetas in suis detrimentis, & unū prorsus peregrinum habuit, qui ferè omnes in septimam inimicitiarum domum inciderunt. Ita Cæsaris genitura manifesta uictoriæ signa ostendit.

DE MVTVA BENEVOLENTIA VEL DISSIDIO, inter duos priuatos. Cap. XXXI.

I. APHORISMVS.



Onsidera Planetas, qui in utraque genitura in Ascendente uersantur. Cùm enim idem Planeta est in Horoscopo, mores erūt ijdem. Cumque morum similitudo conciliatrix sit amicitiæ, fit ut inter tales facile coalescat amicitia, & firma sit societas.

II. APHORISMVS.

QVòd si non constituantur ijdem Planetæ in Horoscopo, sed diuersi: considera, utrum illi sint inuicem natura amici uel inimici. Quòd si amici fuerint, amicitiam & beneuolentiam significant. Si inimici, dissidia, lites & alienationem animorum. Sed hæc regula non tam perfectam beneuolentiam præstat ut superior. Ideò sequens regula cum hac cōiungatur, ut firmius iudicium hinc colligatur.

TABEL

TABELLA AMICITIAE ET INIMICITIAE *Planetarum.*

AMICI:

- ♄ sunt { ♄, ☉, ☽ } Reliqui { ♂, ♀ } Inimici Saturni, magis tamen ♀ quàm ♂.
- ♃ Omnes præter ♂.
- ♂ Venus tantum. Reliqui eum oderunt, sed magis { ♃, ☉ }.
- ☉ { ♃, ♀ } Reliqui omnes inimici.
- ♀ Omnes Planetæ, præter ♄.
- ☿ { ♄, ♃, ♀ } Reliqui sunt inimici eius.
- ☽ { ♄, ♃, ♀ } Reliqui inimici.
- ☊ { ♃, ♀ }.
- ☋ { ♄, ♂ }.

CAVTELA.

Cùm plures in Horoscopo uel utriusque alterutro constituantur fortior reliquis præferatur.

III. APHORISMVS.

Cùm nullus Planeta in Horoscopo uersatur, considera utriusq; genituræ Dominos Ascendentis, qui si fuent idem Planeta aut diuersi, in permutatis signis, hoc est, recepti mutuo ex domicilijs uel exaltationibus, uel in eodem signo in utraq; genesi, uel in signis bono aspectu sese mutuo intuentibus, utpote Trigono uel Sextili, ostendunt naturarum societates firmas, & familiaritatem dulcem & diuturnam, eoq; magis, quo ille aspectus partilior fuerit.

Quòd si Domini ascendentium fuerint diuersæ naturæ, & tamen bono aspectu copulati, concordia & amor mutuus significatur, sed maior & sincerior ab eo, cuius Horoscopi Dominus est Planeta benignior, Econtra minor ab eo & diutior, cuius Horoscopi Dominus est maleficus.

Eodem modo aspectus sinister & dexter discernantur. Efficacior enim est sinister. Quare eius amor firmior & ardentior erit, cuius Horoscopi Dominus alterum sinistro aspectu intuetur: debilius & frigidius amabit, qui dextro. *Discrimen inter aspectum sinistrũ & dextrum.*

IIII. APHORISMVS.

Cùm Domini Ascendentis in signis separatis fuerint, aut se mutuo hostili radio aspexerint, inter tales difficulter conueniet, & alienati animis, diuturna odia & simultates inter sealent, eoq; magis, quo partilior fuerit malignus aspectus: & qui maligniorem Horoscopi Dominum habuerit, is maiorem causam dissidij & odiorum præbebit, & magis alterum premet. Et hic quidem plus ualet aspectus sinister quàm dexter.

EXAMEN NOSTRAE GENITVRAE.

IN genesi optimi nostri Principis ♄ participante ♃ est Dominus genituræ: Occurrat alrenus Principis thema in quo ijdem Planetæ præsunt. Ergo hic Principis nostri sincerus erit amicus. Vel:

In Horoscopo nostro est Libra. Alteri idem horoscopet signum uel Taurus: Vtru nque obtinet Venus ratione dominij. Ergo & hic nobis amicus erit. Vel: Venus hoc loco est in ♎. Alteri sit ♀ in eodem signo, aut aspiciat Venerem ex ♐, ♒, ♊, aut ♌. Et hic amicitia nobis coniungendus erit.

Contra: ♀ sit in ♎. Alteri sit ♈ in horoscopo, cui ♂ præest. Hic opposito maligno radio natura malus ferit horoscopum. Ergo hic omnibus modis uitandus est, cuiuscunque sit status & conditionis. Odia enim & simultates hic positus decernit. De similibus idem est iudicium.

DE ITINERIBVS ET PEREGRINATIONE.

Caput XXXII.

Duplicia sunt itinera.

ITinera in longiora & breuiora, terrestria, aquatica & mixta distinguuntur. Breuioribus prædicendis tertia, Longioribus nona domus seruit. Terrestribus & aquaticis utraque. Quomodo autem iudicia de itineribus ferenda sint, breuiter monstrandum erit.

SIGNIFICATORES ITINERVM SVNT.

1. Nona domus, & tertia.
2. Dominus eius.
3. Planeta uel Planetæ in nona, uel tertia.
4. Luna & ☿. Luna quidem cum sit uagabunda & uelox. ☿ cum sit instabilis & uersatilis.
5. Dominus genituræ.
6. Dominus Ascendentis.

Ex his omnibus significatoribus sumuntur iudicia ordine de his circumstantijs itinerum.

Quales circumstantiæ de itineribus expendendæ sint.

1. An natus peregrinaturus sit?
2. In quam mundi partem futuræ sint peregrinationes, patriæ respectu?
3. Quæ causæ itinerum futuræ sint?
4. Quis successus in itineribus?
5. Quæ regiones maximè nato conueniant aut aduersentur?

DE PRIMA QVAESTIONE.

PRima quæstio esse solet, utrum natus itinera facturus sit, idque sæpius, an uerò rarius & interdum tantum, an uerò in tota uita patrios terminos nunquam egressurus, & intra domesticos parietes tantum hæsurus sit.

Considera igitur prædictos significatores, potissimum Lunã & Mercurium, qui cùm inter se coniuncti fuerint, aut in mutua receptione, aut coniuncti, uel recepti à Domino primæ, uel nonæ domus. Item si occupauerint, uel nonam uel tertiam, uel primam, uel in eis dominiũ habuerint, ratione domicilij uel exaltationis, omnino itinera decernunt.

Sic Dominus nonæ in prima, uel primæ in nona affert peregrinationes, uel quando hi simul iunguntur.

Idem pollicetur Sol in domicilio Lunæ uel Mercurij, aut in horum essentiali receptione, uel etiam coniunctione Lunę uel ☿, uel utraque simul. Idem denotant ☿ in domo Lunæ uel contra.

Sic cùm plurimi significatores sunt occidentales, imprimis Luna, ♂, ☿, Dominus genituræ & Ascendentis, uel peregrini sine dignitatibus essentialibus, remoti ab angulis, præcipuè in nona, tertia, sexta, duodecima, ac in signis mobilibus, multas peregrinationes nato decernunt.

Quò plures erunt significationes, eò plura, longinquiora & frequentiora itinera erunt.

Contra minora & minus frequentia, sed per interualla, cùm pauciores sunt significationes.

Quod si nulla erit significatio itinerum, nimium amans erit patriæ sic natus, & domi suæ maxima ex parte uitam sine itineribus transiget.

DE SECVNDA QVAESTIONE.

In quam plagam mundi peregrinationes futuræ sint.

CVm ex themate cœli, nullæ peregrinationes decernuntur, plures circumstantiæ itinerum inquirendæ non sunt. Cùm uerò euidentes sunt itinerum significationes, statim quæri solet, in quam plagam itinera facturus sit natus?

Hoc iudicium sumendum est à Planetis, peregrinationē decernentibus: Deinde à signis Zodiaci, in quibus sunt Planetæ, qui decernunt itinera.

PLANETAE ORIENTALES siue qui Orienti præsident, sunt. *Planetæ Orientales.*

SOL ET SATVRNVS.

AVSTRALES VT VENVS. Hæc decernit itinera uersus Orientem. *Australes Planetæ.*

OCCIDENTALES, MARS ET LVNA. *Occidentales Planetæ.*

BOREALES, VT IVPITER.

MERCVRIVS indifferens est & incertæ naturæ. Vnde coniunctus orientali Planetæ, uel in eius essentiali dignitate, est orientalis, & sic de reliquis. Sed iunctus Luminaribus non mutatur, nisi sit in eorum dignitate essentiali.

SIGNA ZODIACI CONSIDERANda sunt secundùm Trigonos.

IGNEVS TRIGONVS ♈, ♌, ♐, decernit peregrinationes in Orientē.

AEREVS TRIGONVS ♊, ♎, ♒, in Occidentem.

TERREVS TRIGONVS, ♉, ♍, ♑, in Meridiem.

AQVEVS TRIGONVS, ♋, ♏, ♓, in Septentrionem.

Hinc facilè ex testimoniorum congruentia, id est, ex Planetis decernentibus itinera, & signis in quibus constituuntur, de plaga mundi certo constabit. Et ex collectione testimoniorum perspicuum erit, in quas partes potissimum ac sæpius peregrinaturus sit.

Constabit hinc quoq; facilè, utrum in diuersas partes sit peregrinaturus, & in quam plagam, potissimum & sæpius iter directurus sit.

CAVTELA.

Cùm significatores sunt in signis igneis uel terreis, itinera erunt per terram. In aqueis, per aquas. In aëreis, mixta erunt.

DE TERTIA QVAESTIONE.

Quæ causæ itinerum futuræ sint.

CAVSAE colliguntur duplici modo. *Causæ itinerū duplici modo colliguntur.*

1. Ex natura Planetarum, quæ itinera significant.
2. Ex domorum significatione, in quibus Planetæ commorantur.

Quid autem planetę significent, cum in rebus, tum in personis, supra monuimus. folio 402

Cùm igitur Planetæ Saturno coniunguntur, uel sunt in eius dignitate essentiali, uel ipse Saturnus est significator itinerum, causa peregrinationum erunt res Saturnæ, ut fodinæ metallicæ, ædificationes, hæreditates mortuorum &c. aut Personæ Saturninæ, ut senes, aui, agricolæ, &c.

Si ♃, causa erit Religio, honor, Iurisprudētia, beneficia Ecclesiastica, &c. aut Personæ, quæ talia administrant, ut Episcopi, Prælati, Nobiles, iudices, Magnanimi.

nimi, &c. Sic de reliquis reliquis Planetis pronunciandum est, quorũ omnium naturæ & Qualitates, supra in loco de diuitijs expositæ sunt.

Considerandæ etiam sunt Domorum significationes, in quibus sunt Planetæ, qui itinera decernunt.

In prima domo significant itinera suscepta naturali amore peregrinandi. In secunda, causa contractuum, emptionis, uenditionis, acquirendæ pecuniæ. In tertia, causa fratrum, &c. In quarta, causa parentum, patrimonij, &c. Et sic de reliquis domibus quarum significata nota sunt studiosis.

Ex his duobus locis, natura Planetarum & domorum, facta mixtione, unius rei testimonia conuenientia colligenda sunt.

DE QVARTA QVAESTIONE.

Quis successus in itineribus futurus sit.

CVm Planetæ decernentes itinera sunt potentes & sociati beneficis, aspectu amico, uel in domibus eorum, secura præbent itinera, prosperitatem, dona, amicos, honores, & rerum institutarum felicem euentum.

Contra, si debiles aut sociati malis, malefico aspectu, aut in eorum domibus, magnis periculis peregrinantes inuoluunt.

DE QVALITATE PERICVLI.

Qualitas periculi peregrinantium.

QValitas periculi in genere sumitur à ♄ & ♂, & signo, quod ij dem occupant. Cùm enim inficiunt significatorem, aut Domini sunt eius loci, portendunt in itineribus periculum, de natura domus & signi, in quo uersantur. Vt in XII. propter captiuitates. In III. à fratribus, consanguineis & propinquis, & sic de reliquis domibus.

Ratione signi qualitas hæc decernitur: In signis humidis, à pluuijs, aquis nauigationibus infaustis, aut solitarijs locis. In fixis, excepto Scorpione, à lapsu, præcipitatione uel tempestate uentorum. In mobilibus, ex defectu commeatuum, aut aëris mutatione, graueolentia, &c.

In humanis signis à latrocinijs, deprædationibus, insidijs.

In siluestri signo, lacerationes à bestijs metuendas: Item terræ motus portendunt.

In domestico signo, periculum erit nato, ab equis excutientibus sessorem aut effrenibus: Item morsu animalium domesticorum uel canis rabiosi &c. In signo uenenato, ut Scorpio, ex morsu Serpentum, &c.

DE QVINTA QVAESTIONE.

Quæ Regiones siue Vrbes magis conueniant nato, quæ sint commodæ uel aduersæ.

REgiones & ciuitates subiectæ signis, Primæ, decimæ, undecimæ, secundæ domorum radicis, si non fuerint à malis læsæ, commodæ sunt nato, uel ad res gerendas, uel ad habitandum.

Si impeditæ à maleficis, erunt mediocres.

Sic quæ subsunt signo Iouis, Veneris, ⊕ uel ☊ in radice, non impedita maleficis malorum radijs, prosperæ sunt nato, præsertim si eadem signa occupent uidelicet I. X. XI. uel II. Item V. IX. III. sed minus.

Quod si in occasu constituantur, aut imo cœli, aut XII. VI. uel VIII. mediocritatem significant.

Aduersæ erunt nato Regiones & urbes, quæ subiectæ sunt signis ♄, uel ♂, uel ☋, in radice, præsertim si in septima imo cœli, aut domibus ab Ascendente separatis, utpote 12, 6, 8. eadem signa constituantur. Nam ibi à malis quoque

mode

modo læsi, ualde nato aduersantur. Quæ autem regiones & ciuitates signis subiectæ sint, petendum est ex scriptis Astrologorum, & ex Sconero, qui lib. 3. de iudicijs circa finem diligenter hunc catalogum recenset, & nos propter studiosos eundem hic subijcere non grauabimur.

REGIONES MVNDI, PROVINCIAE, ET CIVITATES, Quæ subsunt signis duodecim Zodiaci.

Tabella Regionum.

♈ habet:
EX REGIONIBVS, Bastarniam, Syriam, Palæstinam, Galliam, Britanniam minorem, Burgundiam superiorem, Vuestriæ partē, Germaniam, Sueuiam, Silesiam superiorem, Poloniam minorem.
EX VRBIBVS, Neapolim, Capuam, Anconam, Imolam, Ferrariam, Florentiam, Veronam, Bergomum, Lindauiam, Traiectū, Brunsuicum, Cracouiam, Massiliam Cæsaraugustam.

♉ habet:
Ex Regionibus, Parthiam, Mediā, Persiam, Arcipelagi Insulas, Cyprum, Asiam minorem maritimam, Russiam albam, Poloniam maiorem, Suetiæ partem, Islandiam seu Hyberniam, Lotharingiam, Campaniam Heluetiam, Rhetiam, Franconiam.
Ex Vrbibus, Burgum, Hispaniæ, Bononiam, Senas, Mantuam, Tarentum, Panormum, Perusium, Parmam, Caput Histriæ, Brixiam, Tigurum, Lucernam, Nanceium, Metim, Herbipolim, Carolostadium, Lipsiam, Posnam, Gnesnam, Nouogardiam.

♊ habet:
Ex Regionibus, Hyrcaniam Armeniam, Mattianam, Cyrenaicā, Marmaricam, Aegyptum inferiorem, Sardiniam, Longobardiæ partem, Flandriam, Brabantiam, Vuirtembergensem ducatum.
Ex Vrbibus, Cordubam, Viterbium, Cesenam, Turinum, Vercellas, Rhegium, Louanium, Brugas, Londinum, Moguntiam, Kitzingiam, Hasfordiam, Bambergam, Norimbergam, Villacum.

♋ habet:
Ex Regionibus, Numidiam, Africam, Bithyniam, Phrygiam, Colchidem, Carthaginem, Granatæ regnum, Franciæ regnū, Burgundiæ Comitatum, Hollandiam, Selandiam, Scotiæ regnum, Prussiam.
Ex Vrbibus, Constantinopolim, Tunetum, Venetias, Genuam, Lucam, Pisam, Mediolanum, Vicentiam, Bernam, Treuerim, Eboracum, S. Andream, Lubeeum, Magdeburgum, Gorlizium.

♌ habet:
Ex Regionibus, Phœniciam, Chaldeam, Orchinam, Galliam Togatam, Alpes, Italiam, Siciliam, Apuliam, Bohemiæ regnum, Turciæ partem, Aemiliam, Sabinam.
Ex Vrbibus, Damascum, Syracusas, Romam, Rauennam, Gemonam Vlmam, Confluentiam, Pragam, Linzium, Cremisium.

♍ habet:
Ex Regionibus, Mesopotamiam, Babyloniam, Assyriam, Achaiā, Græciam, Croaciam, Carinthiam, Athesinam, Cretam, Atheniensem ducatum, Galliæ Comatæ partem, Rheni partem, Silesiam inferiorē.
Ex Vrbibus, Hierosolymam, Corinthum, Rhodum, Nouariam, Aretium, Cumas, Brūdusium, Papiam, Signam, Tolosam, Lugdunum, Luteriam, Parrhisiorum, Basileam, Heydelbergam, Erphordiam, Vratislauiam.

♎ habet:
Ex Regionibus, Bactrianam, Caspiam, Seres, Thebaida, Oasim, Troglodiucam, Aethiopiam, Thusciam, Sabaudiam, Delphinatum, Alsatiam, Sundgauiam, Liuoniam, Austriam.
Ex Vrbibus Olysipponem, Arelatum, Caietam, Laudam, Suessam, Placentiā, Veldkirchium, Friburgum Brisgoiæ, Argentinam, Spiram, Francofordiā ad Mœnum, Halam Sueuorū, Vuimpinam, Heylprunnam, Frisingam, Mospachium, Landsbutam, Viennam Austriæ.

♏ habet
Ex Regionibus, Matragonitidam, Commagenam, Cappadociam, Iudæam, Idumæam, Mauritaniam, Getuliam, Cathaloniam, Norduegiam, Sueciam Occidentalem, Bauariam superiorem.
Ex Vrbibus, Algeriam, Valentiam Hispaniæ, Trapezuntem, Vibinum, Aquileiam, Pistorium, Camerinum, Taruisium, Patauium, Forum Iulium, Messanam, Viennam Allobrogum, Aychstadium, Monacum, Gedanum.

♐ habet
Ex Regionibus, Arabiam fœlicem, Tyrrheniam, Celticam, Hispaniam, Dalmatiam, Sclauoniam, Vngariam, Morauiam, Misniam.
Ex Vrbibus, Toletum, Volaterras, Mutinam, Narbonam, Aueniomem, Coloniam Agrippinam, Studgardiam, Rotenburgum Tuberinum, Iudenburgum, Budam, Caschouiam.

♑ habet
Ex Regionibus, Indiam, Arrianam, Gedrosiam, Macedoniam, Illyridem, Thraciam, Bossinam, Albaniam, Bulgariam, Græciam, Masouiam, Lituaniam, Saxoniam, Hessiam, Turingiam, Marchiam Stiriæ, Orchades Insulas.
Ex Vrbibus, Iuliacum, Cleuoniam, Bergam, Mæchlintam, Gandauum, Oxoniam, Vilnam, Brandeburgum, Augustam Vindelicorum, Constantiam, Derrhonam Fauentiam.

♒ habet
Ex Regionibus, Oxianam, Sogdianam, Arabiam desertam & petream, Azaniam, Amazoniam, Sarmatiam, Tartariam magnam, Vualachiam, Russiam rubeam, Daniam, Sueciæ meridionalē partē, Vuestphaliam, Mosellanos, Pedemontium, Bauariæ partem.
Ex Vrbibus, Hamburgum, Bremam, Montem Ferratum, Pisaurū, Tridentum, Salisburgum, Ingolstadium.

♓ habet
Ex Regionibus, Phazaniam, Nazomonitidem, Garamantes, Lydiam, Pamphyliam, Ciliciam, Calabriam, Portugalliam, Normandiā.
Ex Vrbibus, Alexandriam, Sibiliam, siue Hyspalim, Compostelā, Parentium Rothomagum, Vuormatiam, Ratisponam.

EXAMEN NOSTRAE GENITVRAE. *folio 20*

Significatores itinerum in hac genesi sunt: Nona domus in 15. Grad. 35. ♊. Dominus est ☿ satis fortis in secunda domo. ♀ Domina termini intuetur ex △ radio, admodum partiliter. ♃ addit □ platicum, ♄ uerò ⚹. Eandem obtinet ☋. Luna uagabunda & uelox motu, optimo aspectu, naturalis itinerum significatrix, intuetur nonam domum, intra orbis medietatem. Incidunt in eam multæ insignes fixæ stellæ. Dominus genituræ est ♄ fortis. ♃ fortunatus satis, particeps est dominij. Domina horoscopi ♀, mediocriter fortis est. Tertia domus ♃ subiecta, propter ♐ optimè est constituta. Eandem ☋ possidet. Nec ulli sunt aspectus malefici, quibus hæc cuspis inficitur. Ex his significatoribus circumstantiæ itinerum faciIè innotescunt.

Primum autem affirmo, Principem nostrum multa habiturum itinera, cùm longiora tum breuiora, cum ☿ instabilis & uersatilis dominus sit nonæ, & Luna trigono cuspidem illustret. Affert & peregrinationes Domina horoscopi, quæ triquetro nonæ domui opitulatur. Non igitur in patria perpetuo hæsurus est Princeps, nec nimium amans erit sui Principatus, sed apud exteros etiam uiuere & inclarescere conabitur.

Hinc quæritur, in quam plagam itinera facturus sit Princeps? Signa Geminorum & Sagittarij, cùm sint partim ignea, partim aerea, mixtas fore peregrinationes denunciant, ita ut nunc per terram, nunc per aquam peregrinaturus sit.

Deinde cum ☽, & ♀ cum ♄, præcipuè aspectuum ratione disponant nonam, qui Planetæ sunt partim Australes, partim Orientales & Occidentales, talia

ſta quoque itinera futurá eſſe pronunciamus.

Quin etiam ſigna, ♐ & ♊, in eaſdem plagas itinera decernunt, præcipuè in orientem & occidentem.

DE SVCCESSV IN ITINERIBVS.

PLanetæ, qui hoc loco itinera decernũt, potentes ſunt & beneficis radijs domicilia illuſtrant.

Etſi igitur cauda ſit in nona & pericula quædam minitetur etiã ueneni ratione: tamen tanta eſt potentia reliquorum ſignificatorum, ut omnia ſecuritatem itinerum, proſperitatem, amicitiam, honores, & actionum perficiendarum felicem euentum polliceantur.

QVAE LOCA SIVE PEREGRINATIONVM *regiones maximé conueniant Principi.*

IN nona ſunt Gemini optimé conſtituti. Quare utile erit hæc loca uidere, quę huic ſigno, & Sagittario, propter tertiam ſubiecta ſunt. Commoda ſunt Principi noſtro hæc loca: Anglia, Brabania, Vuirtenbergenſis ducatus, Flandria, Longobardia, Norenberga, Louanium, Moguntia, Babenberga, Hasfordia, Londinum. Item: Hiſpania, Portugalia, Vngaria, Dalmatia, Morauia, Sclauonia, Mutina, Colonia Agrippina, Stutgardia, Buda, Caſchouia, Tolerum & ſimilia, quæ Geminis & Sagittario annumerantur.

Propter Lunam & Partem fortunæ, amabit Aethiopiam, Sarmatiam, Tartariam magnam, Daniam, Ruſſiam rubeam, Sueciæ meridionalem partem, Vualachiam, Vueſtphaliam, Tridentum, Hamburgum, Bremam, Saltzburgum, Ingolſtadium. Incidunt enim in ♒ loca hæc enumerata.

Iupiter in ♍ addit Sileſiam inferiorem, partem Rheni, Rhodum, Alexandriam, Ieroſolymam, Corinthum, Papiam, Brunduſium, Vratislauiam, Erfordiã, Baſileam, Heydelbergam, Lutetiam Pariſiorum, Lugdunum, &c.

BREVIS COMMONEFATIO. CVR VETERES *ſingulas Regiones, Prouincias & vrbes, ſingulis Zodiaci ſignis, accommodarint.*

Vtilis locus, ex quo fundamenta ſingulis locis Zodiaci, peculiares partes terræ attribuantur.

TEſtatur manifeſta experientia, occultam quandam eſſe συμπάθειαν uel ἀντιπάθειαν ſignorum Zodiaci, cum his uel illis locis aut partibus terræ, ſicut à poſteriore facilè colligi poteſt. Sapientiſſimi enim homines obſeruatione accurata annotarunt ſingulares caſus locorum, utpote irruptiones gentium, terrarum deuaſtationes, terræmotus, peſtes, famem, annonæ caritatem, tempeſtates inſolitas uentorum, inundationes fluminum & ſimiles, ac tales caſus collatos inter ſeſe, ad terras Eclypſes, præſertim Solares, & ominoſas ſuperiorum Planetarum coniunctiones uel oppoſitiones retulerunt, ac ſignum illud Eclipſium aut Syzygiæ, magnum cum eo tractu terræ conſenſum & mirabilem congruentiam habere, deprehenderunt. Hinc ex inſignibus mutationibus & calamitatibus, ipſas terræ partes, certis dodecatemorijs ſubiectas eſſe, deprehenderunt ueteres, quarum ſigna, quibus ſubiectæ ſint, hodie multis in locis ignoratur, aut in dubium uocari poteſt.

Exemplum de Regno Bohemiæ.

Exempli cauſa: Regnũ Bohemiæ, aliqui Aſtrologi referũt ad ſignũ Leonis, quod etſi cũ eo multũ cognationis habere uidetur: tamẽ exempla docent hiſtorica, maximas calamitates uariaq; incommoda & certamina id regnum habuiſſe, cùm uel terræ Eclipſes Solares, uel ſuperiorum Planetarum copulationes in ſi-

gnum ♋, quod ♑ opponitur, sub quo Bohemia regni nomen adepta est, inciderunt. Nam Anno 1424. fuit Eclipsis Solis in Cancro, post quam Principes quidam Germaniæ à tribus partibus Bohemiam inuaserunt, qui ab Hussitis fortiter repulsi sunt, & tūc fines Bohemiæ uersus Misniam & Noricum prolati sunt. Postea Anno 1433. apparuit Eclipsis alia Solis in Cancro, cui Iupiter in eodem signo accessit. Eam secuta est magna laniæna, cùm propter Religionem, collapsa publica disciplina per interregnum, Bohemi inter se digladiarentur.

Anno præterea Domini 1469. alia Eclipsis Solis conspecta est in Cancro, post quam Matthias Huniades Hungaris bellum indixit, eisq́ ademit Morauiam, Silesiam ac Lusatiam. Postremò Anno 1536. accidit magna Eclipsis in ♋, post quàm multi Bohemi in Vngaria à Turcis cæsi & proditione captiui abducti sunt.

Aliud exemplum.

Eodem modo & Saxoniam & maritimas ciuitates ♑ signo ferè subiecerunt Astrologi, quod cum per infaustas Solis Eclipses, aut Syzygias superiorum Planetarum fuit afflictum semper ferè aliquid triste & calamitosum his regionibus portendit. Sic ex infelici coniunctione ♄ & ♂ in ♑, Anno 1548. mense Februario, multi tristes illos motus Saxonicos prædixerunt. Deinde quantas calamitates Eclipsis Solis in ♋ opposito signo ♑, ad quam superiorum Planetarum Coniunctio accessit anno 1563. & huic regioni quid portenderit, euentus hodie satis ostendit.

Momenta temporū, quibus primum fundamenta urbium iacta sunt.

Veteres etiam Astrologi accuratè obseruarunt momenta temporum, quibus primum urbium & oppidorum fundamenta iacta sunt, ac signum quod eò tempore ascendit, illi urbi tribuerunt, cuius rei causa à natiuitatibus hominum sumpta est: Sicut enim in genitura hominis, ex signo horoscopante sumitur iudicium de rebus maximis ut temperamento, & ualetudine, ac totius corporis constitutione, quod cum fuerit bene affectum, nec à maleficis impeditum, decernit bonum temperamentum, ualetudinem firmam, & formā corporis iustam: Contrarium uerò, si malè afficiatur: Ita ex eodem signo, quod momento iacti fundamenti exoriebatur, pro eius affectione ac constitutione, iudicium sumebant, de felicibus aut aduersis illius urbis, aut loci successibus.

Ac sicut in genitura hominis, cum aliqua tetra Eclipsis, præsertim in Horoscopum seu signum Ascendens, uel eius oppositum inciderit, aut idem signum horoscopans malefici uel transierint, uel in [illegible] suo radijs inimicis afflixerint, aut ipsam mortem & interitum (præsertim si mala directio concurrat) aut certè graues calamitates, ut sunt morbi, infelices successus in rebus gerēdis mettiendos, decernit: Ita ferè semper aliquid infausti illis locis accidere solet, cùm id signum, quod iam familiaritatem cum illo loco habet, uel per tetras coniunctiones, uel per Eclipses prodigiosas, ac transitus maleficorū, grauiter afflictum fuerit. Huius obseruationis memorabilia exempla obseruent studiosi.

Cōstantinopolis, Cancro subiecta.

Constantinopolim cloacam hodie Turcicæ Tyrannidis & Mahometicæ barbariei, olim sedem Ecclesię Dei & Romani Imperij celeberrimam, Cancri signo subiecerunt. In prima enim illius urbis exædificatione, signum illud ascendit, sicut Gauricus refert. Ac multi euentus & plurimæ calamitates, huic signo uerè subiectam esse urbem, ostenderunt, inter quas maximè insignis & memorabilis est, ultima obsidio & expugnatio, quæ facta est Anno 1453 à Mahomete Turcico Imperatore. Hanc enim sex uel septem annis præcesserat magna coniunctio trium superiorum Planetarum, in signo Cancri, in quo pessimè malefici afficiebantur, & ad hanc tetram Coniunctionem, accessit horribilis Cometa, qui urbi maxima mala portendere uidebatur.

Roma ♌ subiecta est.

Romam Leoni subijciunt Astrologi. In secunda enim urbis instauratione, ut Gauricus annotauit, in tractatu suo Astrologico, ascendit id signum supra Horizontem.

Bononia sub ♉.

Ita Bononiam collocant sub signo Tauri, propter eandem causam.

Eodem

Eodem modo urbes Veneta celeberrima Cancro subijcitur. Illud enim signū ascendit, cùm primum ædificari cœpta est. Idq; multi euentus confirmant. Nam bellum Maximiliani I. Imperatoris & Venetorum, quo grauiter ipsi afflicti sunt, præcessit superiorum Planetarum coniunctio in Cancro, cui sese Cometa commiscuerat. Ita de reliquis urbibus & oppidis iudicandum est, cùm tempora ædificationis uel instaurationis rectè sunt assignata. Cùm uerò tempus illud ignoratur, annotandi sunt insignes urbium euentus, & facta collatione cum Eclipsibus & coniunctionibus infaustis corporum cœlestium Zodiaci signum eruendum est, quod cum illo loco familiaritatem aut cognationem, uel discrepantiam habet.

Venetiæ sub ♋.
Maximiliani I. & Venetorū bellum
Memorabile præceptum.

EXEMPLI CAVSA.

INclytæ urbis Norenbergæ, quæ uerè oculus est Germaniæ, initium ædificationis ignoratur. Ex insignibus uerò aliquot calamitatibus, ingeniorum excellentiam & incolarum industriam, &c. deprehensum est, signo Geminorum eam signo Mercuriali subiectam esse. Nam plærumq; urbs illa celeberrima, uirorum officina insigni aliqua calamitate premi solet, cum magnæ coniunctiones in ♊ aut ♍, quod signum ♊ affligit Geminos, gubernatore eius ☿ simul à maleficis atrociter læso. Sic Eclipsis accidit Solis Anno 1448. die 29. Augusti in 15. Gradu ♍, in ◻ signi Geminorum, cui sese commiscuit Saturnus. Illo tempore Marchio Albertus, cognomento Achilles, exitium urbi intentauit, assidua clade & internetione ciuium.

Exemplum de inclyta urbe Norica.
Norēberga Geminis subiecta est.
Marchio Albertus Achilles Germaniæ.

Talis etiam fuit Eclipsis Solis in 17. Grad. ♍, Anno 1551. Marte in Medio cœli supra locum Eclipsis eleuato, & in suo detrimento posito, quo tēpore urbs obsessa fuit à Marchione Alberto, Casimiri filio, & tandem longe lateq; depopulatus eius finibus pacis conditiones receptæ sunt.

Albertus Marchio Casimiri filius.

Sic Anno 1560. accidit alia Eclipsis Solis in octauo gradu ♍, in quadrato signi ♊, quod tum percurrebat ♄, locum Eclipticum & dominum eius ☿ grauiter affligens. Vnde malum conduplicatum fuit. Hanc statim effectus anno sequente consecuti sunt, & durarunt usq; ad initium Veris Anni Domini 1563. & hoc tempore, Norenbergæ multa millia hominum, peste absumpta fuerunt.

ALIVD EXEMPLVM.

Quæro, quod nostrum sit signum horoscopans & culminans, Brandeburgi urbis Marchiæ metropolitanæ?

Aliud exemplū de Brandeburgo.

EXaminabimus Eclipses & Coniunctiones, & addemus casus memorabiles. Anno 1516. accidit Eclipsis Lunæ circa finem Capricorni, Luna existēte in medio cœli, in coniunctione Saturni & Martis. Locum enim Eclipticum infecerunt Mars & Saturnus, statim subsecuta est pestis, quæ durauit integris quatuordecim septimanis, & multi homines interierunt. Effectus huius Eclipsis, non parum auxit tetra oppositio superiorum Planetarum in ♏ & ♉, anno 1513. & Eclipsis Solis in 27. Grad. ♓ eodem anno.

Alia Eclipsis Lunæ accidit Anno 1525. & 26. in Cancro & præcessit magna Coniūctio superiorum Planetarum in Piscibus. Anno 1527. in autumno subsecuta est pestis, quæ primum circa Nicolai parum remisit.

Solis Eclipsis accidit in Cancro Anno 1536. Saturno eleuato supra locum Solis in decima & Leonem possidente. Accesserunt etiam aliquot Eclipses Lunæ sequentibus annis, & coniunctio ♄ & ♂, necnon Cometa fulsit anno 1538. Eodem anno pestis apud nos grassata est fæuissima lue, & durauit à festo Pentecostes, usq; ad diem S. Martini.

Anno 1547. duæ acciderunt Eclipses Lunæ, una uerò Solis, & ad primam Eclipsin accessit oppositio ♄ & ♂. Saturno constituto in ♑ ascendente, Marte uerò in cardine opposito Cancri, statum dura pestis secuta est Anno 48. & 49.

Anno

Anno 1563. iterum accidit Eclipsis Lunæ in ♑. Mars affixit locum Eclipticum ex □, & ♄ fuit in opposito signo ♋. Accessit simul magna Coniunctio anno 63. in principio Leonis, quæ anno 1564. rursus bis accidit, primùm in ♌ hinc in ♋. Hanc Eclipsin & coniunctionem effectus pestilentiales secuti sunt anno 1665. & 66. Anno enim integro absumpsit apud nos pestis fere quatuor millia hominum.

Brandeburgū sub Capricorno.

Ex his accidentibus colligo hanc metropolim Electoratus Brandeburgensis, Capricorno subiectam esse, ita ut cœli culminans signum sit Scorpius, cuius etiam Eclipses bis annis in domo regia, multa pericula & mutationes gubernatoribus denunciarunt, quorum nonnulli dignitatibus spoliati, Magistratus honore sese abdicare coacti sunt.

DE INFIRMITATIBVS ET MORBIS *corporum.* *caput* XXXIII.

Vnde morborum uaticinia colligantur. Tèperamenta.



ORBORVM uaticinia, non solum ex cœli figura aut collocatione & configuratione Planetarum, sed ex temperamenti etiam natura designantur. Nam alia Temperamenta, medijs & temperatis crasibus uiciniora, alia ab ijsdem abesse longius, atque uel excedere ea, uel ab ijsdem deficere certum est. Secundùm gradus igitur & excessus atq; defectus, à naturalibus & medijs Temperamentis pronior faciliorq;, uel minus promptus est naturæ lapsus in morbos, & secundùm naturam humorum degenerantium, Temperamenta aliàs alios morbos pariunt. Melancholica melancholicos, biliosa Cholericos, Phlegmatica phlegmaticos morbos gignunt.

Quod morbi sint duplices.

Sunt autem morbi duplices: Vniuersales & Particulares. Vniuersales occupant totum corpus. Particulàres uerò, certa & particularia membra infestant. Vtrorumq; notas & significationes thema cœli continet, ex quo colligitur, quibus morbis naturaliter obnoxius sit natus, quas sit perpessurus infirmitates, quæ membra naturaliter languida affectioniq; idonea habeat, quibus pericula à corruptione immineant.

Morborum naturalium assimilitudo.

Natura aliqui ob Epatis imbecillitatem, ad hydropem, quidā ob renum languorem ad calculum, quidam ob intestinorum imbecillitatem ad cholicam, quidam ob capitis effectiones ad Epilepsiam, quidam ob thoracis languorem & angustias ad pthisin, uel ob uentriculi deiectionem, ad cruditatē propensi sunt. Sic alios natura febribus citius, & ijs aut cholericis, aut Melancholicis, aut Sanguineis, aut Phlegmaticis, corripi certum est. Quomodo autem de his infirmitatibus & morbis corporum pronunciandum sit, ordine exponemus causas Astrologicas.

SIGNIFICATORES VALETVDINIS SVNT.

1. Horoscopus.
2. Dominus Horoscopi.
3. Luminaria, sed magis Luna quam Sol.
4. Sexta domus.
5. Dominus sextæ.
6. Planeta uel Planetæ in sexta domo.

De quibus capitibus & accidentib. in hoc loco agant Astrologi.

Hi significatores ordine examinandi sunt, cum de ualetudine pronunciabimus, & decreta constituemus inquirentes.

1. An natus sit futurus sanus uel infirmus?
2. An natus sæpius sit ægrotaturus?
3. Quæ genera morborum futura sint?
4. An morbi sunt futuri curabiles uel incurabiles?

DE

DE PRIMA QVAESTIONE.

An natus sit futurus sanus, uel infirmus.

Significatores morborum duplici uia considerandi sunt.

COnsiderentur significatores morborum duplici uia.

1. An sint fortes uel imbecilles.
2. An sint liberi à malignis radijs ♄ & ♂.

Cùm enim omnes hi significatores, uel saltem maxima eorum pars fuerint fortes & liberi, ab oppugnatione hostili maleficarum stellarum, significant corpora sana & ualida.

Contra: Si omnes uel maior pars debiles fuerint, & afflicti à maleficis, aut obsessi, corpora reddunt imbecillia, & multis morbis obnoxia. Et quo plura sanitatis testimonia inueneris, eò paucioribus morbis natum obnoxium fore pronunciabis. Quo testimonia plura infirmitatum, eò pluribus morbis corpus affliget.

His omnibus Temperamentorum consideratio adiungi debet.

DE SECVNDA QVAESTIONE.

An natus saepius sit aegrotaturus.

An aliquis saepius sit aegrotaturus.

EX ijsdem significatoribus facilè colligi potest, utrū aliquis sæpe in uita sua ægrotabit, quod certè fiet, si plures significatores fuerint imbecilles, aut infecti à maleficis, aut utroque modo afflicti.

Notabile de ♄ & ♂.

De ♄ autem & ♂ secundùm hanc rationem sequitur, quod uterque possit esse, & significator & autor morborum simul. Vt si alter eorum sit Dominus Horoscopi uel sextæ, & utroque incommodo laboret, id est, sit imbecillis & simul significatorem alium inficiat: Interdum significator tantum, cùm uidelicet alter eorum dominus sextæ uel primæ imbecillis est, aut tantum læsus ab altero. Aliquando uerò autor duntaxat, cum uidelicet ipso non existēte significatore, suis malignis radijs ipsos significatores inficit.

Reliqui Planetæ omnes, possunt tantum esse significatores, non etiam authores. Quare dupliciter affligi possunt, & propria imbecillitate, & malignis radijs ♄ & ♂.

Quòd si duobus his modis affligantur significatores, effectus eò uehementior erit: Si uno, utpote imbecillitate propria, aut solo aspectu maleficorum, minus malum erit, sed tamen malum, & quidem uehementius, quo fuerit partilior ille aspectus, & magis ex angulo oriatur.

Hæc diligenter consideranda sunt, ut in colligendis testimonijs fortitudinis aut imbecillitatis cauti sint studiosi. Nunc diuinationem addemus, de generibus morborum.

III. QVAESTIO.

De Generibus Morborum.

GEnera morborum, quæ natum infestabunt, depræhenduntur ex natura eorum significatorū, qui aut debiles sunt, aut à maleficis infecti, aut utrinque incommodo simul laborant.

Deinde ex natura signi Zodiaci, quod significatores illi occupant: Item ex natura malefici, qui significatores infestat. Denique pro natura signorum, in quibus malefica infestans alios, reperitur.

TABEL-

TABELLA PLANETARVM, QVAE OSTENDIT, QVIbus membris præsint & quas infirmitates excitent.

♄ Significator uel autor infirmitatis, significat	Aurẽ dextrã, Splenem, Vesicam, Ossa, Dentes.	Et horũ membrorũ infirmitates, ut sunt	Omnes morbi frigidi, qui ex defluxu humorum oriuntur, ut sunt, podagra, lepra, scabies, cancer, paralysis, rabes, ictera nigra, quartana febris. Iliaca passio, hydrops, pituitosi catarri ad pulmones & pectoralia, tussis, & similes Melãcholicæ & Saturninæ infirmitates.
♃ Significat	Pulmonem, Costas, Cartilagines Epar, Arterias, Pulsum, Semen,	Et horum membrorum affectiones	Peripneumoniam, Apoplexiam, Pleurisin, Cardiacã, Anginam, Spasmum, siue conuulsionem & stuporẽ inflammationes Epatis, Dolores capitis, Passiones spinæ dorsi. Item uentositates in corpore, sanguineas febres, & morbos qui ex flatib. aut fœtore, aut putrefactionibus oriuntur.
♂ significat	Aurem sinistrã Fel, Renes, Venas, Pudenda.	Et horũ morbos	Pestem, apostemata feruentia, acutas febres, uulnera presertim in facie, morbos acutos, febres tertianas, continuas, & intermittentes, icteriam flauam, ersipelas, carbunculos, fistulas epilepsiam, dissenteriam, ac similes ęgritudines calidas & siccas.
☉ dominatur, & affligit hæc membra	Cerebrum, Neruos, Cor, Visum, Oculũ dextrũ, Neru. opticos, Latus dextrũ.	Horum mẽbrorũ morbi sunt	Syncope, παλμός, καρδιακή, Spasmus, Cholera rubra, Ophthalmia, Fluxus oculorum, Catarrus, frigiditas Epatis & stomachi, pustulæ matricis & partium inferiorum.
♀ Præsidet	Matrici, Renibus, Genitalibus, Mamillis, Gutturi, Lumbis, Natibus, Epati, Spermati.	Affectiones hurum membrorum sunt,	Passiones matricis, suffocationes, gonorrhœa, Diabethæ, Epatis & stomachi imbecillitates, ex causa frigida & humida, scabies Gallica, Lienteria, frigus stomachi, &c.
☿ Præest,	Cerebro, Spiritibus, Memoriæ Imaginationi, Linguæ Manibus & digitis, Felli, Ossibus, Cruribus, Cerebri neruis.	Horum morbi sunt	Mania, priuatio sensus communis, Lethargia, deliria omnis generis, balbuties & linguę impedimenta, raucedo, morbus caducus, tussis, abundãtia, sputi, opilatio fellis, uomitus, catarri ex abundantia humorum in capite, & omnes morbi Melancholici.

☽ Regit

☽ Regit & significat: Cerebrum, Oculum sinistrum uiri, Oculum dextrum mulieris, Stomachum, Ventrem, Latus sinistrum, Intestina, Vesicam, Gustum, Membra generationis, Epar in muliere.

Et ægritudines illarum partium: Epilepsiam, Paralysin, Colicam, Catarros, Menstrua, Lyenteriam, hydropē, phlegmatica apostemata, & ægritudines prouenientes ex oppilatione uenarum.

Ex hac tabella & commemoratione manifestū est, qui morbi à quolibet Planeta oriantur & significentur. Neque tamen hæc ita accipienda sunt, quasi eos morbos simul omnes adferat significator infirmitatum, sed & aliæ circumstantiæ simul considerandæ sunt, ut natura signorum, locus cœli, aspectus ad Luminaria & similes. Vt Saturnus significator uel author morborum, multos quidē morbos significat in genere, sed in signo aqueo & à Sole combustus, Lepram tantum portendit. Sed hæc infrà in specie copiosius explicanda erunt. Nunc eadem ratione ordine exponendum est, quibus membris duodecim Zodiaci signa præsint. *Vtilis obseruatio & commonefactio.* *Exemplum de ♄.*

QVIBVS MEMBRIS XII. SIGNA ZODIACI
præsint & significent.

♈, Præest capiti, faciei & partibus capitis, oculis, auribus, dentibus, & harum partium affectiones significat.
♉, Præest collo, ceruici, gutturi, uoci, &c.
♊, Significant humeros, brachia, manus, scapulas.
♋, Pulmonem, pectus, costas, mamillas, epar, splenem.
♌, Cor, stomachum, dorsum, latera, diaphragma.
♍, Ventrem, intestina, diaphragma.
♎, Lumbos, umbilicum, renes, femora, nates, uesicam.
♏, Pudenda, uesicam, anum.
♐, Coxas, femora.
♑, Genua, & poplites.
♒, Tibias, & crura.
♓, Pedes & talos.
Has significationes eleganti carmine expressit Manilius lib. 4. cap. 3. *Manilij elegantes uersus.*

Namq; Aries capiti, Taurus ceruicibus heret,
Brachia sub Geminis, censentur pectora Cancro.
Te scapulæ Nemeæ uocant, teq́ue ilia Virgo,
Libra colit clunes, & Scorpius inguine regnat,
Et femur Arcitenens, genua & Capricornus amauit,
Cruraq; defendit Iuuenis, uestigia Pisces.

QVAE MEMBRA SINGVLIS COELI
domicilijs attribuantur.

PRIMA domus significat caput, oculos, faciem, aures, polypum, oris fœtorē.
Secunda, Collum, guttur, glandulas.
Tertia, humeros, brachia, manus.
Quarta, Pectus, pulmonem, œsophagum, & splenem.
Quinta, Dorsum, & scapulas, stomachum, epar, cor, neruos & latera.

Sexta

Sexta, inferiorem uentrem, cum intestinis, uentriculum, epar & renes.
Septima, habet femora cum ilijs, uesicam, matricem & membra genitalia.
Octaua, habet spinam dorsi, inguina & anum.
Nona, significat coxarum partem inferiorem.
Decima, genua & poplites.
Vndecima, Crura & tibias.
Duodecima, pedes & talos, cum podagra.

His expositis colligi potest, qui morbi maximè natum afflicturi sint & quibus membris Planetæ, signa Zodiaci & domicilia cœli præsint. Ac significatoribus ualetudinis probè examinatis, facilè colligi potest, naturale robur, uel naturalis debilitas singulorum membrorum. Multa etiam ex temperamenti consideratione pendent, ut antea monuimus.

Temperamenti natura diligenter hic expendenda est.

VLTIMA QVÆSTIO.

An morbi futuri sint curabiles uel incurabiles.

An morbi sint futuri curabiles uel incurabiles.

CVm benefici Planetæ, loca significatorum uel autorum ægritudinis, feliciter aspiciunt, morbi sunt facilè curabiles. Cùm non aspiciunt, sunt immedicabiles.

Et in hoc iudicio simul aspectus obseruandus est partilis & platicus. Quo enim magis partilis fuerit, eò faciliùs morbus curabitur. Quo magis platicus, eò difficilius curam admittit.

Regula notabilis.


BREVITER.

Cùm sexta domus & prima bene affecta est, signa bona & Planetas fortunatos complectuntur, ac liberæ sunt à radijs maleficorum, & Planetæ ijsdem dominantes bene se habent, & excellunt in themate cœli multis dignitatibus essentialibus, non impediti aut oppressi infaustis aduersisq; malorum aspectibus, nec ullo affecti detrimento, quibus uis illorum infringi aut imminui possit, denique reliqui Planetæ nullis se mutuo hostilibus feriunt, aut debilitant radijs: & Dominus geniture liber sit à malis, regressione, combustione & detrimentis reliquis, possidet aliquod signum, in quo dignitatibus essentialibus uirtus eius augetur, atque intenditur, & uel in Horoscopum, uel sextam domum, uel utramque Sextiles aut triquetros spargit radios, hæc omnia si concurrant, nato firmum morbis'que minimè obnoxium corpus, naturalem etiam & placidam mortem pollicentur. Rursus affectio Horoscopi & sextæ domus, aut Planetarum ad easdem pertinentium, & Domini genituræ, languefaciunt corpus nati, & morbos de natura signorum & Planetarum minitantur. His, ut diximus, addatur consideratio temperamentorum, quorum mutatio non raro uniuersales & particulares morbos plurimos gignit. Sic constitutionem prorsus morbosam habuit Illustris uir Antonius de Leua, qui sub auspicijs Caroli V. Imperatoris maximas res feliciter gessit. Is ualetudinarius fuit & in lectica circumlatus est. Similis est positus Clarissimi & prudentissimi uiri Bilibaldi Pyrkhameri, patritij & Senatorij ordinis Norembergensis, qui domi suæ assiduò ferè decumbens ualetudinarius, totam tamen Rempub. Norimbergensem consilio & autoritate sua feliciter plerunq; administrauit.

Antonius de Leua.

Bilibaldus Pyrkhamerus.

♀ Ascen-




♀ Ascẽdentis Domina iuxta Cardanum in □ ♄, huic significauit morbum inseparabilẽ ex genere pthisis & hecticæ. Ita fuit deploratus ter aut quater, et fuit empicus.

♃ in secũda significat diuitias, & tandem sanitatem.

☉ in septima per angulum & lineam, significat dignitatẽ. Ita factus est Medicus Principis.

♂ in tertia in △ ☿. significat funera, in quibus opes consecutus est.



Hec infantula contraxit mutu morbi genere, & mortua est anno tertio ætatis suæ.

Z Luna

Luna fuit infortunata in XII. ibiq; ♄, ♀, cum ☊, ♄ cadens Martem & ipsum cadentem affligit & uterque ☿ Ascendentis Dominum. ☿ quoque fuit infortunatus in ♃ Quadrato, Sol debilis fuit in ♍, non in commodo cœli loco ♉.

EXAMEN NOSTRAE GENITVRAE. *folio 20*

IN hac genesi optimi nostri Principis, omnes ualetudinis significatores feliciter sunt dispositi, & magna ex parte robusti. Luminaria recte ualent, imprimis Luna, quæ humoribus dominatur, optime collocata est. Dominus etiam genituræ non est afflictus. Nec hostilibus radijs inter se pugnant præcipui Planetæ, quod est pulcherrimum. Nec in nouilunij aut plenilunij tempus, uel Eclipsin aliquam incidit natiuitas.

Quare cum in hac genitura tam multæ significationes, & quidem faustę concurrant, uniuersaliter firmum, sanum, robustum, & integrarum uirium corpus, optimo Principi pollicemur, Deo gubernante causas secundas, liberrima actione & uoluntate.

Particulares morbos principaliter ♂ denunciat in hac genesi, locum sibi primarium uendicans in horoscopo cum Sole, & sexta domo morborum, in qua ipse est Dominus & Almuten. Crasis etiam licet est sanguinea, tamen nonnihil ad choleram declinat, & ex caliditate & siccitate, interdum humorum perturbationem quam febres calidiores comitentur, portendit. Quare optima diæta sanitati consulat Princeps, consilio Medicorum & Astrologorum utatur, ut quæ generalem statum corporis turbant, mature corrigat & id quidem faciat communiter, circa initium annorum Climactericorum.

Vniuersalis cœli constitutio, totius uitæ statum generaliter sanum, sine morbis lethalibus futurum ostendit. Vbi autem accidentia quædam turbulenta expectanda sint, ex directionibus colligi potest & speciali iudicio.

Morbi particulares, ut diximus, magna ex parte erunt Martiales, quales sunt acutæ febres, apostemata feruentia, icterícia, flaua, eresipilæ, carbunculi, fistulæ, epilepsia, dissenteria, tertiana & quotidiana febris, affectiones sinistræ auris, fellis, renum, uenarum & pudendorum. Vulnera etiam minatur ♂, præsertim in facie, & ægritudines omnes calidas & siccas.


Nec dubium est, quám tales affectiones iam antea passus sit Princeps, calores pustulas fluxus subtiles, &c.

Habenda etiam est ratio capitis, faciei, oculorum, aurium & dentium. Nam his aliquid minatur ♂ in Ariete dominus sextæ. Nonnunquam cor affliget ♄, stomachum dorsum, latera & diaphragma.

Cũ uerò Lunæ & ♂ optima sit congruentia ex △, ♄ & ♀, ex *, omnes particulares morbi & affectiones, facile erunt sanabiles. Deus seruet optimum Principem, eiq; longa fata tribuat.


Genesis

Genesis PETRI CALDEBORNII, cuius ualetudo est afflictissima.



Hic multis annis seuissimos cruciatus sustinuit, & indies fere copiosissimam euomuit bilem aamodum copiosè. Tandem uictus atrocitate morbi diem clausit supremum spasmo correptus.

Genesis ANDREAE Moldenhowers, Senatoris Brandenburgensis, qui exoneraturus bombardam magnæ quantitatis, lethalia accepit uulnera. Is casus fuit tristissimus. Conualuit post multos menses. Sed manibus imprimis dextra uti non potest commodè.



Duas duxit uxores, & cum priore magnas opes consecutus est.

MEMORABILES OBSERVATIONES, ET APHORISMI

particulares, de ualetudine Nati cognoscenda, & de particularibus quibusdam morbis.

I. Benefici Planetæ, nullam dignitatem habentes in horoscopo, si in sexta fortes, nec à maleficis particulariter afflicti constituantur, ferè semper sana corpora largiuntur, aut certè paucioribus malis obnoxia. Sic in genitura Barnimi Senioris, Pomeraniæ Ducis, ♀ fuit in sexta, fortis, nec à maleficis læsa. Hunc nunquam ferè aduersam sensisse ualetudinem certum est.

Barnimus Dux Pomeraniæ. fol. 99

II. Cùm beneficus benè affectus in sexta constitutus est, ita ut in prima dignitatem aliquam habeat, idem quidem decernit, sed remissius aliquanto, ita ut non prorsus in uita morbis careat, sed interdum tamen & leuiter aliqua imbecillitas naturam teneat. Sic in genitura Vincentij Laureæ, ♀ Domina Horoscopi, est in sexta, in sua exaltatione & à maleficis libera. Hunc scribit Gauricus, usque ad annum 28. ægrotasse nunquam.

Vincentius Laurea. fol. 300

III. Maleficus Planeta in sexta domo, læsus ab altero malefico, uel eidem coniunctus in ♈, ♉. ♋, ♏, ♑, ♓, ac chronicis passionibus sæuissimisque morbis afflictum corpus decernit, præsertim si alter eorum prærogatiuam aliquam in horoscopo habuerit, uel Dominum horoscopi, aut alterutrum luminare afflixerit. Exemplum huius aphorismi uide in Cardano, genitura secunda commentariorum Ptolemæi, in genesi Iohannis Amulthonis Archiepiscopi Scotiæ. Is habuit Saturnum & Martem platicè coniunctos in Scorpione & domo sexta, quorum Mars, & dominum horoscopi Mercurium & alterum Luminare partiliter affligebat. Hunc scribit Cardanus fuisse ualetudinarium, & magna cum pertinacia, morbum inexpugnabilem & sæuissimum ex pituita exortum esse affirmat.

Archiepiscopus Scotiæ Iohannes.

In genitura Erasmi Roterodami, malefici sunt in ♓, in signis contiguis, debiles quorũ alter etiam Dominum Horoscopi ☍ radio ferit, ad quæ incommoda accedit etiam combustio Lunæ. In tota igitur uita sua, acerbissimos calculi dolores perpessus est, podagræ, aliosque graues morbos, qui à cerebro originem duxerunt.

Erasmus Roterodamus calculo laborauit. fol. 144.

In themate Iohannis Albetti Marchionis, Archiepiscopi Magdeburgensis: Luna fuit in ♈, in domo sexta, & circumsessa à Marte, qui & ipse Lunæ iunctus in ♈ retrogradus, & à Saturno in Tauro, opposito uerò Solem Mars afflixit, dominus Horoscopi. Sol quoque & Mercurius ex diametro pugnant. Fuit igitur assidua morborum sæuicia, ac naturali quadam inclinatione stellatũ, ualetudinarius fuit.

Iohannes Albertus Archiepiscopus Magdeburgensis. fol. 299.

IIII. Dominus primæ in sexta, per se debilis & in signo noxio, aut à maleficis afflictus, ualetudinarium, aut sæpius in uita cum aduersa ualetudine conflictantem decernit.

V. Infausta ualetudinaria constitutio est illa quoque, in qua malefici debiles supra significatores ualetudinis, uersus medium cœli eleuantur. Dicitur autem hoc loco eleuatio Planetę, cùm fuerit supra finitorem circulum, aut alium significatorem quemcunque subleuatus uersus medium cœli, seu in altiore loco figuræ cœlestis positus, respectu significatoris.

Quid eleuatio Planetæ?

VI. Malefici supra significatores ualetudinis eleuatio, si ipsos quoque grauiter affligunt, nonnunquam uitia potius & alia magna pericula, quàm morbos decernunt.

Illustria exempla huius capitis.


PRIN-


PRINCIPIS BARNIMI, Ducis Pomeraniae Senioris, &c.


ANNO
1 5 0 1.
Decembris
D. H. M.
2. 8. 14.
A. M.
Polus 54. Gr.


IOHANNIS ALBERTI Marchionis & Arc' iepiscopi Magdeburg &c.

ANNO
1 4 9 9.
Septembris
D. H. M.
20. 20. 26.
P. M.


Iohannes Archiepiscopus
Scotiæ, Anno
1 5 1 2.
Februarij
D. H. M.
30. 10. 0.
P. M.
Polus 57. Gr.


Vincentius Laureus
A N N O
1 5 2 3.
Martij
D. H. M.
28. 6. 11.
P. M.





Placidè hic optimæ spei artiū Magister, studiosus Medicinæ mortuus est Brandburgi, Anno 1563. Ianuary, 21 d. h. 14. M. 30. P. M.

Hic triennio ante mortē affecta ualetudine usus, cibum in uentriculo retinere nō potuit. Quotidiano uomitu tādem uires prostratæ sunt totius corporis.

DE DOLORIBVS OCVLORVM ET COECI-
tate, ex suffusione alijsq; periculis Aphorismi memorabiles.

I. APHORISMVS.

LVminaria utraque, aut alterutrum, constitutum in uia lacteæ, aut cum stellis nebulosis, aut opposita ad inuicem, & afflicta à maleficis, ☌, ☍, aut □, uel Sol Quadrato affligens Lunam sic constitutam, præsertim in ortu, occasu aut in sexto ab horoscopo loco; uel cæcitatem, si utrumque Luminare sic constitutum fuerit: uel alterius oculi priuationem, minatur: Dextri quidem, si Sol: Sinistri, si Luna hôc modo afflicta & constituta fuerit. ♄ quidem, ex suffusione seu catarro aliquo ad oculos defluente, ♂ ex ictu & uiolentia, &c.

Quòd si aspectus aliquis beneficorum intercesserit, aut Luminaria absq; maleficorum radijs malignis, in locis supra dictis constituta fuerint, mitigari quidem periculum potest, non tamen omnino auerti. Fieri enim potest, ut cæcitatem quis effugiat, sed dolores oculorum & debilitatem uisus tamen sentiet. Vnde tales plærumque, quibus Luminaria (quæ oculis præsunt) ita affecta fuerint, habent uel hebetem uisum & obtusum, uel luscum, uel cæcutientem.

Vide in Cardano de Genituris memorabilie exemplum genit. 86.

GENESIS IN CARDANO LXXXVI.
Oblæsi oculo.

Nascitur, Anno
1 5 2 9.
Februarij
D. H. M.
7. 4.
P. M.
Cor cœli 30.10.♉.

Sumatur ex Cardano.

TERMINI, VIAE [illegible]EÆ SIVE GAlaxiæ sunt in [illegible]co.

EXoritur Lacteus circulus in septentrionali parte Zodiaci circa 20. Gradum ♊, & extendit sese usque ad primum gradum Cancri. Deinde in meridionali parte Zodiaci opposita à sexto Sagittarij usque ad 16. Grad. eiusdem signi, circa quem rursus euanescit. Denique rursus aperit sese circa 24. Gr. ♐, & circiter quintum gradum Capricorni terminatur. In his igitur spacijs intermedijs Zodiaci, Luminaria si extiterint, in uia Lactea esse dicuntur.

NEBVLOSAE STELLAE QVAE SINT.

NEbulosæ stellæ, in hac consideratione, maximè efficaces in his Zodiaci locis constituuntur.

Præsepe, hodie est in 1. Grad. 22′. ♌.

Pleiades in dorso Tauri, circa 23. Gr. 24′. ♉.

Coma Berenices hodie est in 15. Gr. 23′. ♍.

Nebulosa Scorpij est in 22. Gr. 12′ ♐.

Nebulosa in oculo ♐ est in 6. Gr. 12′. ♑.

Huc etiam refert Pontanus lib. 10. de rebus cœlestibus Linum Piscium, in dodecatemorio ♈ & caput ♈, præsertim circa 2. 4. 13. & 25. aut 26. ♈ Gradum.

Orionis nebulosa est in 18. Gr. ♊.

Stella capuli, ensis Persei est in 19. Gr. ♉.

Nebula in capite Persei, in 20. Gr. ♉.

Exempli causa: Quidam Patricius Vratislauiensis Dominus Iacobus Rudingerus, habet Lunam circa Pleiades in opposito Saturni. Is positus oculum sinistrum ei ex suffusione ei ademit, & in altero oculo periculum metuendũ est, propter Solem non longè à Præsepe cum Marte constitutum. *Exemplũ Patricij Vratislauiensis.*

Alius quidam habuit Solem in initio Leonis circa Præsepe, in opposito Lunæ & Saturni, utroque Luminari simul in Quadrato partili malefici Martis constituto. Huic oculi effossi sunt. *Exemplum alicuius, cui oculi effossi sunt.*

Alius quidam habuit Solem circa Linum Piscium in coniunctione Martis. Huic dexter oculus ultimo chordæ nodo casu excussus est.

II. APHORISMVS.

LVminare conditionarium, id est, Sol in diurna genitura & Luna in nocturna, iunctum corporaliter malefico, uel si eidem Luminari, aliquis maleficorum successerit, aut etiam antecesserit, ita ut ratione primi mobilis uel Luminare in locum à malefico infectum, uel maleficus eodem motu in locum Luminaris feratur, periculum cœcitatis, aut certè graue uitium in eo oculo minatur, cui Luminare hoc modo constitutum præest. Nam progrediens maleficus hoc modo ex illo loco, quem pridem Luminare tenuerat, uel Luminare progrediens in locum Malefici statim eum præsentia sua inficit caussasque naturales excitat, quibus nati illius oculo uitium affertur. De hoc Aphorismo scribit Gauricus, quendam Venetum habuisse Solem temporis Luminare ab Opposito Saturni afflictum, qui successit motu primi mobilis in locum à Marte infectũ, quæ sanè constitutio dextri oculi aciem ei hebetauit. *Gaurici aphorismus notabilis.*

Sic quidam Patricius Bononiensis, debilissimum habuit uisum. Sol enim fuit in uia Lactea cum nodo austrino, ac proximè motu diurno delatus est in locum à Marte infectum. *Patricius Bononiensis.*

Exemplum Cardani. Cardanus genituræ positum in [illegible]. numero in opere geniturarum) in qua Sol cum nebulosa in capite G[illegible] existens, statim successit motu primi mobilis in locum Saturni, supra om[illegible] Planetas, in medio cœli eleuati. Hunc ludendo sibi dextrum oculum effodisse scribit.

III. APHORISMVS.

Luminaria opposita, præsertim ex Angulis, si fuerint libera à maleficis, luscos atq; strabos decernunt oculos.

Si alterutrum fuerit cum stellis nebulosis, aut in uia Lactea, & simul læsum ab alterutro maleficorum, alterius oculi cœcitatem, aut certè hebetudinem decernit.

Gaurici exemplum, de quodam Lypsense. Si utrumque: utriusque orbitatem promittunt. Sic quidam Lypsensis cuius meminit Gauricus, tractatu sexto, Luminaria opposita habuit in angulis, & affligebantur ei Quadrato Martis partili, altero eorum non procul distante à capulo ensis Persei. Is igitur utroque oculo orbatus est.

IIII. APHORISMVS.

Luminaria utraque cum stellis nebulosis, aut in uia Lactea existentia, extra radios maleficorum, sed sese inuicem tamen affligentia, luscos aut strabones decernunt.

V. APHORISMVS.

Luminaria utraque, uel alterutrum obsessum, aut afflictum à maleficis radijs maleficorum, extra tamen uiam Lacteam, aut stellas nebulosas, periculum cœcitatis, aut grauem oculorum morbum decernit, nisi beneficus aut corpore, aut radio interuenerit, quod cum fit, cœcutientes, uel luscos, aut strabos ut plurimum efficit. Sic quidam habuit Solem in ♊, ab utroque malefico obsessum extra uiam Lacteam & Stellas nebulosas, ita ut Venus benefica corpore intercederet. Periculum igitur cœcitatis, & cœcutientes oculos decernit.

Victorini genesis. Sic Victorinus habet in genesi Solem cum obscura in scapula Sagittarij & Quadrato Martis partili ex angulis, quæ constellatio ei debilitatem uisus tribuit.

Henricus Rex Galliarum. Sic Henricus Rex Galliarum Solem habuit obsessum à maleficis circa Linum Piscium, utriusq; Quadrato radio. Confossus est ei oculus in hastiludio, anno 1559. & ex illo uulnere mortuus est.

Fridericus Brandt uir nobilis. Memorabile huius aphorismi exemplum, est in genitura uiri nobilis & præstantis Friderici Brandt de Lindouu, Domini in Vuisenburg. Is natus est in quadrato Solis & Lunæ partili, Sole motu proprio properante ad Præsepe, Luna uerò recedente à Coma Berenices, & spacium cœli interceptum inter Luminaria Maleficæ stellæ inficiunt, quorum coniunctio accidit eodem anno genituræ, in Leone. In Cancro uerò præcessit natiuitatem Eclipsis Solis, quæ in cuspidem regalem incidit. Hic positus grauiter ipsius affligit oculos, sæpe etiam ex calidis catarris cœcitatem minatur, & malum hoc plurimum auxit anno ætatis 27. profectio Ascendentis ad □ ♄ & ♂.

Genesis huius uiri nobilis. Nascitur autem Anno Christi 1536. Iunij die 25. H. 21. 56. P.M.

tempore examinato per Trutinam & Accidentia, Horoscopus est 18. Grad. 59. ♍. Cor cœli


15. Grad. 32. ♊.

LOCA


LOCA PLANETARVM IN HAC Genesi sunt.

	Iuxta Copernicum. G. M. S				Iuxta Alphonsinos. G. ′ ″				Differentia calculi. G. ′ ″		
Sol	14	37	38	♋	13	43	18	♋	0	54	20
Luna	12	56	17	♎	10	31	9	♎	2	25	8
Saturnus	20	59	54	♌	22	28	0	♌	1	28	6
Iupiter	13	4	56	♈	13	40	0	♈	0	35	4
Mars	9	51	30	♍	7	49	0	♍	2	2	30
Venus	17	11	53	♊	17	5	0	♊	0	6	53
Mercurius	26	37	11	♋	14	56	0	♋	11	41	11
Caput Draconis	0	20		♋	29	26	0	♊	0	54	0
Cauda Draconis	0	20		♑	29	26	0	♐	0	54	0

GENESIS NOBILIS, VIRI DOMINI FRIderici Brandt de Lindouu, Domini in Vuisenburg &c.



Cæca



VI. APHORISMVS.

LVna lumine diminuta, & à maleficis afflicta, sinistri oculi amissionem decernit. Quòd si simul tunc fuerit in uia lactea, aut cum stella nebulosa, uel dominium in sexta habuerit, eò deterius erit.

Quòd si à Marte læsa fuerit, præsertim ex angulis, uitium inferetur aut ferro, aut igni, aut ictu, aut ui quapiam externa.

Quòd si Lunam Quadrãgulo aut opposito radio, ☿ simul afflixerit, uitium expectandum est gymnicis palestricisq; certaminibus & ludis.

Si Saturnus fuerit autor illius mali, à uitiosis humoribus, & pernitiosa suffusione originem ducet. Sic Cardanus 86. genitura exemplum tradit alicuius, in cuius genesi, Luna Lumine diminuta afflicta est. Quadrato Saturni partili ex angulo medij cœli. Hunc scribit circa annum XIIII. ex phlegmone in palpebra sinistra, magnum periculum amissionis oculi sensisse, &c.

Exemplum ex Cardano.

Plura de oculorum ægritudinibus uide in Pontano lib. decimo de rebus cœlestib. cap. 2.


Pontanus.

II. DE DIFFICVLTATE AVDITVS.

DOminus sextæ, si fuerit maleficus, debilis, & ab altero malefico impeditus difficultatem audiendi decernit. Sic quædam puella habet Saturnum Dominum

Dominum sextæ eleuatum uersus Medium cœli super reliquos Planetas, debilem, & Quadrato Martis afflictum. Hic positus surditatem ei tribuit, qua ab ineunte ætate laborauit.

EXEMPLVM GENITVRAE, INGENIOSI VIRI, *laborantis ex difficultate auditus.*



Hic omniũ bonarum rerũ est studiosissimus, & imprimis medicinæ, quã exercet feliciter.

III. DE LINGVAE VITIIS ET IMPEDIMENTIS.

Testatur experientia, linguam suis quibusdã laborare uitijs, sicut & pedes. Nam ut alij claudicant, ita alij balbutiunt & hæsitant, uel prorsus sunt muti, uel blæsa lingua utuntur, ac sæpe ætate linguæ illa aliaq́ uitia corporis corriguntur. Quinetiam postquam ætate lingua perfecta est, uitio tamen naturæ segnior nonnunquam, & ad efferenda uerba ineptior redditur. Videmus alios, quod lingua inter enuntiandum, tanquam in cursu retenta, sistat, & offensaculo impedita hæsitet, nunc literam quampiam, nunc syllabã prętermittat, & hi balbi dicuntur: alios, qui has aut illas literas efferre prorsus nequeant, qui blæsi uocantur. Sunt etiam, qui præter hæsitationem alias alijs literas coniũgere, ac simul continuare nequeant, hiq́ ab hæsitatione ipsa nomẽ ducũt hæsitantes. Hæc uitia ab hebetudine & imbecillitate eueniunt, quod lingua idonea parum sit illis, quæ animus & intelligit, & concipit, exprimẽdis, cui ut officio suo liberrime uti ualeat, celeritate ac uolubilitate maxima opus est. Sæpe etiam ex nimio humore linguæ uis prosternitur, quę nimiam humiditatem propter motus tarditatem refugit, cùm hic neq́ motari os succidentibus neruiculis, neque ipsa festinare ad frangen-

Balbi.
Blesi.
Hæsitantes

frangendam uocem, atque in arctus suos redigendam possit. Cùm igitur de linguę dispositione pronunciandum est, considera statum Mercurij & Saturni, qui cùm Sole in genitura, partiliter cõiuncti in cardine præsertim ortus uel occasus, ac Lunæ configuratione, ac Mercurio simul existente occidẽtali, hic positus linguæ uitium minatur: aut enim balbutiens natus, aut blæse, aut hæsitanter loquetur. Mercurius enim linguæ & orationi præsidet, hinc à Saturno & Sole afflictus, accedentibus Lunæ noxijs radijs, linguæ malum habitum tribuit. Mitigat hoc malum Mars coniunctione sua obsistens aut Lunæ occurrens radijs beneficis, propter insitam suam celeritatem & uigorem.

Vnde de linguę dispositione pronunciandum sit. ☿.

Sic Mercurius debilis, id est, combustus, retrogradus, aut in detrimento suo, aut casu, in malo cœli loco, stupidum & fatuũ decernit. Quòd si simul sit in malefici, præsertim ♄ & Lunæ inimicis radijs, uel ei motu diurno maleficus succedat, uel eum antecedat, ita ut alter in alterius locum incurrat, Mercurio aut malefico in sexta existente, aut dominium in eo habente, aut omnino mutum, aut impeditæ linguæ hominẽ decernit maximè sic constitutus in ♉, ♋, ♏, & ♓, quæ signa dicuntur muta & uoce carentia. Sic quidem futurus & mutus, habuit ☿ in octaua sub radijs, & detrimento, retrogradum, à Saturno domino sextæ pessimè affectum in Piscibus. Sic in genitura filij Cardani Albi Vrbani, ☿ in ♉, circa Pleiades affligitur ab ☍ ♄, radio in sexta dominium habentis, Luna simul in ♓ Lumine diminuta, & à ♂ ex angulis impedita existente. Hunc Pater Cardanus testatur mansisse mutũ usque ad annum quintum, & postea linguã esse solutam. Gauricus muti exemplũ ponit ultima genitura, Comitis cuiusdã, qui ☿ circa Pleiades à Sole combustum, & ab utroque malefico obsessum habuit.

Cõstellatio mutorum, aut illorũ, qui sunt linguæ impeditæ.


ADDAM MEMORABILE EXEMPLVM.

Nascitur puella surda & muta, Anno 1561. Nouembris D. H. M. 16. 5. 48.

Sic impeditæ linguæ sunt, quibus Ascendens, dominus Ascendentis, & ☿, in signis mutis, & in □ uel ☍ ♄. uel qui omnes Planetas habent in signis mutis. Pro magnitudine autem infortunij, de impedimento linguę est pronunciandū. Cùm enim omnes isti significatores sunt in mutis signis impediti, natus erit mutus. Si aliqui uerò in signis mutis & impediti, aliqui uerò in signis uocem habentibus, & in bonis aspectibus ♃, ♀, aut ♂, natus erit blæsus. Ac semper principales significatores consideradi sunt, & ex multitudine testimoniorum aliquid certi est pronunciandum.


IIII. DE DOLORIBVS DENTIVM.


SAturnus combustus à Sole, in signo aqueo, ut Cancro, Scorpione, aut Piscibus, amissionem dentium cum grauissimis doloribus decernit, præsertim in Horoscopo ita constitutus, uel in sexta domo dominium habens. In alijs autem signis, sic combustus dolorem potiùs, ex crebro defluxu pituitæ ad gingiuam decernit. Vt in themate Facij Cardani, Patris Hieronymi Cardani, qui omnes dentes amisit anno ætatis 58. fuit à Sole combustus Saturnus in signo Cancri, & quidem in Horoscopo.



Franciscus

Mortuus est Anno 1560. die 5. Decembris ex exulceratione mandibulorum.





I. APHORISMVS.

NOtum est dictum Ptolemæi Aphorismo 74. Quicunque Martem Ascendentem habet, omnino cicatricem in facie habebit, præterquam si Mars signi dominus fuerit. Tum enim domum suam tueri dicitur, quam cum tuetur, non fœdabit os eius, in cuius genitura in ♈ aut ♍ horoscopabit, quam correctionem Pontanus scribit, se in græcis quibusdam codicibus legisse. Sic quidam Petrus Carapha, ut Gauricus scribit, Martem habuit horoscopantē in Geminis. Perpessus est igitur, in prima ætate, duas cicatrices. Alius quidam Ieronymus Vrsinus Romanus Martem habuit in Leone, in Horoscopi linea. Is ex uulnere in capite mortuus est.

Petrus Carapha.

Ieronymus Vrsinus.

II. APHORISMVS.

SImiliter uulnera aliaque incommoda corporis grauia decernunt malefici, oppositi ex angulo orientis, præsertim si in signis aereis, aut formam hominis habentibus, ambo aut alteruter fuerit, ut sunt ♊, ♍, ♒, & prior pars ♎.

Vel idem præstant Malefici horoscopo dominantes, & sese inuicem ac alterius Luminare infestantes, in signis humanis aut aereis, aut supra luminaria peregrini ac debiles, uersus Medium cœli eleuati. Horum Aphorismorum aliquot exempla extant apud Gauricum, & Cardanum.

Quidam Neapolitanus uulnera multa in capite, facie & humeris habuit, in cuius genitura malefici opponebantur ex angulo Orientis, altero eorum in signo humano, uidelicet uirgine existente.

Neapolitani genesis.

Quidam Florentinus Cardinalis, habuit in genitura Martem Dominum Horoscopi, affligentem Lunam Quadrato radio partili, Saturnum uerò platico in signo humano, uidelicet Geminis supra Luminaria eleuatum uersus medium cœli. Is perpessus fuit in capite uulnera septem, & plæraque alia in pectore.

Florentinus Cardinalis.

Sic in genitura Marci Antonij Columnæ ♄ Dominus Horoscopi, in signo humano, uidelicet ♍, ac Soli coniunctus, affligebatur □ ♂ partili, Luminari nocturno assistentis. Hæc sanè constitutio non tantum periculosa uulnera, sed etiam uiolentam mortem portendit. Globo enim traiectus interijt.

Marcus Antonius Columnæ.

Sic Franciscus Roscius Rauennates, duo uulnera habuit in capite, & unum in sinistro crure. Is habuit Dominum Horoscopi ♄ in ♌ signo humano, supra luminaria uersus Medium cœli eleuatum, & □ ♂ platico in ♎, quo signum coxis & femoribus præest, læsum.

Franciscus Roscius.

III. APHORISMVS.

LVna & Mars coniuncti uel oppositi in angulis, si ambo uel alteruter fuerit in signis aëreis, præcipuè ♊ aut ♍, uulnera & Læsionem corporis decernit. Si in domibus aut exaltationibus maleficorum, homicidas portendit. Talis est constitutio in genituris Augustini Landi, & Iohannis Angosciolæ, qui Ducem Petrum Aloisium Farnesium, Pauli III. Pontificis filium, interfecerunt. Habuit enim uterque, ut Cardanus docet in lib. geniturarū duodecim, themate undecimo, Lunam oppositam Marti, in angulo medij cœli, & in signis maleficorum.

Augustinus Landus.

Iohannes Angosciola.

IIII. APHORISMVS.

QVòd si Luna hoc modo constituta simul fuerit, cum stellis fixis uiolentis, ut sunt Caput Medusæ, oculus Tauri, Hercules, Cor Scorpij, & Lanx australis, ac dominium in prima habuerit, aut hemoptoicos, id est, sanguinem excreantes, aut phthisicos, seu qui sibiipsis manus inferent, decernit. Talis est genitura alicuius apud Cardanum, qui Lunam habuit dominā horoscopi, iunctam

Exemplū Cardani, de aliquo qui sibi mortē intulit.

Marti, cum lance Australi, quæ sanè constitutio, ut uiolenta per se fuit, ita ipse iugulo sibi abscisso mortem sibi intulit. Et in genitura Gualtheri quàm Cardanus ponit, Luna domina primæ Marti iuncta fuit in Scorpione. Mortuus est uiolentissima hemorrhoide.

V. APHORISMVS.

DOminus primæ in sexta ualetudinarios decernit. Quod si fuerit Saturnus debilis & afflictus à Sole aut Marte, aut coniunctus Lunæ, caput catarrosum & forte corpus paralysi obnoxium decernit.

VI. APHORISMVS.

Leprosi. QVod si hoc modo constitutus fuerit cum Sole, in sexta combustus, Lepram portendit. Talis est genitura cuiusdam, qui Dominum primæ in sexta Saturnum à Sole combustum in Cancro habuit. Laborauit igitur lepra in oculo sinistro.

VII. APHORISMVS.

IN alijs uerò signis uidelicet Tropicis, præsertim uerò in ♎ & ♑, ita in sexta, à Sole combustus, uel hydropicos, uel assiduum urinæ fluxum decernit.

VIII. APHORISMVS.

IN Scorpione, propter domicilium Martis ita constitutus, ut plurimum phthisicos, ac scabie tetra, ac ulceribus erodentibus laborantes, portendit.

IX. APHORISMVS.

SAturnus in Piscibus ita constitutus, podagricos, aut assiduum fluxum in pedibus significat.

X. APHORISMVS.

DOminus primæ ♂ in sexta, si fuerit debilis, & à Sole combustus, uel alioqui impeditus, febres acutas aut tertianas, & combustiones decernit, præsertim in signis igneis. In aqueis uerò dissenteriam aut fluxum alui periculosum.

XI. APHORISMVS.

IVpiter Dominus primæ in sexta, à ♂ afflictus, inflammationem Epatis, aut rubedinem faciei, aut pustulas in ea decernit.

XII. APHORISMVS.

IVpiter hoc modo constitutus, à ♄ læsus, dolores capitis & spinæ dorsi passiones, aut difficultatem spirandi, uel anginam portendit.

XIII. APHORISMVS.

IDem decernit ♃ Dominus sextæ, in prima uel septima constitutus, & hoc modo afflictus.


XIIII. APHORISMVS.

SOl Dominus primæ in sexta, uel ipse Dominus sextæ existens, si à maleficis afflictus & debilis fuerit, cardiacas passiones & tremorem cordis decernit. *Tremor cordis constellatio.* Vt in genitura Hieronymi Cardani ☉ in 6 in suo casu debilis, decreuit ei tremorem cordis, quo se laborasse scribit, usque ad annum XXVII. suæ ætatis.

XV. APHORISMVS.

♀ Domina primæ in sexta, uel ipsa Domina uitæ existens, debilis & à maleficis afflicta, epatis & stomachi imbecillitatem tribuit. In mulierum uerò genituris sic constituta, passiones matricis, difficultates partus, aliaque incommoda decernit.

Thomas



Hic puer incedens toto corpore tremit, quasi mox in terram collapsurus.
Ita enim mater grauida ebrium hominem incedentem uiderat.

XVI. APHORISMVS.


Vna hoc modo constituta domina primæ, in sexta, à Saturno afflicta, plærumque colicas passiones, tormina uentris, & dolores intestinorum, præsertim in ♍ aut ♎ decernit.

XVII. APHORISMVS.

Sol & Saturnus coniuncti aut oppositi, in signo aqueo, aut podagram, aut colicam passionem portendunt. Sic quidam Cardinalis Hieronymus Aleander, ex colica passione mortuus est. Habuit enim Solem in ♓ platicè Saturno oppositum, qui retrogradus fuit in ♍. *Hieronymus Aleander.*

Exemplum huius capitis de uulneribus præbet nobis genitura uiri nobilis D. Henrici de Lude, qui sæpius lethaliter in capite & toto corpore uulneratus, saluus tamen euasit & conualuit. Is natus est Anno Christi millesimo quingentesimo trigesimo quinto, Ianuarij die duodecima, inter primam & secundā noctis. In Italia uulneratus est in capite & dextro brachio Anno 1563. Nouembr. tertia die, hora sexta.

Nascitur nobilis uir Henricus à Lude, Anno 1535. Ianuarij D. 11. Hor. 14. Min. 39. P.M.



Latitud. Planetarum.			
☽	4	52	S. A.
☿	2	55	S. A.
♀	0	28	S. D.
♂	0	5	M. D.
♃	0	33	M. D.
♄	0	43	S. A.
☉	0	0	0. 0.

Antiscij Planetarum.		
♄	21	♉.
♃	18	♏.
♂	16	♐.
☉	28	♏.
♀	13	♐.
☿	16	♏.
☽	22	♌.

VI. DE MORBO EPILEPTICO ET COMITIALI.

EX Cerebri uitio manat comitialis morbus, qui caducus nunc dicitur, Græco nomine ἐπιληψία, quo ubi quis capitur, è uestigio cōcidit, oreq; spumas agit, pòst uerò interiecto tempore, quo iacuit, excitatis sensibus ad sese redit, seque ipse solo tollit. Hoc malum, ex peruersis maleq; affectis & contaminatis humoribus contrahitur, dum uel quantitas est superfluens, uel qualitas ex perniciosa commixtione deprauatur, uel ipsemet humor à principio malè constitutus, progressimq; habitum deteriorem induit. Sunt autem Epilepticorum tales constitutiones.

Constitutiones naturales Epilepticorum.

LAPHO

I. APHORISMVS.

MOrbo comitiali laborabit is, in cuius genitura Luna Horoscopum tenēs, ex opposito in occasu habet ☿ & ♄. Et hæc quidem constellatio, non tantum cerebrū uitiat, sed etiam ingenium obtundit, corrupto Mercurio. Quare idem simul futurus erit lentus, ignauus, fatuus & stultus.

II. APHORISMVS.

EOdem morbo laboraturus uidetur, cui in genitura Mars & Saturnus è solidis signis & oppositis locis sibi mutuo aduersantur, alter in ortu, alter in occasu, uel alter in imo, alter in culmine cœli. Eundem morbum generant, constituti hoc modo, in tropicis signis, quæ maioris sunt prærogatiuæ, & tunc morbus uix sanari poterit. Quod si fiet eadem configuratio in signis duplicibus, ad morbum corporis animi quoq; ægritudo accedet.

III. APHORISMVS.

♂ & ♃ sese inuicem percutienres, alter è cœli culmine, alter ab imo, eundem hunc morbum afferent uitiatis humoribus, qui tamen sanabitur, præsertim ubi erunt in finibus suis, aut terminis permutatis. Ac uincet tandem Iouis salutaris benignitas, sed post 12. aut 15. annum nati. Si ♃ potentior fuerit, in hac configuratione, succedet sanitas post annum duodecimum, ex quo morbus iam cœpetit. Sin ♂, post quintum decimum Hi enim sunt anni utriusq; Planetæ.

IIII. APHORISMVS.

♂ & ♄ in duplici aut tropico signo positi siue iuncti, in cardine cœli, aut in sexta, aut duodecima, quæ loca sponte sua sunt malefica, accedente simul Solis & Lunæ coniunctione, aut Luna luce omni uacua aut plena, hæc constitutio, uitiatis ex omni parte humoribus, non modo uitiato cerebro epilepticum efficit, sed sæpe etiam insanum decernit.

V. APHORISMVS.

♄ in cardine occidentali, Lunam in cardine aspiciens □ aut ☍, accedente coniunctione partili ♂ & ☿ in tropico signo intuentes Lunam & Saturnum quocunq; aspectu, eundem morbum & insaniam minatur. Vbique enim in his configurationibus Mercurius à maleficis stellis uerberatus, cui præsidet, mentem infectus ipse inficit.

VI. APHORISMVS.

IVpiter superiore è loco, Martem aspiciens, illius rabiem moderatur, & Lunam ad se proficiscentem, aut benignè accipiens aut iamiam acceptutus, morbi curationem pollicetur, uitio ipso per uomicam expurgato. Iupiter enim nato in graui periculo constituto, morboq; ex hoc laboranti, suppetias feret.

VII. APHORISMVS.

♂ & ♄ iisdem simul in partibus copulati, & in horoscopo collocati, in signo tropico seu duplici, ♃ in opposito constituto, hæc configuratio est epileptica, & furorem minatur. ☿ enim & ♃ domicilia hic corrumpuntur, & ♃ illum sub hoc positu natum, maleficorum improbitate confectus, liberare non potest.

VIII. APHORISMVS.

Luna medium cœli possidens, in duplici signo posita, ♂ in imo posito in si-

gno duplici, Saturno ab occasu utrique quadrangulãte, uitiosos humores decernit, qui hunc morbum excitabunt.

IX. APHORISMVS.

Luna Soli & Marti partiliter copulata in cœli culmine, eundem morbum ingerat: Si Saturnus simul accesserit ex coniunctione in culmine, aut Quadrato in occasu, mens quoque turbabitur.

X. APHORISMVS.

Sol, Luna, Mars & Saturnus, constituti in duplicibus signis cardinaliter, ita tamen, ut Sol in oriente positus Geminos teneat, Luna in ♓ culminet, ♂ sit in imo cœli in ♍, ♄ in occasu in ♐, comitialis morbus portenditur.

XI. APHORISMVS.

Eundem morbum portendit Sol in ♂ aut ♄ domicilio, in horoscopo cum ☿ partiliter constitutus. Sæpe etiam simul uiolentam mortem obnuntiat, cum fortunæ locus est in aliquo domicilio maleficarum, Sole cũ ☿ in Horoscopo, & ex occasu accedente ♂ & ♄ opposito radio.

XII. APHORISMVS.

Sic comitialis morbus insania & mors uiolenta, portenditur ei, qui ♄ aut ♂ habet in undecima, aut alterum in ♊, alterum Lunæ copulatum aut Quadrangulantem, pulsante simul ♂ aut ♄ Mercurium, quauis radiatione.

XIII. APHORISMVS.

Luna in horoscopo constituta, in opposito Saturni & Mercurij, eundẽ morbum minatur, simulque animi languorem & fatuitatem. Sæpe etiam uiolenta mors portenditur, si ♂ in hac configuratione cardinem occupauerit.

XIIII. APHORISMVS.

Futuri etiam sunt cum Lunatici tum insani, in quorũ genituris Luna & Sol partiliter cohærent, aut in cardinibus opponuntur, Marte simul aspiciente Luminaria aut Saturno ex Quadrato uel opposito, quod ex cardinibus fieri necesse est. Vnde maleficam uim acrius exercere possunt.

XV. APHORISMVS.

Eodem morbo capientur, qui habent ♃ in ortu, ♂ in occasu, ita tamen ut sese intueantur ♂, ☉, & Luna quacunque radiatione.

XVI. APHORISMVS.

Futuri quoque sunt aut Lunatici, aut insani, aut languido saltem corpore, quibus nascentibus ♄ est in culmine cœli, nocturno tempore, & Luna ab ipso ♄ ad Martis applicat coniunctionem.

XVII. APHORISMVS.

♂ in imo siue quarto loco positus in diurna genitura, & languore & comitiali morbo afficere consueuit: malumque crescet Sole constituto in horoscopo in Martis domicilio, simulque benefico Planeta in Martis domo. Hæc constitutio facit & insanos & Lunaticos.

Insani & Lunatici.

XVIII. APHORISMVS.

Sol in octaua, & Luna in opposito plena, aut Soli coniuncta partiliter eodẽm loco. Mars item & Saturnus ijsdem copulati, aut oppositi, aut quadrangulati, capitis grauedinem minatur. Hic enim positus uitiat humores, & cerebrum ita grauat & corrumpit, ut inde Lunaticus & comitialis morbus erumpat, natusque ipse sæpius eo morbo intercipiatur & inter loquendum desipiat.

Capitis grauedo.

Mutus

Mutus & fatuus nascitur,
ANNO
1 5 0 2.
Aprilis
D. H. M.
19. 16. 0.

Hic post quintum annum
cœpit loqui,
Anno
1 5 5 2.
Ianuarij
D. H. M.
21. 1. 15.

VII. DE INSANIA QVAE GRAECIS EST φρενῖτις.

Species p' renetic orum. Ex qua constitutione Coeli ma'ū illud colligi possit.

INsanorum alij furijs agitantur, terrenturq́ imaginibus, alij solitudines quęrunt, alij in risum soluuntur nimium, aut nimiam rursus in tristitiam deijciuntur, alij deniq; alio rapiuntur excessu. Alij sese Deos esse somniant, alij se mortuos existimant, alij uelut Sibyllæ futura prænuntiant. Ad hunc morbum animi potius affectionem, quàm corporis, gignendum, plurimum conferunt Martis & Saturni habitus in genituris, & Mercurij status. ♂ enim rufę, ♄ atræ bili, ☿ rationi præsidet, & ipsius effectiones atræ bilis quàm simillimæ sunt.

I. APHORISMVS.

☿ in ♍, id est, domicilio & exaltatione sua constitutus, aut in signo opposito, id est, Piscibus, in Horoscopo, & in Quadrato ♂ & ♄, natus ab insania uexabitur. Hæ enim tres stellæ cùm sese mutuo hostili modo exagitant, atram bilem mouent, ut inde mentis intemperantior agitatio subsequatur, imprimis ☿ existente in ♍.

II. APHORISMVS.

♂ & ♄, alter in culmine, alter in imo cœli, insaniam minãtur, à qua tandem sanabitur natus, si ☿ radiationem suam obiecerit. Quod si partiles omnino fuerint radij maleficarum, uix unquam sanabitur. Vbi uerò in suis finibus collocatæ fuerint, aut commutata sede, ♂ in ♄ finibus, ♄ in Martis finibus, alter imum, alter summum cardinem obtineat, spes est liberationis, cum ♂ 15. ♄ 30. annum confecerit, ex quo insania ipsa cœpit. Qua in re animaduertendum est, uter horum in configuratione sit potentior.

III. APHORISMVS.


♂ & ☿ in occasu, accedente Veneris coniunctione, non modò iecinoris uitia decernunt & occultam ualetudinem, sed etiam insaniam & atræ bilis uitia, delirium & mentis alienationem. Forsan & Cardiacum morbum, pro natura signi, adducit Sol in octaua, si tamen simul coniungantur Soli ♂ aut ♄, aut malefico radio ei insultent.

IIII. APHORISMVS.

LVna octaua in loco cum Sole, aut contra illum plena, in ☌ ♂ & ♄, ☍ aut □ non solum perniciosas ualetudines indicat, uerum caput ipsum & cerebrum, noxiorum humorum superfluentia, infestandum decernitur, ut qui sub hac configuratione natus fuerit, aut Lunaticus futurus sit, aut mẽte captus, aut uitiliginosus, aut pthisicus, aut hydropicus, aut elephanticus, forsan etiam paraliticus, aut claudus, aut gibbosus, aut mutilus, pro natura signi. Eadem uitia portenduntur. Si hæc configuratio Solis Lunæq́ contigerit non tantum in octaua, sed etiam in secunda, sexta aut duodecima.


Vide genesin Conradi Glaseri.

Nascitur



H[illegible] phrenesi laborauit longo tempore ex nimio amore puellæ. Postea conualuit.

NASCITVR qu[illegible]dam iuuenis, Melancholia extinctus, Anno ætatis suæ 27 post dies 198. [illegible] in phrenesin laborans ardentissima febri cum compleuisset annum Climactericum tertium ferè.



M[illegible] [illegible]us est ex Mel[illegible]cho-lia An. 1 [illegible] 6. uesperi circa ho. 7. D. 15. Octobris, cum [illegible] [illegible]isset annos ætatis [illegible] 6. dies 198. ferè.

VIII. DE NERVORUM VITIIS ET MORBIS.

Sol in sexta domo, ♄ in duodecima, inimica sese radiatione oppugnantes, ex locis maleficis, paralysin minantur. Sol enim cerebro præsidens à Saturno infestatur, qui pituitæ est excitator, & atræ bili præest, ex qua infestatione nervi elanguescunt, & tremorem contrahunt.

Eodem nervorum resolutione laborant illi, in quorum genituris ☽. ♂ & ♄ iisdem in partibus coniunguntur, in duodecima domo, Sole ex opposito illos oppugnante. Cùm enim Sol & Luna, Cerebri, cordis, vitæ & animalitatis, præsides sint, & à maleficis simul inficiantur ex infaustis locis, necesse est corpore perniciosis humoribus infecto, cerebrum quoque vitiari & expugnari.

IX. DE VITILIGINE, SIVE MORphea & impetigine.

I. Mercurius sexto in loco, Lunæ crescenti copulatus, vitiosas decernit valetudines, & corpus nati, in cuius genitura hoc evenerit, albis maculis inficit.

II. ♂ in ♋, ♏, aut ♑, aut ♓, Lunæ oppositus, impetiginem denunciat, aut scabiem tetram. Cùm enim ♂ natura fervens Lunam oppugnet, sanguis infestatur, & ex hac turbulentia scabies illa contrahitur.

III. Luna, ♄ & ♂ in æquinoctialibus signis pariter constituti, nati corpus & sanguinē ita inficiunt, ut is futurus sit, aut vitiliginosus, aut impetiginosus, aut leprosus. Et hæc vitia eò sunt maiora & acriora, quò stellæ potentiorem ad malefaciendum cœli locum obtinent. Idem positus scabiem minatur.

IIII. Luna in undecima cum Sole, ♃ in eodem loco cum Luminaribus, ♄ & ♂ horoscopum affligentes, alter ex □, alter ex ☍, præsertim maleficis constitutis in æquinoctiali signo, ♂ in ♈, ♄ in ♎: hæc configuratio elephantiasin denunciat.

V. Idem Elephantiæ morbus portenditur, diurna in genitura à ♂ ♀ & Luna, ubi in tropicis signis sibi diametrantur, Saturno easdem stellas aspiciente ex ♌ vel ♉, ♐, aut ♓.

VI. Luna in Tauro cōperta, natali tempore, ♄ opposita ex Scorpione adversante, aut mutata sorte, Luna in ♏. ♄ in ♉ nulla benefica radiatione intercedente qua Luna à Saturno protegatur Elephantiæ vitium minitatur. Lunæ enim & Saturni commixtio, in his signis, multum crassæ & salsæ pituitæ, nec non multum nigræ bilis gignit. Unde vitiatus sanguis elephantiam inducit.

X. DE CALCULO.

Calculi vitio solus homo vexatur, qui vesicæ admodum angustum os & canalem habet. Terreni igitur humoris, quicquid in illam intrusum est, ubi subsedit, nec propter canalis angustias excernitur, paulatim concrescit & arefactum à calore crassius fieri solet, ac particulæ illæ sibi inhærentes in calculi formam sensim transeunt, & dolor inde oritur in excernendo, propter canaliculi angustias. Totum hoc vitium est Saturni, qui sua natura maleficus, vesicæ & humori terreno præsidet.


Qui igitur ♄ habet cum ☿ in octava, in genitura diurna, calculosus erit, & vesicæ vitio laborabit.

♄ Perniciosis in locis constitutus, perniciosos & latentes humores excitat, eosdemque continuos, atque eò magis, si ♂ vires illi suas ad nocēdum porrexerit.

♄ & ♂ quocunque in signo simul positi, occultos corporis dolores exuscitāt, ac tum nervos, tum etiam stomachum & intestina infestant. Eidem in 6. aut 12. loco simul iuncti, præsertim in signo duplici aut tropico, aut si in eodem loco signi fortunæ stella partiliter inventa fuerit, non solum vitia & ægritudines corporibus minantur, verumetiam animo & menti, præsertim si etiam Luminaria □ aut ☍ feriant.

Hic

Hic eruditus uir ex nimijs studijs in phrenesin incidit.



CALCVLOSI INGENIOSI ET FORTVNATI



XI. DE HYDROPISI.

HYdropici futuri uidentur, in quorum natiuitatibus ♂ & ♄ in signis Tropicis constituti, Lunam quadrangulis simul radijs hostiliter pulsauerint. ♂ enim sanguinem uitiat ob nimium calorem & febres ardentiores. ♄ ob frigus & febres diuturniores. Ac signa hic tropica ualent plurimum.

Vnde fit hydropis. Hic morbus oritur, ut putant Medici modo ex mala iecinoris affectione, modo è malo stomachi habitu, sæpe ex renibus pulmone aut liene malè affectis, aut menstruorum hæmorrhoidum'ue uitio. Sæpè ex ardentissima & diuturna febri oritur, cùm iecur nullum sanguinem gignit, urit magis quam concoquit.

XII. DE CARDIACO.

Vnde fit hoc malum. CArdiacus morbus oritur ex nimia imbecillitate corporis & languente stomacho, quod malū pulsus imbecillus & sudor toto corpore prorumpens, declarat, pedibus tantummodo & cruribus siccis & frigentibus, cui uino succurrendum tradunt.

Hic morbus portenditur illis, qui in genitura ♂ habent in cardine aliquo, ☿ in eius □ aut ☍.

Sol in octaua, cum ♂ aut ♄ aut maleficorum □ uel ☍, delitos facit aut insanos, aut cardiacos, pro signi natura. indicant enim febres ardentissimas, è quarum nimio æstu, aut delirium oriatur, aut insania, aut bic ipse morbus Cardiacus.

XIII. DE DYSENTERIA, ET TORminibus uentris.

LVna in occasu posita, ♄ & ☿ in sexta constituto, obtinente fortunæ loco Lunæ aut Martis domicilium, tormina decernuntur. Cùm enim ♄ intestinis præsideat, ijs in locis ægritudo futura decernitur, & ex uitiatis bumoribus, præcipuè ex atra bile, propter ♄ & ☿, nec non ex copiosa salsa pituita, propter Lunam boroscopo minitantem, & ♄ pituitæ excitatorem è loco malefico. Signi quoq; Ascendentis natura, in quem bumorem morbus ipse inclinaturus sit, non parum indicabit. Ac fortunæ locus infectus à signi Domino plus nimio etiam excitabit & inficiet uitiosos bumores.

♄ cùm ♂ sexto in loco, uel à ♂ malefico radio □ uel ☍ percussus, occultos corporis dolores & bumores mouens torminosos qui dysenterici dicuntur, facere consueuit.

XIIII. DE TABE SIVE PTHISI.

TAbes omnium membrorum & totius corporis humectationem & uitale robur absumit paulatim, qua è re φθίσις à Græcis ob huiusmodi cōsumptionem dicta est. Facit autem Pthisicos Saturnus constitutus in diurna genitura, in Medio cœli, iunctus Mercurio, & Lunæ in extremo quadrante, ita ut in opposito aut Quadrato habeat Martem sibi repugnantem.

Quòd si Luna à ♄ recedens, ad ♂ applicet festinanter per coniunctionem, aut Lunaticos reddit, aut languidos.

In hac configuratione pthisica, Saturnus ob loci maiestatem, excitandis nociuis humoribus longè est ualentissimus, præsertim Lunæ imminutæ coniunctus. Eius malitiam auget Luna corniculata, unde destillationes continuæ à capite excitantur. Humores etiam exacuit Mercurius, conuersus, in maleficam

♄ na-


♄ naturam. ♂ quoq; calorem excitat, & sanguinem incendit. Non temerè igitur tabes hinc exoritur, cùm tot mala concurrant.

Item Saturnus Marti immixtus, & cùm ipso sexto in loco positus, quo è loco ualetudines maximè pullulant, modò pthisicos, modò disentericos facere consueuit.

Idem minatur, eodem in loco, ♂ aspiciens □ aut ☍ radio.

Item ♄ & ♂ inuicem oppositi, uomitum sanguineolentum prouocant. ♄ enim propter malum stomachi habitum uomitum ciet. ♂ uerò sanguinem reiectat. Forsan ambo & tussim mouent excreatus cruentos, & sputa cruenta.

EXEMPLA DVO ADMODVM MEMORABILIA genituraru, quarum prius est Erasmi Reinholdi, alterum honestæ matronæ utraq; persona in pthisin & tabe consumpta est.




Thema hic referendum, supra . 126

Moritur pthisi consumptus, Anno 1553. Mense Februario, Die 19. ætatis 42. climacterico sexto.

Pia &

Sputo sanguinis laborare cepit, An. 1570. circa tẽpus dierum Canicularium. Moritur placidè Anno 1571. Mense Februario, die 3. intra 5. & 6 H. vespertinam.



Mortuus est tabe, Anno 1509 die 17. Februarÿ mane, anno ætatis 21. completo, id est tertio climacterico.



XV. DE HERNIA.

Saturnus in occiduo cardine, Luna in alio aliquo cardine, Saturnum aspiciens □ aut ☍, minatur sectionem genitalium aut aliarum partiũ, quæ in corpore abditæ sunt. Si Luna fuerit lumine imminuta, sine præsidio Iouis ex sectione illa morietur. Luna enim imminuta, Saturno prorsus malè conciliatur.

Item ♄ & ♂ in Ascendente, in signo fœminino, copulati aut in cœli culmine partiliter iuncti, ♀ quoq; & ☿ constitutis in signis fœmininis, excisionem genitalium minantur. Hic positus in genesi puellæ, pudicitiam, quæ potissima laus est mulierum, prosternet.

Item Sol & Luna in fœmineo signo copulati, ☿ in signo fœminino, & in Horoscopo constitutus, natum ita exagitabunt, & animum eius ita perturbabunt, ut ipsemet castrationi causam præbeat, uel suis manibus uirile membrum amputet.

XVI. DE FRIGIDIS ET GLVTINATIS.

I. De his affectionibus ex mala Veneris constitutione iudicandum est. Cùm enim Venus est in occasu occidentalis, in Quadrato ♄, & mares & fœminas frigidos reddit, & à liordine alienos. Venus enim septimo in loco parum feliciter collocatur, opposito radio ferit Horoscopum, & Saturnus culminans frigus incutit, ut appetitus ille Venereus in uiris & mulieribus penè extinguatur.

II. Venus in occasu, cum ♄, ♃, & ☿, iisdem in partibus, aut imo cœli constituta, mares reddit frigidos, & mulieres steriles. Quod si tropico in signo copulatio hæc acciderit, puella conglutinata natura in lucem prodibit. Mars adiungens sese socium his Planetis, signa uirilitatis masculo adimit, & uim generandi aufert.

III. ♀ in domo ☿, aut finibus posita, ☿ in domicilio Veneris, aut eius finibus Luna in ♍, ♑, ♉, aut ♌, cæteris erraticis masculinæ qualitatis in signis fœmineis, fœmininæ uerò in masculis positis, quod sub hac constitutione nascitur, biforme esse solet, & neutram in partem sexus declinat. Vnde hermaphroditi dicti sunt, mixto Veneris & Mercurij nomine.

IIII. Luna in sterilibus signis posita, Saturno cõiuncta, Venerem percutiẽs, quacunq; radiatione, eunuchos facit, ita tamen ut ♀ sit in Saturni finibus, ♄ in terminis ♀, nec ♃ ulla radiatione iungatur. Luna enim in hac constitutione sterilescit, propter ♄ frigidum, signiq; qualitatem. Ac ♀ in ♄ finibus inuenta cõtorpescit, & ♄ Veneris fines frigore suo inficit. Ita natus uim uirilem, ob hanc tam perniciosam commixtionem amissurus est. Malum hoc mitigabitur. Vbi hæc ☌ accidit in signis terrenis, nec ♄ & ♀ sunt in commutatis terminis, & Iouis aspectus accedit.

V. ♀ in editissima cœli parte, cum Saturno collocata, aut à Saturno irradiata aliquo aspectu, Luna quoq; aspiciente Venerem □ aut ☍ aspectu, crescente ipsa lumine, è signo fœmineo, Marte quoq; percutiente illam hostiliter, aut in fœmineo tropico uel squamoso signo ut sunt Pisces ei copulata hic positus hermaphroditum faciet, aut eutrabit natum aut ad muliebria patienda impellet. Venus enim in hac constitutione, à ☽, ♂ & ♄, cum aspectu, tum copulatione infeliciter affligitur.

In hac constitutione Sol & Luna si fœminea signa simul teneant, aut una copulati, aut separatim incedentes natum aut spadonem facient, aut fortu hermaphroditum.

VI. Futuri etiam sunt spadones, ubi ♀ in domo ♂ posita, siue in ortu, siue in culmine, Mars & Saturnus in permutatis domicilijs opposito radio ex iisdem gradibus partiliter ipsam affligent.

VII. Erunt etiam aut steriles, aut forte spadones, hermaphroditi'ue, quibus Venus à Saturno affligitur aspectu, Luna & Marte sibi inuicem oppositis, &

Mercurio

Mercurio tenente medium cœli. Hæc constitutio est potentior, cùm ex angulis accidit.

VII. Sic fœtum euirabit aut sterilem reddet Venus cum Sole, ♄ & ☿, posita in occidente.

IX. Eodem malo afficiet, Sole & Saturno tenente occasum, ipsa Venere cum Mercurio sexto in loco aut duodecimo. His si ♂ copulatur, aut aliqua irradiatione conciliatur, duplici sexu fœtus sæpe fœdatur. Breuiter ex Venere malè constituta de sterilitate aut duplicitate, imperfectione sexus aut euiratione iudicandum est.

XVI. DE FOETIDIS.

SIc fœtidos & malè olentes reddit ♀ malè constituta in ♑, quòd Saturni domicilium est, à Saturno opposita è regione infecta. Nati enim illius humores & inficiuntur ob cruditatem, & corrumpuntur adeò, ut malè prorsus, ob incoctionem eorum grauiterque oliturus sit, Saturno præsertim impugnante, à quo malè concocti humores iidemque terreni, maleque resolubiles excitantur.

Venus igitur odorum artifex, & à signo & à signi ipsius Domino corrupta, fœteat necesse est, quando odores ipsi, corruptis & fœtentibus rebus immixti, fœtorem ipsum augent.

Sæpè etiam eadem configuratio mulierum odium prouocat, & infames coitus decernit.

XVII. DE CALVITIO.

VEnus partiliter suoque in domicilio culminans, caluitium portendit, Luna quoque posita in cardine transiente signi partes, quæ glabræ & leues sunt in animali, imprimis Sagittarium perambulante, ita ut maleficæ simul sint in signis tropicis seu solidis sextæ domus.

Causam hanc reddit Pontanus: Venus in sua domo posita & cœli culmine, natum ad Venerem procliuiorem facit, & ex hac intemperantia cerebrum refrigescit, quod sua natura est frigidissimum, unde ob resolutionem caloris, alimentum capillorum deficere necesse est, sicut in arborum frondibus idem accidere uidemus.

Solida signa sunt ♉, & ♌, ♏, & ♒.
Tropica signa sunt, ♈, ♋, ♎, ♑.

XVIII. DE CANITIE ET SVRDITATE.

CAnitiem senectus ipsa secum affert, quæ hominis propria est, paucis etiam alijs animalibus canescentibus. Quidam tamen in ipsa pene adolescentia à canitie occupantur, præsertim cum ♄ inter ☉ & ☽, perinde ut ab hostibus circumuentus, intercipitur. Sæpè etiam morbi & curæ, non tantum ætas senilis caniciem afferunt.

Cùm igitur Saturnus à Sole & Luna oppugnatur, uel corpore uel aspectu hostili intercipitur, ac nullius Luminaris benefico radio fouetur, excrementum ad cutem pellatum sic uitiat, ut ex eo putrefacto capillum & pilos ante tempus albescere necesse sit.

Saturni stella surditatem denunciat.

Eadem Saturni stella surditatis uitium denunciat, auditum lædit & maximè dextram aurem, ubi in Saturni domo aut finib. est Mercurius, in octaua domo.

Mala etiam collocatio Saturni auditum planè eripere potest, ut perniciosis & latentibus humoribus, quorum ipse fons est, uitientur aures accedente etiam frigiditate Saturnina. Humidum enim crassum & lentum, ac frigus ipsum permultum obest auribus cuius Saturnus est excitator. Mercurio autem malè posito,

sito, qui mouendis aëris affectionibus præsidet, audiendi quoq; sensum, qui est aetius, affligi necesse est.

CAVTELA.

In constellatione canitiei, necesse est Saturno circumuento in eodem signo à ☉ & Luna, ipsam quoque Lunam properare ad ☌ cum ☉, & Saturno interim coniungi, uel à Solis coitu digressam, post Saturno coniunctam, alio proficisci: ut sit ♄ in medijs partibus Arietis, Luna in primis, Sol in ultimis, hic Luna ad Saturni copulationem primum, hinc ad Solis coitum proficiscitur. Idem Sol paucis ante diebus Saturno fuit copulatus. Contra: Sit Sol in primis partibus ♈, Luna in ultimis, hic cum Sole prius, posterius uerò cum Saturno Luna coniungitur, cum quo non multos post dies Sol quoq; copulatur. Ex hac configuratione intemperatura est humorum, & canities sequitur.

XIX. DE PODAGRICIS.

Podagra, id est, articulorum & iuncturarum doloribus laborant, uel in pedibus uel manibus quibus Luminaria utraq; à maleficis afflicta sunt, in signis infirmitatum, uidelicet, ♈, ♉, ♋, ♏, ♑, ♒, & ♓, ita ut alterutrum Luminare uel alterutet maleficorum, domum uel exaltationem habeat in prima uel sexta.

Hic positus non tantum à pueritia ualetudinarios, sed etiam post consistentem ætatem, artheticos, id est, chiragricos & podagricos monstrat, uel qui dolore iuncturarum excruciantur.

Talis est positus in genitura Baronis, Domini Casimiri à Polheim, qui fuit ue- *Casimirus à Polheim.*

10.10. ♌
7.49. ♋
☋ 5.25.
♃ 18.13. ♊
⊗ 11.19.
27.0. ♉
21.37. ♈
♄ 11.27.
☽ 3.52.
4.7. ♍
Casimirus à Polheim, & Vuartenburg, Podagricus.
25.54. ♓
25.54. ♍
4.7. ♓
♂ 3.43.
21.37. ♎
☿♀ 27.0. ♏
11.13.
1.55.
☉ 1.4. ♐
☊ 5.25.
7.49. ♑
10.10. ♒

he uehementissimus podagricus. Habuit enim ♄ Dominum sextæ coniunctum Lunæ in ♈, quæ etiam ☍ ♂ affligebatur.

Idem est astrorum concursus in themate D. Pauli Prætorij Consiliarij Duorum Archiepiscoporum Magdeburgensium, & Friderici & Sigismundi, Marchionum. Is ualetudinarius ferè & podagricus fuit.

II. Eundem morbum efficiunt ♂, ♀, & Luna nocturnis in genituris positi in cardinibus, & se inuicem aduersis radijs lacessentes, ita tamen ut ♄ illos sic positos intueatur aut ex ♌, aut ex Tauro, aut ex ♑, aut ex ♓. Si hæc configuratio accidat diurnis in genituris, elephanticos potius facit, quàm podagricos.

XX. DE CLAVDICATIONE PEDVM, ET
alijs quibusdam morbis

Claudicatio proprium pedum est uitium, & maximè hominum quorum crus facilè lædi potest & infringi propter mollitiem & temeritudinē. Hoc uitium hoc modo agnosci potest.

I. Consideretur ♂ in quocunque cœli cardine positus, qui cum nascente aliquo est in ☐ aut ☍ Luminarium, aut altero ipsorum partiliter iungitur, Saturno possidente cardinis illius anaphoram, aut alium quemuis genituræ cardinem, natum illum claudum faciet, fortasse & paralyticum.

Hæc infectio etiam membris illis maximè, quibus signa præsidēt, minitatur, & plurimum pedibus nocet hic positus in ♒, ♓, aut ♑.

II. Item: ☿, ♄, & Sol pariter in occidente, Luna & ♂ octauo in loco, & ijsdem in partibus collocati, natum claudum uel mutilum futurum significant. Sol enim à ♄, Luna à ♂, omnes etiam à loci malignitate inficiuntur. Fortassis etiam ille ipse propter ☿, mentis uitio & morbo comitiali laboraturus est.

III. Item: Claudus ille futurus uidetur, in cuius genitura ♄ cardini cuipiam præsidens Martem in anaphora successorem habet, ipse ue ☍ aut Lunam intuetur, aut à Marte uisa fuerit. In hac enim configuratione ambæ maleficæ admodum sunt potentes. De causa mali ex natura signi iudicandum est.

IIII. Item natus ipse erit aut claudus, aut uitiatis neruis imbecillus, in cuius genesi ♂ est partiliter constitutus, in cœli aliquo cardine, ♄ in ipsius succedente aut ☐, aut ☍, aut quouis alio cœli cardine, ita ut Luna alteri ipsorum aut pariter iungatur, aut utrumque ☍ uel ☐ intueatur.

V. Generaliter ♂ sexto in loco ab horoscopo constitutus, ualetudines & uitia decernit, pro signi tamen natura. Si enim incuruum est signum, aut claudos aut gibberos reddit. Signa enim curua talia uitia corporibus inferunt.

VI. ♂ in ♋ aut ♑, ♏ aut ♓, aut ♉, cardinem aliquem cœli tenens, in Lunæ ☐ aut ☍, aut ei iunctus, facit aut claudos, aut gibbosos, aut contortis ceruicibus, aut certè membrum aliquod uitiat, ob nimiam & assiduam noxiorum humorum defluxionem.

VII. ♄ cum ☿ in culmine cœli, in opposito Domini genituræ aut uitæ datoris, pulsatus simul à ♂ minaci radio, aut gibbosos facit, aut paralyticos, aut fortasse incuruos.

VIII. Idem in occasu positus orientalis, latentes corporis dolores nato indicit, neruosque tandem contrahet.

Addam hic exempla memorabilia.

THEMA SIMONIS ROTERI *Consulis in Republica Brandeburgensium.*

ANNO
1525.
Februarij
D. H. M.
28. 4. 18.
P. M.

THEMA IOHANNIS MOVVICII *Iunioris filij Consulis, Republicae Brandeb.*

ANNO
1561.
Aprilis
D. H. M.
18. 19. 30.

XXI. DE PRAECIPITATIONIBVS ET CASIBVS.

CAsus & præcipitationes è curribus, equis, quadrupedib. alijs editioribus item locis, pedum quoq; prolapsus, ruinaq; collabentium ædificiorũ, maleficis a stellis ♂ Saturnoq; portenduntur, utpote à quibus & uitia & ualetudines corporibus infligantur.

1. In quorum igitur genituris Saturnus est in Medio cœli supra reliquos Planetas eleuatus, affligens alterum Luminare ☌, ☍, aut □, & dominium in prima uel octaua habens ex casu magna pericula minatur.

Cardanus hunc aphorismũ tradit, Semper ♄ in cœli medio, hominem periculis obijcit.


Talis est genitura fratris Constantini, qui in pueritia in puteum magno cum periculo cecidit. Nam et ♄ in Medio cœli supra reliquos Planetas eleuatus, & alteri Luminari coniunctus erat.

Ita in genitura M. Antonij ♄ in Medio cœli supra alios eleuatus, affligebat Lunam, ipso simul in octaua dominium habente. Cecidit igitur cum equo ad parietem, quo casu capite contuso, statim animam exhalauit.

Eadem est genitura fratris Honorati, Religiosi S. Pauli, cui ♄ in M.C. exaltationem in prima habens alterum Luminare affligebat. Hunc Gauricus scribit, ex casu ab alto factum esse gibbosum.

Idem est positus in genitura cuiusdam Norenbergensis, Anno 1539. die 14. Martij prodeuntis in hanc lucem. Mortuus est ex casu ab alto, cum in incendio Xenodochij Noribergensis matri adiumento esse uellet.

Infantis deuorati à sue.



II. Domi

II. Dominus medij cœli, si fuerit maleficus, in suo detrimento, uel casu, uel peregrinus, uel retrogradus, affligens alterum luminare, ita ut in prima uel octaua dominum habeat alteruter maleficorum, magna pericula ex casu ab alto & præcipitatione decernit. Quod si non fuerit maleficus, sed tamen in signo malefici constitutus, & ab alterutro una cum luminari afflictus, idem decernit.

Sic in genitura MAXIMILIANI II. Imperatoris, ♄ Dominus est Medij cœli, & cõstituitur in ♉, peregrinus in □ ☉ & Domini Horoscopi. Cecidit bis magno cum periculo ab alto, & læsus fuit in fronte & maxilla.

Eadem est genitura Francisci Zazij, qui ♄ Dominum M. C. in ♊ signo aëreo & □ ☉ habuit, altero malefico in 1. & 8. existente. Cecidit puer in puteum, à quo casu tamen præter spem euasit.

Talis est positus cœli Margarethę, cuius meminit Cardanus in Aphorismis, quę ♃ Dominum decimæ in suo detrimento constitutum habuit in ♊, in signo aëreo & à malefico ♂ & ☉, partiliter sauciato, altero in octaua dominium habente. Mortua est ex casu ab alto.

Sic quidam arcularius ex præcipiti casu mortuus est Anno 1538. qui habuit Dominum M. C. Saturnum, coniunctum partiliter Lunæ in ♎ signo uiolento & angulo septimæ domus.

Alius quidem ♂ habuit Dominum M. C. in ♓, affligentem corpus Solis in ♊, partili □ aspectu, altero dominium habente in octaua.

III. Sic præcipitationis & casus constellatio est: cùm ♄ est cardinalis, ♂ in eius succeßione, ac Luna alteri aduersatur, ita ut Luna Marti diametretur, & octauum à Saturno locum obtineat, ab ipso in Lunam numerando: Vel si à Luna in Saturnum numeres, ut sextum ipse à Luna locum obtineat. Si autem diametretur Saturno, sextum ab ipso ♂, ab eo numerando, Luna locũ retineat, octauum uerò si à Luna in Martem numeretur. Hi, inquam, in quorũ genituris hæc cõtigerit figuratio, aut ruinis pressi, aut ex ædificijs prolabentes, aut excussi curribus, aut è quadrupedibus deiecti, inter'ue ambulandum prolapsi, uitæ pericula, corporisq; damna accipient, aut similibus discriminibus uexabuntur.


IIII ♂ & ♄ occasum insidentes, in signis duplicibus, præcipitia minantur & ruinas: multò autem uehementius si Lunam in Horoscopo constitutam, aduersa radiatione pulsauerint.


V. Sol & Luna partiliter culminantes, Saturno tenente imum cœli & oppositum radium, Marte orientali, quo tempore maximè potens est, hic positus minantur mentis uitium, quo agitati ex altioribus forte locis semet præcipitabunt, uel propter phrenesim aut furorem.

VI. Luna in succedente horoscopi, nullis radijs fota beneficorum, posita in solidis signis, diurno pręsertim tempore, eiusmodi casuũ pericula minatur, qualis etiam ♂ positus in occasu, Luna ad eum applicante pleno lumine, aut Saturnus de culmine, Horoscopo'ue diametretur, in signo præsertim solido constitutus. Signa enim solida ruinam potius portendunt quam casum. E' contrario duplicia.

His igitur malis Martis & Saturni stellæ exuscitandis præpositæ sunt, ut corruptionem non tantum humorum, nimio frigore aut calore excitent, sed multa etiam moliantur fortuita & repentina mala, & casus inopinatos, quibus corpora nostra cum uexantur tum opprimuntur, ut quotidie & uidemus & experimur.

Addam hic exemplum thematis honestæ matronæ, coniugis honestissimæ; amici nostri coniunctissimi D. Francisci Ioelis Medicę artis Licentiati optimi & integerrimi uiri, quæ ædificio & strage lignorum oppressa, statim cum simul grauida esset, miserè interijt. Hæc nata est Anno 1526. Maij Die 3. Hora 10. M. 28. sub Polo mundi 54. Grad. ferè.







Cuiusdam Norenbergensis, qui ex casu ab alto periit.


GENESIS alicuius pueri, qui anno decimo ætatis, cecidit de summitate templi, & mortuus est statim.



Norenbergensis pueri, qui sæpe ex casu periclitatur.




GEORGIVS Sigismundus Seldius Augustanus, Anno
1516.
Ianuarij
20. Die, 13. H.
P. M.


Franciscus Zazius,
ANNO
1532.
Martij
D. H. M.
21. 1. 0.
ab ortu ☉.

Margareta Cardani nascitur, Anno

1 5 3 9.

Februarij

D. H. M.

23. 0. 0.

Alius qui ex casu perijt nascitur,

Anno

1 4 9 9.

Maij

D. H. M.

17. 20. 0.


P. M.


THEMA aliquot præstantissimorum & clarissimorum virorū in arte Medica & alijs disciplinis.


CASPAR PEVCERVS.
ANNO
1 5 2 5.
Ianuarij
D. H. M.
5. 12. 0.
P. M.
Budissinæ.


Vitus Ortel Vuinsemius.
ANNO
1 5 0 1.
Augusti
D. H. M.
1. 0. 30.
P. M.

Mortuus est peracide Anno 1570.



Andreas Vesalius, nascitur
ANNO
1514.
Decembris
D. H. M.
30. 17. 45.



Georgius Curio,
ANNO
1498.
Iunij
D. H. M.
10. 0. 30.
Latitud. 50. Gr.



Iohannes Dryander Medicus & Mathematicus,
Anno
1 5 0 0.
Iunij
D. H. M.
27. 20. 9.
P. M.



Cor ♌
Spica ♍
Iohannes Kentmannus,
Anno
1 5 1 8.
Aprilis
D. H. M.
21. 1. 37.
P M.



Ambrosius Scala Medicus,
ANNO
1 4 9 5.
Martij
D. H. M.
30. 18. 41.



D. Andreas Aurifaber
Medicus.
ANNO
1 5 1 3.
Nouembris
D. H. M.
29. 2. 40.



Iohannes Carion Mathematicus.
ANNO
1 4 9 9.
Martij
D. H. M.
22. 1., 46.



Erasmus Flock Medicus, Anno
1 5 1 4.
Ianuarij
D. H. M.
1. 8. 20.uel 30.



Ioachimus Reticus, Mathematicus, Anno
1 5 1 4.
Februarij
D. H. M.
15. 13. 30.



Petrus Bembus.
1 4 7 0.
Maij
D. H. M.
20. 0. 20.
P. M.
Hic Cardinalis fuit, uir doctissimus.



Paulus Lutherus, Anno
1 5 3 2.
Ianuarij
D. H. M.
28. 13. 30.
P. M.
Podagrici.


Ezechias Reichius,
Anno
1 5 3 2.
Septembris
D. H. M.
20. 16. 30.
P. M.



Ernestus Reuchlinus, Anno
1 5 2 2.
Martij
D. H. M.
2. 13. 0.
P. M.
prope Dresdam.



Iohannes Brambach.
ANNO
1 5 2 9.
Maij
D. H. M.
19. 2. 15.
P. M.


Matthias Blochinger.
ANNO
1 5 2 0.
Septembris
D. H. M.
17. 11.


Hieronymus Rudolphus
Arithmeticus, Anno
1 4 9 6.
Aprilis
D. H. M.
2. 8.

Sequitur genesis illustrissimi Principis Landgrauij PHILIPPI, Ducis Hassiae, &c.





DE CARCERIBVS. *caput* XXXIIII.

Qualia accidētia in hoc loco considerentur.

DE Carceribus dicitur, utrū natus carceres & uincula perpessurus unquam, an uerò à carceribus tutam liberamq; uitam transacturus, & quæ causa carcerum futura, iusta'ue an iniusta, quibusúe delictis pœnas uinculorum meriturus, & an dedecori illi carcer, an uerò honori futurus. Denique an euasurus rursum, an uerò in carcere moriturus sit.

Vnde desumātur huius loci significationes.

Desumuntur autem horum significationes in genere ex duodecima domo, eius signo, signiq; Domino, Planetis qui uel obtinent duodecimam, uel aspiciunt fausto infaustoúe aspectu, uel dominantur signo, aut sub domicilio, aut ut exaltatione, aut ut signo suæ Triplicitatis Planetis reliquis etiam duodecimæ eiusq; Domino applicantibus, ex prima domo & eius Domino, & domino geniture, & eiusdem consensu cum duodecima aut prima. Denique ex statu ♂ & ♄.

Periculi uerò & carcerum Qualitatem causam & occasionem, signorum Planetarum'ue natura ostēdit: Quantitatem uerò, robur ac fortitudo maleficarum stellarum, duodecimam domum oppugnantium.

Si enim hanc domum beneficæ stellæ, uel possideant, uel faustis radijs intueantur, securitatem nato perpetuam pollicentur. Rursus si eandem quocunque modo maleficæ premant, minantur carceres, & plurima ex uinculis pericula

Etenim si domū duodecimam occupet Mars, uel saltem malo aliquo ac uenenato aspectu, ut Quadrato aut Opposito unà cum Saturno opprimat, & eidem geniture dominentur Planetæ, aut solum horoscopo præsideant damnēt, ingentia & exitialia carcerum pericula portendunt, præsertim si cuspis duodecimæ domus nullius beneficę stellæ radijs muniatur, foueatur ac defendatur.

Martialia signa uiolenta uincula, Saturnina uerò fraudulēta & subdola, Mercurialia carceres propter doctrinam aut similes causas minitantur: eodemq; modo quælibet signa & quilibet Planetæ, pro natura & proprietate sua, certas occasiones & causas carcerum ostendunt. Nunc his expositis in genere, regulas quasdam addemus, quibus in speciali iudicio de captiuitate utimur.

Regulæ speciales de Carceribus.

I. APHORISMVS.

LVminare alterutrum, læsum ab altera maleficarum, in Angulis, ☌, ☍, uel □ aspectu, ita ut Luminarium utrumq; uel alterum, siue quod læditur à malefica, siue quod liberum est, constituatur in domibus maleficorum, utpote ♈, ♏, ♊, ♎, ♑ & ♒, aut in signis, quæ uiolentas stellas habent ut sunt ♉, ♊, ♋, ♐, & altera ex maleficis in ♋ aut ♌, uel oppositis signis: carcerem uel captiuitatem minatur.

Exempla magnorū Herōū.

Huius positus plurima sunt exempla, in genituris etiam magnorum Herōū. MAXIMILIANO I. Imperatori Sol in Angulo occidentis, à □ ♄ ex imo cœli læsus utroq; Luminari in domibus ♂, ac ♂ in ♌ constituto, captiuitatem significauit, quæ ei adolescenti Brugis apud Belgas à suis subditis per seditionem contigit, anno Christi 1487. ætatis 28. cum Horoscopus peruenit ad ☍ ☿, qui est Dominus duodecimæ domus

Maximilianus I. imperator. 241

Franciscus Rex Galliarum. 345

FRANCISCO Regi Galliarum, Luna in ♒ in Medio cœli constituta, à ♂ in ♌ ex angulo imi cœli opposito radio infestabatur, quę constitutio ei captiuitatem portendebat, in quam incidit bello gesto, cum Imperatore Carolo V. ad Papiam, Anno Christi 1555.

Iohannes Fridericus Saxoniæ Elector.

IOHANNI FRIDERICO Electori Saxoniæ, Sol in Cancro Saturno coniunctus, in angulo occidentis, Luna in Libra uersante, in □ ♄, captiuitatem & plurima incommoda minabatur, quæ ei Anno ætatis 44. currente. Id est, anno Domini 1547. mense Aprili, Electoratus dignitate amissa, post bellum gestum cum Carolo V.

PHI-

PHILIPPO Landgrauio Hassiæ, Luna in ♒ in imo cœli, à ♄ in ♌, ex Medio cœli infestata, captiuitatem significabat, in quam incidit anno millesimo quingentesimo quadragesimo septimo, post confectum bellum Smalcaldicum in salinis Saxonicis, ab Imperatore Carolo V. *Philippus Landgrauius.*

HENRICO Duci Brunsuuicensi, Sol in angulo Orientis in Scorpio, à ♂ in ♌ □ radio, ex Medio cœli infestatus, captiuitatem portendit, in quam incidit, Anno millesimo quingentesimo quadragesimo quinto, mense Septembri, à Ducibus Saxoniæ. *Henricus Brunsuuicensis.*

CHRISTOPHORO Megelpurgensi Sol in Medio cœli infestatus per coniunctionem à ♂ in ♑, altero Luminari simul in dignitate Martis constituto, captiuitatem significauit, in quã incidit Anno 1563. superatus ab exercitu Regis Poloniæ in Liuonia, & abductus in Russiam. *Christophorus Megapolēsis.*

LEONI X. Pontifici, Sol in Angulo orientis in signo Sagittarij, lædebatur Quadrato platico Martis, altero malefico simul in ♌ existente. Captus est Anno millesimo quingentesimo duodecimo, ab exercitu Gallorum, cum Legatus esset exercitus Pontificij. *Leo X. Pontifex. 3*

CAVTELA.

PORrò quæ de Luminaribus & maleficis, dicta sunt, ea conditione intelligi debent, si non in suis dignitatibus principalibus cõstituantur, aut sint cum beneficis, in signis permutatis. Hoc modo enim si ponantur, periculum captiuitatis duntaxat afferunt.

II. APHORISMVS.

LVminare alterutrum in XII. coniunctum cum altero maleficorum, si imbecilles sint, captiuitatem denuntiat. Talis est constitutio in Themate CHRISTIERNI Regis Daniæ, qui Soli Martem coniunctum habuit in Cancro domo duodecima. Captus & regno exutus est, à Christiano Principis Holsatiæ & maritimis ciuitatibus Saxoniæ. Sic quidam Solem habuit coniunctum Saturno in Libra & duodecima domo. Captus est anno millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto. *Christiernus Rex Daniæ.*

III. APHORISMVS.

♂ uel ♄ occupans septimam aut duodecimam, in ♈, ♏, ♉, ♑, ♌, ♋, constitutus, & altero Luminarium ab eo uel ♄ læso, aspectu platico uel partili, carcerem uel captiuitatem minatur.

Hoc modo positus est ♂ in themate Illustriss. Principis ALBERTI MARCHIONIS Brandeburg. Casemiri filij. ♂ enim in ♈. in septima Soli platicè coniungitur. Captus est Anno Domini 1547. die secundo Martij, ad Rochlitium Misniæ oppidum, à Iohanne Friderico Electore & Duce Saxoniæ. *Albertus Marchio.*

Eadem constitutio est ♄ in figura Illustriss. Principis ERNESTI, Ducis Saxoniæ, Friderici secundi filij. Saturnus enim in ♉ in VII. Lunæ partiliter coniungitur. Raptus est puer cum fratre Alberto, ex arce Aldenburgensi. *Ernestus Dux Saxoniæ.*

In genitura FRANCISCI GONZAGAE, Marchionis Mantuæ, fuit ♂ cum utroque Luminari in Angulo occidentis in ♌. Captus est à Lucio Maluetio Bononiensi, qui eum deduxit Venetias, ubi per aliquot menses captiuus detentus fuit. *Franciscus Gonzaga.*

IIII. APHORISMVS.

♄ & ♂ sese respicientes □ uel ☍ radio, uel coniuncti extra domicilium, alti-

 tudinem

ordinem aut receptionem beneficorum aut Luminarium, si uterque eorum uel alteruter duntaxat sit directus, & dominium sibi uendicet, in principio VII. aut
Antonius Mar XII. domus, carcerem portendit. Talis est constitutio in themate M. ANTONII MARCELLINI Bononiensis. Nam ♂ & ♄ sese □ aspiciebant extra suas dignitates aut receptiones mutuas, ex his altero simul dominium in duodecima sibi uendicante. Captus igitur & torturas perpessus est.

Ioannes... Sic in themate IOHANNIS secundi, filij Gustaui Regis Sueciæ, ♄ & ♂ inuicem iuncti in ♍ extra domicilia & exaltationes, aut mutuas receptionibus ex his dignitatibus, utroque directo existente, & Saturno simul dominium in cuspide septimæ habente, is captus est à suo fratre Erico Rege Sueciæ, anno millesimo quingentesimo sexagesimo tertio.

V. APHORISMVS.

IDem minantur, si oppositi ex dignitatibus suis uel in permutatis signis, alter eorum primam uel secundam, alter septimam uel octauã occupet, altero dominante signo duodecimæ. Talis est positus in themate LUDOVICI SPHORCAE Ducis Mediolanensis, qui Anno 1500. captus est, & in Galliam abductus ubi aliquot post annis captiuus interijt. Habuit enim maleficos oppositos in suis dignitatibus, quorum alter primam, alter septimam occupabat, altero simul signo duodecimæ imperante.

VI. APHORISMVS.

DOminus duodecimæ in essentiali dignitate Martis, & angulum occidentis occupans, à maleficis partiliter damnatus, captiuitatem minatur.

Hieronymus Baumgartnerus Exemplum uidere licet in genitura D. HIERONYMI BAVMGARTNERI, qui habuit ☿ Dominum, XII. in ♈ iunctum Saturno per ☌ partilem in septima domo Domum igitur ex comitijs reuersurus, captus est ab Alberto à Rosenberg uiro nobili & equestri.

VII. APHORISMVS.

DOminus XII. domus in suo detrimento uel casu damnatus à maleficis partiliter uel platice, carcerem portendit.

D. Victorinus Strigelius. Exemplum huius regulæ est in genesi D. VICTORINI, qui Dominum duodecimæ ☿ in detrimento & □ ♄ partili læsum habuit in sexta, quæ constitutio captiuitatem minabatur. Hæc ei accidit Ienæ anno 1559. ætatis XXXVI. currente cùm directio Medij cœli ad □ ☽, & horoscopus ad terminum ☿ Domini duodecimæ, & profectio annua ad duodecimam, ☍ ☿ & □ ♄ peruenisset.


Iohannes Iacobus Medices. Sic IOHANNI IACOBO MEDICES, ☿ duodecimæ Dominus est in Capricorno, suo casu & □ Saturni platico læsus est. Captus est igitur à militibus Cæsaris, & aliquandiu fuit captiuus.

VIII. APHORISMVS.

SOL & LVNA coniuncti in octaua domo, in quouis signo, exceptis suis domicilijs, plærumque carcerem denunciant, nisi interueniat insignis aliqua beneficorum prohibitio. Quòd si in proprijs domicilijs fuerint, sed tamen à maleficis læsi, idem minantur. Ita coniuncta fuerunt Luminaria in VIII. domo
Vuilhelmus dux Iuliacensis. proprijs domicilijs, sed à □ ♂ læsa, Illustrissimi Principis VVILHELMO, Duci Iuliacensi.

10

Iohannes Schantz.



Suſpenſus eſt.

Hi Aphoriſmi infinitis exemplis Principum, Nobilium, clarorum uirorum & heroum, noſtræ ſuperioris ætatis confirmari poſſunt. Si quis igitur in ſua geneſi tales potius inuenerit qui captiuitatem denunciant, uiuat in timore Dei, & præmonitus ſectetur officia uocationis, ac cæcos animi impetus frenare, & moderatis conſilijs multa magna pericula effugere, aut certè graues ærumnas mitigare conetur.

Quòd ſi in geneſi alicuius, omnes conditiones & regulæ non congruunt, ſed aliquæ aut præcipuæ, is periculum captiuitatis aut exilium potius, uel ſimile quiddam, ſibi metuendum eſſe ſciat.

Tales ſunt genituræ Illuſt. Ottonis Henrici Palatini Rheni Electoris, & Vlrici Ducis Vuirtenbergenſis, duorum uterq; uenit in exilium.

GENITVRAE ALIQVOT ILLVSTRIVM HEROVM

Quorum in his Aphorismis facta est mentio.

IOHANNES FRIdericus Elector.

Thema uide suprà huc referendum.


Christophorus Dux Megapolensis, Anno 1537. Ianuarij


D. H. M.


5. 11. 30.


P. M.


Polus 54. Gr.



Leo X. Pontifex.



Christiernus
Rex Daniæ,
Anno
1 4 8 1.
Iulij
D. H. M.
2. 18. 16.
P. M.
Thema ut supra.



Ernestus Dux Saxoniæ.
ANNO
1 4 4 1.
Martij
D. H. M.
25. 9.
P. M.



Franciscus Gonzaga, Marchio Mantuanus,
Anno
1 4 6 6.
Augusti
D. H. M.
9. 5. 28.
P. M.



Lazarus à Schuuenda,
Anno
1 5 2 2.
Februarij
D. H. M.
2. 11. 30.



Georgius Genger, regis Ferdinandi Vicecancellarius,
Anno
1 5 0 0.
Maij
D. H. M.
10. 5. 10.



Hieronymus Baumgartnerus,
ANNO
1 4 9 8.
Martij
D. H. M.
9. 6. 40.
P. M.
Polus 49.24.


Iohannes 11. Gustauus,
ANNO
1 5 3 7.
Decembris
D. H. M.
20. 8. 3.


Ludouicus Sforcia,
Anno
1 4 5 2.
Augusti
D. H. M.
3. 8. 55.
P. M.


Guilhelmus Dux Iuliacensis, Anno
1 5 1 6.
Iulij
D. H. M.
28. 4.
P. M.



Vdalricus Dux Vuirtenberg.
Anno
1 4 8 7.
Februarij
D. H. M.
8. 17. 59.
P. M.



Iohannes Iacobus Medices,
Anno
1 4 9 8.
Februarij
D. H. M.
13. 3. 22.
A. M.
Polus 45.6.




Hic aliquoties in carcerem coniectus est, & nunc ad perpetuos carceres ob seditionis motus abiectus est.


DVORVM PONTIFICVM GENITVRA.






Alia quædam exempla, memorabilium geniturarum.




Conradus Celtes, primus
Germaniæ poeta,
Anno
1 4 5 9.
Februarij
D. H. M.
1. 3.
Mane.


Iohannes à Zesch Augu
sti Electoris Consilia-
rius, Anno
1 5 2 9.
Decembris
D. H. M.
14. 5. ½.
A. M.

EXAMEN NOSTRAE GENITVRAE.

DVodecima domus, principium Libræ, in terminis Saturni, benè est disposita. Nulli sunt radij beneficorum, qui cuspidem affligunt. ♀ domina cuspidis corpore in hac domo commoratur, quæ domiciliū obtinet in signo duodecimæ. Hanc intuetur sextili radio dominus genituræ ♄. Cùm igitur felix fit constitutio duodecimæ domus, benefica stella corpore & dominio in eandem incidat, nec maleficæ premant cuspidem, sed faustis radijs intueantur se mutuo ♀ & ♄, securitatem qualemcunq; in genere, Illust. nostro Principi, pro Dei beneplacito pollicemur.

In specie pericula quædam Luminaria denunciant, quæ à maleficis affliguntur. Est enim aphorismus Astrologicus, ut diximus talis: Luminare alterutrum læsum ab alterutro maleficorum in angulis, corpore uel infausto radio, ita ut Luminarium. utrumq; uel alterum quod læditur, sit in domibus maleficarum, & altera ex maleficis sit in Leone aut Cancro captiuitatem minatur.

Talem positum particularem hic inuenio. Saturnus enim est in Leone in Medio cœli, & Luna in angulo imi cœli opposito Saturni radio inficitur. Vtrumq; etiam Luminare est in signis maleficorum. Carceres igitur in specie hic decernit positus, Marte etiam astipulante, qui Soli in horoscopo coniungitur. Similes constitutiones sunt in genesi Maximiliani Imperatoris, & Francisci Galliarum Regis, imò uel aui Illustriss. nostri Principis. Caute igitur ambulet Princeps noster & occasiones periculorum uitet. Si uerò quid mali hic accidet, facilé eluctabitur, cùm ♀ corpore suo duodecimam obtineat & Sextili Saturnus ipsam intueatur.

DE MORTE. VLTIMVM CAPVT.

Mors est duplex.

Mors Naturalis.



MORS duplex est, aut NATVRALIS, aut VIOLENTA. Nam repentina mors est ueluti medium quiddam inter naturalem & uiolentam. NATVRALIS dicitur, quæ accidit natiuo calore extincto, & absumpto humido radicali. Etsi uerò multæ sunt causæ quę calorem naturalem exhauriunt, & uitam decurtant, mortemq; accelerant: tamen paucissimi homines naturali morte moriuntur.

Mors Violēta.

Mors Repentina.

VIOLENTA est quæ igne, ferro, lapsu, submersione, ictu lapidis, ueneni aut similibus modis infertur. REPENTINA uel accidentaria est, quæ ex morbo accidit, quorum multæ sunt differentiæ

Quid de morte ex themate coeli iudicādū sit.

Consideratur autem in loco Mortis, quæ mors natum ex hac uita exemptura sit, placida'ne an uiolenta, & si placida, quod morbi genus eū occupaturum et consumpturū sit, acutum'ne, & acutæ cholericæ febres, uel pestilētiales, apostemata calida, angina pleuritides, phrenitides, uel chronicū ac diuturnū, ut phthises, hecticæ febres, Phlegmaticæ uel Melancholicæ, hydrops, calculi, splenericæ affectiones, &c.

Coniectare de morte.

Et quanquam uel de tempore mortis, uel de specie ac qualitate aliquid confirmare, difficile & periculosum, imò propemodum impossibile sit: tamen reciare coniecturas, quas certi in figura cœli positus Planetarum, mutuæq; inter se configurationes & applicationes ostendunt, non est absurdum, quæ principaliter ex octaua domo colliguntur.

Vnde & quomodo de Mortis iudicium in themate coeli natiuitatis sit.

Hæc enim ut cardini occidentis contermina est, Solemq; deficientem & sub occasum decumbentem deducit, ita mortis significationibus dedicata est: Item ex signo eius domus signiq; Domino, Planetis in ea constitutis, uel eam gubernantibus, uel ex alijs cœli locis hostiles & noxios radios in eam conijcientibus, ex Domino genituræ, Horoscopo, eiusq; præside, & horum omnium Planeta-

rum

rum scilicet octauæ dominantium, Domino genituræ, & Domino primæ domus, quæ quod Solem uelut nascentem & exorientem excipit atq; aduehit, uitæ significationes suppeditat, mutuo inter se consensu & connexu.

Cùm enim maxima horum pars, est de numero beneficarum stellarum, suntq́ue illæ fortes, felices & auctæ dignitatibus essentialibus, promittunt quietam & placidam mortem. At cùm hi Planetæ malè affecti fuerint, uel malefici octauam domum aut possederint, aut hostiliter & minaciter oppugnauerint uel saltem septimæ domus Dominum aut uictorem in genitura damnauerint, uiolentum, Tragicum & tristem exitum minitantur. Mixti positus mixtum mortis genus ut ex sæuo aliquo & diro morbo denunciant. Hæc quomodo generaliter de Morte iudicandum sit, monent. Nunc in specie Aphorismos tradem us, de morte uiolenta, quibus expositis subiungemus aliquid de morte naturali aut repentina.


APHORISMI DE MORTE VIOLENTA.

I. APHORISMVS.

AMbo Luminaria in signis uiolentis, diuersis, non contiguis, uiolentā mortem portendunt.


VIOLENTA SIGNA SVNT.


♈, ♎, ♏, ♑, ♒. Sic dicuntur, quod malefici Planetæ Dominium uel Exaltationem in illis habeant.





Captus est in arce Grimmenstein, Anno 1567. Aprilis 13. die, hora 6. pomeridiana. Et adiudicatus est ad mortem 18. Aprilis.

Hic est capite plexus in Hafnia Daniæ Anno 1567.













Anno 1506. cecidit in flumen pene submersus. Itē amissus est per triduū, oberrans in silua. Breui post decubuit & de uita desperatum est. Circa idem tempus, cadente super eum trabe, pene interijt. Anno 1514. uel 1515 pene fuit interfectus. Deinde post 9. uel 10. ann. pene interijt ex casu lapidis. Tamen semper euasit. Luminaria enim et hylegialia loca non fuerunt læsa, sed fortunata, & in bonis affectibus licet sint in signis uiolentis:





Anno 1531. in die Parasceues oppressus & iugulatus fuit in templo a proprijs agnatis.





[illegible] de in Doctoris Herter, Spirae [illegible] occubuit ex ictu bomb. in oppugn[illegible] ne Badensi.

II. APHORISMVS.

Vtrumq; Luminare cum stellis fixis uiolentis, intra distantiam quinque graduum, mortem uiolentam minatur.

			Grad.	′.	
Violentæ stellæ sunt	Oculus ♉	in	3	40	♊
	Caput Medusæ		20	40	♉
	Hercules.		17	40	♋
	Cor Scorpij		3	40	♐

CAVTELA.

HAE duæ Regulæ tunc ratæ sunt & effectum babent, cum Dominus horoscopi, uel octauæ domus, alteri Luminarium corpore iungitur uel cum Luminare alterutrum dominium sibi in prima uel octaua uendicat, aut corpore ibidem afflictum existat.

Ieronymus Sauanarola. fol. 192 — Sic Ieronymus Sauanarola combustus Florentijs anno 1498. utrumque Luminare in signis uiolentis diuersis, Solem scilicet in Libra, & Lunam in Capricorno, & Lunam Marti domino Ascendentis iunctã habuit in decima domo.

Patricius Noricus. — D. Schlusselferderus patricius Norenbergẽsis, in publico exercitio equestri, à suo Antagonista hasta ictus, cataphractus ab equo anima deficiẽte prolapsus, protinus expirauit, anno 1546. Nam ei utrumque Luminare similiter in signis uiolentis constituebatur & Soli in septima dominus octauæ Saturnus corpore iunctus erat in ♄. Mars autem dispositor Luminaris conditionarij fuit in signo ♊ in undecima domo, quod autorem mortis hominem amicum & socium futurum significabat.

Ludouicus Rex. fol. 379 — LVDOVVICVS Rex Bohemiæ & Vngariæ, qui anno Domini 1526. mense Augusto, bello infeliciter gesto cum Turcis occubuit, præcipitatus ab equo in loco paludoso, Solem habuit cum Hercule, Lunam cum corde Scorpij, Venerem dominam octauæ domus iunctam Soli, cumq; illæ stellæ sint Martiæ, & Mars in duodecima domo fuerit, ab equis causam mortis portendit.

Franciscus Floridus. fol. 380 — Franciscus Floridus Sabinus, orator & Poëta celeberrimus, qui perijt ex ueneni potione, utraq; Luminaria in signis uiolentis, diuersis nec contiguis, & alteri Dominum horoscopi iunctum habuit.

Magister de Lauetero. 380 — Magister de Lauetero, qui propter interfectum cognatum & matrem cursus fuit supplicio affectus, habuit utrumque Luminare in signis uiolentis, & alteri scilicet Lunæ Martem coniunctum Horoscopi Dominum.

381 Hermes. — Hermes de Marsilijs Bononiensis, qui ob perpetrata homicidia anno ætatis 34 fuit decollatus, habuit utraq; Luminaria in signis uiolẽtis, altero simul in octaua domo cum Saturno existente.

Iohan. Paulus. fol. 381 — Iohanni Paulo Baliono Herusino, utraq; Luminaria fuerunt cum stellis fixis uiolentis, Sol quidem cum Hercule, Luna uerò cum corde Scorpij, altero simul dominium in Horoscopo habente. Fuit igitur decollatus anno Christi 1520.

Frater Constãtinus. — Frater constantinus Episcopus noctu interfectus est anno 1546. Is Solem habuit cum capite Medusæ, & à ♄ afflictum, Lunam cum Hercule Domino horoscopi simul iuncto alteri Luminari.

III. APHORISMVS.

ALterum Luminare in signis uiolentis, alterum cũ stella fixa uiolenta, itidem mortem uiolentam significat. Sed in hoc casu necesse est, ut simul malescarum altera Luminare alterutrum aut Dominum octauæ infestet.

Vuelserus Iunior. — Talis constitutio fuit in themate Baltholemæi Vuelseri Iunioris, patricij Augustani,

gustani, qui Solem habuit in ♏. Lunam cum oculo ♉. Porrò ♄ ☌, ♂ uerò □ Solem circumdabat. Occisus est igitur ab Hispanis cum sodali, qui fuit ex nobili familia Huttenica anno 1546. in India.

Henricus Heintzelius, patricius Augustanus, interfectus Lugduni in Gallijs Anno 1529. die 3. Iulij, similiter Solem habuit in ♒, Lunam cum Hercule, Saturnus Lunam coniunctione, Solem oppositione infestabar, Marte Ioui Domino octauæ opposito. *Patricius Augustanus.*

Iohannes Gozatinus Bononiensis, qui annno 1517. in prætorio post prandium, cum maximo totius populi furore fuit gladijs confossus. Habuit Lunam cum corda Scorpij, & Solem in signo uiolento, altero Luminari & Domino octauæ ab utrisque maleficis afflictis. *Bononiensis.*

Talis est genitura Veronicæ meretricis & adulteræ apud Cardanum, quæ à marito in adulterio depræhensa & occisa est. Habuit enim Lunam non procul à corde Scorpij, Solem uerò simul Dominium in octaua habetem afflictum □ ♂ partiliter. *Veronica.* fol. 387

Napudionus Vrsinus, qui maxima pericula ab equis habuit, tandem interfectus est a fratre. Habuit Solem cum corde ♏ afflictum à Marte, Lunam uero in ♒ in opposito Saturni partili. *Vrsinus.* fol. 382

Galiaz Sphorcæ Dux Mediolanensis, qui anno ætatis suę 33. exirtente multis uulneribus confossus est, habuit Lunam cum corde Scorpij à Saturni opposito platice damnatum, & Solem in ♒, oppositione Martis afflictum. *Dux Mediolanensis.* fol. 383

IIII. APHORISMVS.

AMbo Luminaria ab utroque malefico læsa, ita ut alterum Luminare & alterutrer maleficorum in signo uiolento uel cùm stella fixa uiolenta constituatur, mortem uiolentam portendunt. Similiter cùm ambo Luminaria ab uno duntaxat malefico infestantur, altero maleficorum læso, uel in signo uiolento uersante, & dominium in octaua domo uendicante.

Talis est constitutio Iohannis Schantzij, qui iussu Episcopi Hallensis fuit suspensus anno 1555. die Iunij 21. Nam ♂ cum oculo ♉ platicè affligebat Solē, Saturnus uerò Lunam partiliter cum Hercule, Saturno simul in signo uiolento existente, & octauæ domui imperante. *Ioh. Schantzi.*

HENRICO Regi Galliæ, qui ex uulnere in hastiludio accepto mortuus est, fuit utramque Luminare læsum à maleficis, Luminaribus & altero maleficorum in signis uiolentis constitutis. *Henricus Rex Galliæ.*

Mutius Columna, qui globo bombardario traiectus interijt, habuit utrumque Luminare læsum à maleficis, ita ut alter maleficorum in signo uiolento, & alterum Luminare cum stella fixa uiolenta constitueretur. *Mutius Columna.* fol. 331.

Frater Reinmundus ordinis Cœlestinorum, qui combustus fuit, habuit utraque Luminaria læsa ab uno maleficorum, altero in signo uiolento constituto, ac Dominium in octaua sibi uendicante. *Cœlestini ordinis quidam.* fol. 374

Marchionis de Manzolis Bononiensis, qui multis uulneribus confossus fuit, habuit utraque Luminaria læsa à Saturno, altero simul in signo uiolento constituto. *Marchio Bononiensis.*

Iohanni Iozadino confosso multis uulneribus, utraque Luminaria fuerunt ab utrisque maleficis afflicta, ita ut alterum Luminare & alter maleficorum constituerentur in signis uiolentis. *Iohannes Iozadinus.* folio 385

Laurentio Medices Florentino utraque Luminaria afflicta erant à maleficis, ita ut ambo Luminaria, & uterque maleficorum constituerentur in signis uiolentis. Fuit igitur ob iugulatum Alexandrum consobrinum decollatus. *Florentinus.* folio 386

Iohannes Simus, qui fulmine tactus subito concidit & mortuus est. Huic Luna ab utroque malefico grauiter affligebatur, ita ut malefici sese inuicem damnarent. *Iohānes Simus fulmine tactus.* fol. 376

rent. Fuit autem concursus ille in signo igneo non procul à stellis Martialibus, ipso quoq; Marte cum constellatione, de sua natura existēte. Quare aut ex igne aut fulmine, aut bombarda uiolentæ mortis discrimen ei significabatur.

V. APHORISMVS.

CONiunctio ♄ & ♂ in angulo, potissimum Medij cœli, in signo uiolento, aut alterum Luminare infestans, mortem uiolentam minatur.

Idem facit coniunctio, oppositus uel quadratus aspectus maleficarum mutuus in alijs quàm uiolentis signis, ex angulis tamen, altero eorum dominium octauæ domus sibi uendicante, aut corpore in ea præsente, aut Luminare alterutrum infestante in signo uiolento.

Angelus Politianus. 387 Ita oppositos habuit maleficos in signis uenenosis Angelus Politianus, qui sibi ipsi ex ueneni potione mortem consciuit.

Hercules Poëta. 144 Herculi de Strocis Ferrariensi Poetæ celeberrimi, qui noctu ob amorem mulieris interfectus est, fuerunt ambo malefici coniuncti in apice medij cœli, non in signo uiolento, sed tamen alterum Luminare affligentes.

Mantuanus Leno. Franginus Mantuanus, Leno insignis, qui fuit forpicibus candentibus laceratus, deinde ab equis in quatuor partes discerptus, maleficos oppositos habuit ex angulis in uiolentis signis, utroque tamen simul Dominum octauæ affligente.

Bononiensis. M. Antonius Marcellinus Bononiensis, maleficos habuit Quadrato se respicientes, & alterum Luminare grauiter affligentes in Sagittario ex angulis, altero malefico simul octauæ imperante. Cecidit igitur cum equo, & in pariete capite contuso, ita ut cerebrum emanaret, statim est mortuus.

Notabilis regula. Vniuersaliter enim malefici aut Luminaria afflicta in ♈, ♌ & ♐, præcipuè uerò ♐, magna pericula ab equis & magnis animalibus decernunt, eoq; magis, cū in duodecimam incidunt.

Carolus Victor, Dux Brūsuuicensis. Sic CAROLVS Victor Henrici Ducis Brunsuuicensis filius, qui in prælio contra Marchionem cum Mauricio Electore occubuit, habuit maleficos coniunctos in imo cœli affligentes, alterum Luminare in octaua domo.

Burbonius. Sic Dux Burbonius, qui in oppugnatione Romæ anno 1527. ictus globo bombardæ incautius emisso à quodam suorum militum die sexto Maij mortuus est, anno ætatis 39. maleficos habuit oppositos ex angulis, unum in signo uiolento, alterum cum stella fixa uiolenta, & ♑ circa principium octauæ domus.

Sigismundus Seldius. Ita Sigismundus Seldius Cancellarius Ferdinandi, & Maximiliani Imperatorum, utrumq; maleficum coniunctum habuit in Sagittario. Equis igitur œstro percitis, excussus est ex cursu, & paulò pòst obdormiuit.

Alius quidam utrumq; maleficum habuit in octaua, in Sagittario, affligentes Lunam quadrato radio. Lapsus igitur de equo statim mortuus est.

Infans deuoratus à sue. Sic infans quidam matre absente deuoratus est à sue, cui malefici ex Angulis opponebantur, altero dominium babente in octaua, & altero effectum suum in octauam exerente.

Infans Ratisponensis. Ratisponæ infans bimulus suffocatus est in uase aqua repleto. Habuit ambos maleficos oppositos in angulo orientis cū stellis fixis, uidelicet corde Scorpij & oculo Tauri, altero ex maleficis simul Dominium octauæ sibi uendicante. Submersionis uerò periculum denunciauit ♄ Dominus octauæ cum oculo Tauri.

VI. APHORISMVS.

MAleficus Planeta in octaua domo, & Dominus octauæ læsus à malefico, aut natura sua maleficus existens, in signo uiolento, ambobus Luminatibus

naribus aut eorum altero læso, aut in signo uiolento constituto, uiolentam portendit mortem.

Sic Laurentius Medices habuit ♄ in VIII. domo retrogradum, & affligentē Lunam, Dominum uerò octauæ Martem natura maleficum, & in signo uiolento constitutum ac Solem impedientem. Fuit igitur ob interfectum consobrinum Alexandrum Medices Venetijs decollatus. *Laurentius Medices.* fol 386

In genitura Magdalenæ filiæ Georgij Ducis Saxoniæ, coniugis Ioachimi secundi Marchionis Brandeburgensis Electoris, maleficus Planeta fuit in octaua domo, & Dominus octauæ in signo uiolento, altero Luminari simul à ♂ afflicto. Mortua est igitur ex partu, quæ mors similis est uiolentæ. *Magdalena Ducissa.*

Ita Catharina filia Sabini Anno 1562. mortua est ex partu, cuius quidem causa manifesta fuit in themate. Nam ♂ utrumq; Luminare coniunctione grauissime affligebat, & alter maleficorum ♄ erat in signo uiolento, affligens Venerem partili oppositione. *Catharina Sabini.*

Stadius in Ephemeridibus genituram tradit Renati Chalonij, Principis Orangiæ, qui ad fanum Desiderij ictu tormentarij globi, dextro humero uiolato, die XV Iulij, Anno Christi 1544. animam exhalauit. Habuit enim ♄ in octaua domo, & proprio domicilio, sed uiolento, altero Luminari simul constituto in signo uiolento. *Renatus Chalonius.*

VII. APHORISMVS.

Dominus VIII. in Horoscopo, in suo detrimento uel casu, aut in signo uiolento, uel cum stella fixa uiolenta, altero Luminarium à maleficis infestato, uiolenta morte perituros significat.

Idem decernit Dominus octauæ in suo detrimento uel casu læsus ab altera maleficarum, Luminarium altero aut maleficorum altero in signo uiolento posito

Huius regulæ exemplum est in genitura Iohannis Moriæ Ducis Mediolanensis, qui Lunam Dominam octauæ in horoscopo suo casu & cum stella fixa uiolenta ac ☊ habuit, Solem ab opposito Martis infestatum. Occisus est in templo à suo ciue. *Dux Mediolanensis.*

Sic Ludouicus Brederodius, ut Stadius tradit, interfectus est in prælio contra Gallos Anno 1557. ad Quintini fanum. Habuit enim Dominum octauæ domus in suo detrimento & simul alterum Luminare affligentem. *Ludouicus Brederodius.*

VIII. APHORISMVS.

Dominus Horoscopi in signo uiolento, uel cum stella fixa uiolenta, uel à maleficis infestatus, & dispositor Luminaris conditionarij similiter uel in signo uiolento, uel cum stella fixa uiolenta, uel à maleficis afflictus, *βιοθανάτους* significat.

Sed in hoc casu necesse est Dominum Horoscopi aut dispositorem Luminaris conditionarij utroque incommodo laborare, si alter uno tantum laboret: excepto eo casu, cùm uterq; est maleficus. Si alter beneficus, alter uerò maleficus fuerit, oportet beneficum duplici incommodo laborare, hoc est, in signo uiolento esse, uel cum stella fixa uiolenta, & afflictum à maleficis. Maleficum autem in signo uiolento, aut ab altero maleficarum afflictum.

Talis fuit genitura bellicosissimi Herois Caroli Burgundiæ Ducis, qui occubuit anno 1476. ab Heluetijs superatus. Dominus Horoscopi ☿ in ♎ cum signo uiolento, & dispositor Luminaris conditionarij Mars scilicet utroque incommodo laborabat, id est, in signo uiolento, & simul à malefico altero afflictus erat. *Carolus Burgundicus.*

Alexander Medices. Sic Alexander Medices Dux Florentinus, qui à suo Consobrino Laurentio Medices fuerat interfectus, habuit Dominum Horoscopi ♄ in signo uiolento, & ab altero malefico afflictum. Dispositorem uerò Luminaris conditionarij Venerem similiter in signo uiolento.

Petrus Aloisius. Ita Petrus Aloisius Dux Placentiæ, Pauli III Pontificis filius, multis uulneribus confossus, Anno 1547. Martem habuit Dominum horoscopi à malefico infestatum, & Iouem dispositorem Luminaris conditionarij cum stella fixa uiolenta, atq; ab utroq; malefico afflictum.

IX. APHORISMVS.

Dominus Horoscopi in octaua, natura maleficus & damnatus, uel alterum Luminare affligens, morte uiolenta natū periturū significat. Quòd si non sit natura maleficus, attamen in signo uiolēto, & damnatus maleficorum inimico aspectu, perinde est.

Iohannes Regiomontanus. Huius Aphorismi exemplum uidere licet in themate Iohannis Regiomontani Mathematici clarissimi. Is habuit ♂ Dominum Horoscopi una cum Luminaribus in octaua domo, natura maleficum & à ♄ damnatum. Is Romam accersitus à Romano Pontifice Sixto, liberius cum taxaret uersionem Trapezuntij μεγάλης συντάξεως ueneno sublatus est.

Ladislaus Rex Huic genituræ non admodum dissimilis est Ladislai Regis Vngariæ, & Bohemiæ, qui anno ætatis suæ XIX. toxico perijt. Habuit enim Dominum horoscopi Martem in octaua natura maleficum, & simul damnantem alterum Luminare.

X. APHORISMVS.

Octauæ & primæ domus Domini utriusq; Luminaris dispositores, altero eorum uersante in suo detrimento uel casu, altero natura malefico & damnante alterum Luminare, constitutum in signo uiolento, uiolentæ mortis exitum denunciat.

Mauricius Elector Saxoniæ. 199 Huc congruit genesis Mauricij Electoris. Is enim primæ domus Dominum, natura maleficum, & dispositorem Solis in suo casu, & ipsum Solem affligentem habuit. Octauæ domus Dominus ☿, in suo detrimento & casu, fuit dispositor Lunæ, quæ constitutio mortem uiolentam ei attulit Anno 1553. die nono Iulij.

Bononiensis. Sic Baptista Baliosus Bononiensis qui anno ætatis suæ XXXIX nocte à suis hostibus, minutim ferè concisus fuit, habuit Dominum ☿ dispositorem Lunæ in suo detrimento, Dominum uerò octauæ natura maleficum, & Quadrato Solem affligentem in signo uiolento constitutum.

XI. APHORISMVS.

Luna in septima, in signis, quæ uiolentas stellas habent, utpote ♉, ♊, ♋, ♐, & Sole inimico radio infestata, uel maligno Planeta octauam occupante, aut saltem dominium octauæ sibi uendicante, ita ut simul uiolentum occupet, similiter uiolentæ mortis indicium præbet.

Baptista Cardanus. Sic Baptista Cardanus, Hieronymi Cardani filius, qui ob datum uenenum coniugi suæ, Mediolani ante aliquot annos fuit decollatus, habuit Lunam in septima, in signo Geminorum, quod oculum Tauri stellam uiolentam habet, utroq; malefico simul existente in octaua

Cardani exemplum aliud. Ita in genitura filij Caualerott, quam Cardanus ponit, Luna fuit in septima domo signi Geminorum, & à Sole inimico radio infestata. Anno igitur 1536. Februarij die 23. sclopeto ut dicunt ictus interijt. Eodem anno Horoscopus ad

Solis

Solis Quadratum peruenerat, & Luna fermè ad ♄ Quadratum.

Ex his Aphorismis singulis, uiolentæ mortis coniecturæ sumendæ sunt. Fieri autem potest interdum, ut non tantum unus, sed plures simul ad eandem natiuitatem accommodari possint. Id ubi fit, eo tristius & euidentius ac certius mortis uiolentæ indicium erit. Simili modo ubi in aphorismis facta est mentio alterius Luminaris damnati, ac nonnunquam id utrique accidit, multò magis uiolenta & ominosa significatio erit. Idem intelligendum est de utraque maleficarum, quæ significatorem infestet. *Notabile.*

EXCEPTIO VALDE NOTABILIS. *Exceptio notabilis.*

Omnium horum Aphorismorum una est generalis exceptio, quæ etiã cum plures in eodem significato congruunt, decreta infringit, uidelicet, alterius beneficorum Planetarum in octaua, alterius in Prima constitutio. Vt in Maximiliani primi genitura, qui, ♀ & ♃ in dictis his locis habuit, omnem uiolentæ mortis significationem mitigarunt. Hic positus omnes Tragicæ mortis prædictionem infringit & tollit, qui si absit, uiolentum exitum satis euidenter ostendunt singuli hi Aphorismi, qui ex quàm plurimis Natiuitatum exemplis, adhibita consideratione ualde accurata, exorti sunt.

PROGNOSTICA QVAEDAM VIOLENTI EXItus quæ ex FIXIS sumuntur.

I. Medusæ caput cum Luminaribus capite truncandos significat.


II. Hercules cum Marte, uiolentia grassatorum: cum Saturno telo aut globo tormentario pericula significat.

Ducis ALBANI, gubernatoris Hispanici in inferiori Germania.


Ferdinandus de Toleto, Dux Aluariæ nascitur Granatæ, Anno 1490. Aprilis Die 25. hora post meridiem quasi nona.

Thema hoc est constitutum, secundũ Regiomontanum.


Thema



Hanc verã esse Neronis genituram, affirmat Cardanus.



Tristissimi casus uiolentæ mortis memorabile exemplum: Quidam studiosus apud nos natus est Anno 1549 post Palmarum illa septimana, quæ Pascha præcedit. Diem & horam Pater ignorat. Sed tempus ex accidente colligi poterit. Is anno 1570 tertio Climacterico nondum expleto, die ☿ post Iudica puluere tormentario miserrimè læsus, die Martis post Palmarum circa septimā horam Francofordię ad Oderam, ubi in studijs uersabatur, eadem septimana, completo tertio Climactere mortuus est. Ac opinor idem fuisse tempus genituræ.



III. Palilicium cum Saturno, submersionis pericula denunciat.
IIII. Idem cum Marte, naufragio aut tempestate.
V. Mars ἀναιρέτης cum Orionis humero dextro, ascēdens, calamitosum exitum, aut affulminatis, aut bombarda percussis.
VI. Cor Scorpij cum Luminarib. cruentē mortē, aut ex ueneno repentinā.
VII. Lucida Hydri cum Anareta, uenenum.
VIII. Lucida coronæ Gnosiæ cum Domino octauæ, aut locis perniciosis, intoxicandum minatur.
IX. Aculeus Scorpij potionandum cum Domino genituræ præsagit.
X. Pleiades cum Luna, si a Marte affligātur, seditione aut insania uulgi opprimendos minantur, & tales plærumque cæcutiunt.
XI. Suculæ cum Saturno præcipites deuoluunt, aut lapidibus obruunt, cum multis clade generali pessundatos.
XII. Mars cum Cane maiore, & ἀναιρέτης, cùm humero dextro Orionis, horoscopo occurrens, publicam lætitiam funestat, uel oblæso in hastiludijs, aut hastarum

hastarum concursu aliquo perempto. Exemplum uides in genitura Henrici secundi Francorum Regis.

XIII. Eadem Saturnus minatur ex hostium insidijs, aut subito incursu.

XIIII. Quibus Delphin culminat, uaria fortuna & præcipiti fato aguntur. Quibus descendit, submersionem minatur.

De Fixis utilis cōmonefactio.

DE FIXIS STELLIS BREVIS COMMONEFACTIO

quomodo in genituris considerandæ sint, & cur præcipiti & inopinato casu repentina & excessu maximo felicitas, exitu calamitoso plerunq; terminetur.

Stellæ fixæ diligenter in genituris obseruandæ sunt.

PVlcherrima & ualde necessaria etiam in genituris obseruatio est stellarum fixarum. Qualia autem & cuius generis futura sint ea, quę promittunt fixę, partim ex natura significatoris, cui permiscentur, partim ex domorum, quam in genesi possident, promissis, petenda sunt.

Exempli causa: Arcturus cum Ioue diuitiarum affluentiam, cum quadam dignitatis excellentia promittit. Vnde uerò ista expectanda sit, simul est inquirendum: Natura Arcturi consideretur & Iouis. Hæc est fixæ stellæ Iouialis partim, & partim Martialis. Quare ex horum permixtione, de facultatum occasione iudicandum, ut propter Iouem oriantur diuitiæ ex beneficijs Ecclesiasticis & dignitatibus. Propter Martem uerò, ex Magistratu, præfecturis prouinciarum, prætoria, tribunitia aut imperatoria autoritate, denique ex fauore & suffragijs optimorum hominum. Quòd si hæc promissio incidit in decimam, autoritatem cum potestate coniunctam, facultatum accessionem præbere significat. Quòd si incidit in nonam, ex Ecclesiastica dignitate promissa præstabuntur. Quòd si in octaua, ob opimam hæreditatis accessionem: In secundam, ob propriam industriam. Si benigni simul radij Solis accedant ex decima cuspide, ob principum gratiam, &c.

Hinc colliget Astrologus, quibus ex rebus & personis significationes eliciantur, partim ex natura significatorum, partim ex situ, quem in natalicio schemate secundùm Domorum distributionem sortiuntur. Expendendi etiam sunt simul propicij uel infausti Planetarum radij, quibus stellæ illustrantur.

Eodem modo præsagia de infortunato & calamitoso genere prognostici instituenda sunt, ut prospicias qualem exitum minæ sint habituræ, an mitigabitur infelicitas, an excitabitur ira, indignatione, odio Saturni, Martis, Solis, an Iouis Venerisq; potentia lenietur, an isti quoq; maleficorum conspiratione uicti oppressum deserant. Vbi nec Mercurium negligemus, sed à qua parte steterit, & cui societate faueat, expendemus.

Notabile de fixis præceptum

Quod si sola fixa angulos possidet, sine radijs beneficarum admirabilem quidem felicitatē præsignificat, sed tragicos exitus simul minatur. Illud enim quod præsagiunt irrationabili & inexpectata benignitate, cum à promissoribus siue succedentibus Planetis exstimulantur, effundūt semel: Ira mox in tanta fixarum diuersitate contrariæ naturæ stellæ subsequuntur, nec præcedentibus consequentes quia perpetuo interuallo segregantur, auxiliantur. Hinc fit, ut ita semel in sublime fastigium sublatos, idq; præter expectationem & dignitatem, medio in cursu magna calamitosa ruina præcipitent. Quare fortuna à solutis stellis siue planetis promissa firmior & constantior est. Illæ enim erraticæ dictæ, ultro citroque exspaciantur, adiuuantur uel mutuo aspectu, uel occursu, promissa uel confirmantes uel præstantes. Adhærentes uerò idem interstitium semper retinent nec mutuis radijs, nec coniunctione sustentantur.

Iohannes

6.7. ♐ | 19.20. ♏ | 29.38. ♎ | 26.25. ♍ ♃ 13.59. ♍ | ☽ 27.46. ♌ | 5. ♌ | ♄ 24.4. ♐ 27.20. ♐ | ♂ 6.55. ♄ 8.52. ♑ | 5. ♒ | ☉ 15.7. ♈ 26.25. ♓ | ☿ 29.52. | 29.38. ♈ | ♀ 0.5. ♉ | 19.20. ♉ | 6.7. ♊ | 27.20. ♊ | ☊ 24.4. ♊ ⊕ 9.59. ♊

Iohannes Funcius nascitur,
ANNO
1 5 1 8.
Februarij
D. H. M.
23. 14. 45.
P. M.

Decollatus est in Borußia. In carcere Osiandri errorem reuocasse dicitur. Dies mortis et collegarū huc uersu, nec non annus ipse decollationis exprimitur. Simonis, Iudæ, Stel, Funk, Horst interiere.

DE STELLIS FIXIS VERTICALIBVS.

Stellæ uerticales dicuntur, quæ in data regione sunt perpendiculares & uerticem cœli nostri in conuersione cœli singulis diebus semel attingunt. Estq; illa uerticalis, cuius declinatio, uel boreali, uel australi regionis inclinationi æqualis. Sic Mechæ Mahumetanorum Arcturus nostro seculo est uerticalis, Scorpij media in fronte & corui rostrum insulis infortunatis. Fidicula Epheso, Caput Medusæ Toleto, Apuliæ & Neapolitanorum regno, Cauda Cygni Bononiæ & Mediolano, Germaniæ caput Draconis & extrema Vrsæ cauda. Ac hodie quidem fortißimi Europæ populi sub cauda Helices habitant, quæ bellicosos & strenuos facit. *Quæ sint stellæ uerticales? Arcturus. Scorpij stella.*

Monent autem Astrologi, illas quoq; considerandas esse in genituris. Quibus enim nascentibus culminant, stellæ uerticales, hi ingenia & mores regionū ipsarum ita referunt & exprimunt, ut communi fauore & studio ad dignitates attollantur. Cum uerò iniqui radij istas circumsident, præcipuè ♂ & Lunæ, mobilitate uulgi & seditione exturbantur. *Stellæ uerticales in genituris sunt considerandæ.*

DE STELLIS TOPICIS.

Topicæ stellæ dicuntur, quæ in quotidiana cœli conuersione spacio 24. horarum nunquam oriuntur aut occidunt, sed tantum circumferentiam Horizontis stringunt. Ac tales sunt, quæ nunquam subducuntur, quarum declinatio cum regionis latitudine per additionem Quadrantem circuli, id est, nonaginta gradus, exactè complet. *Quæ sint stellæ Topicæ. Quomodo deprehendantur stellæ Topicæ.*

Ee Cùm

Cùm igitur in themate natalicio, stellæ illæ Topicæ, tuum etiam genituræ horizontem stringunt, sub tali cœli inclinatione, natus uel ob hanc causam in magna autoritate ob morum commoditatem erit, & magisterio ac dignitate reliquos antecellet. Et tal s cœli situs, rectè Topicus genius dici potest.

Topicus genius.

Memorabilis obseruatio.

Notandum est & illud, quod in qualibet regionis calamitate uel ab Eclipsibus uel Cometis significata, illi quoque corripiantur ob συμπάθειαν, quibus in uerticalem stellam aut topicam siue horizontalem genituræ congruentem, incidunt Cometæ & Eclipses, ut pulchrè Stadius annotauit.

SECVNDO DE GENERE MORTIS VIOLENTAE.

Genus mortis uiolentæ sumitur à Planeta malefico, qui grauius lædit significatores, aut præcipuam authoritatem & uim habet in locis significatorũ mortis, uidelicet, Solis, Lunæ, Horoscopi, & eius Domini, uel octauæ Domini, uel harum domorum, commiscendo & naturam signi & interdum domus cœlestis, in quo uersatur, significatione, quod facilè exempla declarabunt superiora, Ludouici Regis Vngariæ, Iohannis Sinni & aliorum.

♄. ♄ pro sua natura significat mortem ex suffocatione, submersione seu naufragio, uenenis & ruina.

♂. ♂ ex ferro, igne, fulmine, uel globo bombardico, laceratione bestiarum, & raptatione seu ictu equorum.

♄ & ♂. Vterque ob casum ex alto, uel strangulationem.

SIGNORVM SIGNIFICATIO ET

natura hæc est.

IGnea ♈, ♌, ♐, ex igne, fulmine, bombarda, mortem minantur. Item ab equis & magnis animalibus præsertim in XII.

Aerea ♊, ♎, ♒, casum ab alto, præcipitium & strangulationem.

Aquea ♋, ♏, ♓, submersionem.

Terrea ♉, ♍, ♑, ruinam.

Humana, ♊, ♍, ♎, ♐, ab homine per arma & uiolentiam.

Venenata à ueneno.

DOMORVM NATVRA NON EST OBSCVRA.

DVodecima, ab equis uel manifestis inimicis.

Sexta, à seruis uel uicinis.

Septima, propter occultos hostes.

Tertia propter affines, consanguineos, & sic de reliquis.

OBSERVATIO MEMORABILIS.

Notabilis obseruatio.

QVod si natura signi & Planetæ ratione Qualitatum conuenerint, ut ♂ in signo igneo cõstituto, satis euidẽter genus mortis declaratur, uel ex igne, uel bombarda, &c.

Si Discrepant natura Planetæ & signi, consideranda sunt reliquorum significatorum signa & conuenientia eorum in eodem decreto diligẽter inquirenda. Regulis enim omnis uarietas compræhendi nequit, ac iudicantis solertiæ multa relinquenda sunt.

Regulis non omnis uarietas compræhendi potest.

TERTIO, DE MORTE NATVRALI ET EIVS CAVSA.

Vnde de morte naturali iudicium sit sumendum?

CVm nulla testimonia uiolentæ mortis signa sese offerunt in genitura, satis magnum est indicium, eum natum morte naturali moriturum, ex infirmitate seu morbo, ut plærumque fieri solet.

Huius qualitas sumitur à natura Planetæ & signi octauam domum occupãtis, ubi si plures fuerint, semper fortior præferatur.

Si nullus in ea domo Planeta fuerit, à natura Planetæ octauæ domui imperantis

7

rantis, & signo in quo uersatur, iudicium sumẽdum erit. Ac supra ostensum est, in loco de infirmitatibus, qui morbi à quibus signis & Planetis significentur, quæ huc referri debent. *folio 292*


QVARTO, DE MORTE REPENTINA.

Repentina mors, quæ ueluti medium quiddam est inter uiolentam & naturalem, proprio tamen uiolentæ, portendi intelligitur, ex imperfecta constitutione, quæ uiolentam mortem significatura erat. *Quæ sit mors subitanea*

Exempli gratia: Iuxta quartum Aphorismum superiorem, ambo luminaria sint in ab utroque malefico læsa, & alterum eorum tantum in signo uiolento constituatur. Hæc est imperfecta constitutio mortis uiolentæ, & pro ea potius repentinam & subitaneam mortem decernit. Nam ad uiolentæ mortis constitutionem requiritur, ut etiam altera maleficarum uiolentum signum obtineat. *Exemplum regulæ.*

Exemplum mortis repentinæ tradit Cardanus Genitura XXVII. de Comite Gaiazio, uiro strenuo, qui anno uitæ XXXII. mense Maio, cùm cœnasset lucu- lenter, intra quartam noctis horam prorsus extinctus est. Habuit autem imperfectam constitutionem mortis uiolentæ. Nam malefici se quidem respiciebant quadrata radiatione ex angulis, iuxta quintum Aphorismũ, sed neuter eorum cognationem cum octaua domo habuit, nec alterum Luminare in signo uiolento afflictum fuit. ♄ quoque ex decimo loco damnauit □, ☉, ☿, & ♂, Dominum ascendentis. Ac illo anno, quo mortuus est, Horoscopus ad locum Mercurij combusti peruenit. *Comes Gaiazius.*

THEMA COMITIS GAIAZII.



EXAMEN NOSTRAE GENITVRAE. folio 20

IN hac genesi Illust. nostri Principis, octaua domus in xiii. gradu Tauri, non satis bene affecta est, cum Saturnus Dominus genituræ cuspidem oppugnet & caput Algol omnium stellarum uiolentissimum & periculosissimum sidus in domum hanc mortis incidat. Accedit & hoc, quod Luminaria sint in signis uiolentis, Scorpione & Aquario, & utrumque à maleficis affligitur.

Sunt igitur hic non leues significationes, quæ uiolentam mortem minentur, cuius exēpla plurima habet Princeps noster in inclyta sua familia domus Brunsuuicensis.


Genus siue qualitatem monstrat Planeta qui præcipuam uim & autoritatem habet in locis significatorum mortis. Cùm igitur ♄ præcipuus sit dispositor huius significationis, in timore Dei & pia inuocatione ipsius uiuat assiduè, qua significata cœli quantumuis atrocia, quæ non sunt stoica aut prætoria decreta, mitigari, uel prorsus tolli possunt.

Saturnus enim in Leone, ex cœli fastigio, minatur mortē ex submersione seu naufragio, uenenis, ruina uel bombarda, nec non causis igneis. Vitet etiam intemperantiam & immoderatum usum Veneris, propter ☋ in octaua, & cautè sibi prospiciat, ne insidijs & iussu Magnatum aliquorum, ueneno tollatur, &c.


FINIS IVDICII GENERALIS.


MEMORABILES QVAEDAM GENITVRAE

quarum hic fecimus mentionem.




Ludo-



Ludouicus Rex Bohem.
& Vng.
ANNO
1 5 0 6.
Iunij
D. H. M.
30. 23. 30.
P. M.



D.Schlusselfelderus
Norenberg.
Anno
1 5 1 9.
Januarij
D. H. M.
6. 5. 0.
P. M.


Sebastianus de Lauetero.
ANNO
1482.
Septembris
D. H. M.
22. 20. 17.
P. M.

Franciscus Floridus Sabinus
ANNO
1510.
Nouembris
D. H. M.
6. 13. 13.
Horol.


Hermes de Marsilijs
Bononiensis.
Anno
1 4 9 6.
Septembris
D. H. M.
22. 15. 53.
P. M.



Iohannes Paulus Bo-
noniensis.
ANNO
1 4 7 1.
Iunij
D. H. M.
28. 15. 40.
P. M.



Iohannes Schantz.
ANNO
1 5 0 0.
Martij
D. H. M.
8. 22. 30.
P. M.



Napulianus Vrsinus
Romanus.
ANNO
1 5 1 4.
Nouembris
D. H. M.
12. 8. 51.
P. M.


Mutius Columna.
Anno
1 4 7 8.
Augusti
D. H. M.
19. 17. 6.
P. M.

Galeaz Sforciæ.
Anno
1 4 4 4.
Ianuarij
D. H. M.
14. 3. 15.
P. M.



Frater Reimundus.
Anno
1. 4 8 1.
Iulij
D. H. M.
18. 16. 24.
P. M.



Marchionus de Manzolis.
Anno
1 4 6 1.
Iulij
D. H. M.
7. 19. 26.
P. M.


Iohannes Symus Card.
ANNO
1 4 8 6.
Decembris
D. H. M.
24. 12. 0.
P. M.


Iohannes Iozadinus.
ANNO
1 4 7 7.
Decembris
D. H. M.
30. 9. 30.



Puer deuoratus à lupis.
Anno
1 5 3 1.
Maij
D. H. M.
29. 23. 58.
P. M.



Laurentius Medices, Florentinus.
Anno
1 5 1 4.
Martij
D. H. M.
21. 17. 47.
P. M.





Hæc à coniuge propter adulterium interfecta est.


Angelus Politianus.
ANNO
1 4 5 4.
Iulij
D. H. M.
14. 1. 28.
P. M.


Hercules de Strocis.
ANNO
1 4 7 1.
Septembris
D. H. M.
2. 1. 34.
P. M.


Branchinus Mantuanus.
Anno
1 4 8 7.
Ianuarij
D. H. M.
31. 16. 47.
P. M.


Caspatus Busch, Senior, magnus nigromanticus.
ANNO
1 4 6 7.
Septembris
D. H. M.
30. 3. 30.


Tritemius Abbas, insignis Nigromanticus.
ANNO
1 4 6 2.
Februarij
D. H. M.
1. 11. 30.



EPILOGVS.

Duæ partes doctrinæ de Astris NOrunt Mathematum studiosi, duas esse partes doctrinæ de Astris, quam communi nomine Veteres ASTROLOGIAM uocarunt. *Astronomia.* Altera per Geometriam & Arithmeticam, firmissimis demonstrationibus, certissimas Leges motuum scrutatur, & euentu per experientiam, considerans ortus & occasus stellarum, quantitatem, uarietatemque dierum & noctium, congruentibus etiam deliquijs, ad constitutos Luminum terminos siue nodos, artis usum & certitudinem probat. *Astrologia.* Altera quæ μαντικὴ dicitur seu diuinatrix, ex motu, positu, radijsque corporum cœlestium, secuturas in Elemẽtaribus corporibus effectiones, diuinando, ex caussis scilicet effectus, ratiocinatur. Illa Astronomia, hæc uerò Astrologia dicta est.

Etsi autem prior pars syderalis scientiæ, quæ in caussis inquirendis uersatur, ex manifestis demonstrationibus extructa, utilitates omnibus notas continet, quas nemo sanæ mentis negare potest, ut anni metas certissimas, & partium anni, totiusque temporis, iustam descriptionem & partitionẽ teneamus: tamen multos inuenies, & stolidos & superbos omnium bonarum artium hostes & contemptores, *De hostibus et contemptorib. Mathematum.* qui hanc quoque Philosophicam doctrinam aspernantur & derident magno fastu, suisque prauis exemplis, ab hoc studio sanctissimorũ Patrũ prorsus diuino, ad Cyclopicam barbariem, cœlique contemptum homines abducunt.

Tales gigantes & Scorpiones Orionis, qui cœlo bellum inferũt, refutat uox ipsius Dei, quæ hîc oraculi loco habenda est Et erunt Lumina in signa, tempora, dies

ra, dies & annos, ubi certè aspectio & obseruatio sydetum, diuinitùs mandata est, cum ut cognita motuum cœlestium certitudine, anni tempora accuratè constituamus & obseruemus, ac tempus metiamur, tum illud ratiocinemur dulcissima μάλιστα, huncmundum & hanc totam rerum naturam, non rasu ortam esse, aut uotui, sed ab aliqua mente architectrice, & quidem sapientissima, conditam esse, quæ hanc machinam gubernet, & sese nobis ostendat in hoc pulcherrimo ædificio, adeò quidem, ut manibus, Apostolo teste, palpari possit. Quam magnum est hoc ornamentū Astronomicæ doctrinę, quod Deus ipse in hac splendidissima cœli fabrica, perpetuis motuum periodis & legibus, mirifica spectacula nobis proponit, ut mentes hinc excitatæ & confirmatæ, uerè statuant esse Deum, qui ordinarit & adhuc regat hos motus, ne ignotum Deum Atheniensium more colamus, qui infinitis modis, etiam ipsa uarietate, ordine & harmonia motuum, ad sui agnitionem nos inuitat.

Refutatio omnium qui aspernatur cœlestia illa studia.

Astronomica doctrina deducit nos ad Dei agnitionem.

ASTROLOGIAM uerò siue diuinatricem, omnibus seculis, longè plures, etiam doctrina excellentes oppugnarunt, quorū iudicijs & censuris respondere ut ueritas illucescat, admodum difficile esse uidetur. Durum est, omnem ueritatem ei derogari, artium numero & titulo excludi, ac ex tota rerum natura, legibus diuinis & humanis relegari Astrologiam, quasi præstigijs, non ueris rationibus tanitatur, ac in totum damnari, cùm multi abusi sint arte, uel superstitione, uel quæstu, uel ambitione, & naturæ uanitate

Astrologia omnibus seculis à multis oppugnata est.

His diuersis sententijs & iudicijs, cum aliàs copiosè satis uera fundamenta opposuerunt homines eruditi, quorum monumenta adhuc sunt in manib studiosorum: illud tantum hic sub finem monemus: μαλλον illam ueram & sanam siue Physicam, quæ causas cœlestes mutationis naturæ inferioris scrutatur, munitam esse, non tantum primorum parentum & Patrum autoritate, qui effectus sydetum peruestigarunt & posteris tradiderunt, sed etiam uoce cœlesti, quæ in doctrina Ecclesiæ patefacta est: sint in signa, tempora, dies & annos. An non hic decernit Deus, ut stellæ, inter quas Luminum præcipua uis, sint in signa, id est ante conspecta & considerata, erudiant nos de mutationibus temporum, ut stellarum exercitus, quæ toto cœlo fulgentissima, incredibili sapientia, absoluta corpora, non tantum otiosi ornatus causa, sed ad alios longè potiores usus, condita esse, certum est.

Quibus fundamentis munita sit astrologia.

Quis adeò cœcus & impudens est, qui experientiam tollat, quæ euidenter demonstrat, esse aliquas syderum & Luminis effectiones in Elementis & corporibus mixtis, plantis & animantibus, cui contradicere Sophisticum est, ut Galenus inquit Ac sicut usu sensuum fatemur, calidum esse ignem, aquam humidā, terram siccam: ita rectè asserimus, natura duce, corpora à Sole calefieri, Lunę radijs humectari, Saturni & Martis coniunctione siccitates excitari, Lunæ & Iouis coniunctione in Cancro, humores augeri. An non Solis periodus, temporum mirabiles uices, hyemis, ueris, æstatis & autumni, dierum & noctium, Climatum & Zonarum dissimilitudinem efficit, quàm uel indies notare licet, aëris, scilicet statum mutari, pro natura radiorum Solis & stellarum, quæ cum Sole emergunt occidunt aut configurantur? An non & Luna suas uices menstruo ambitu efficit, incurrens etiam radios Erraticarum uel fixarum, terrena afficit omnia? Hæc & alia infinita, cum perpetua experientia palàm confirmet, illud cōcedi necesse est, Astrorum aliquas esse effectiones, quarum animaduersio tandem artem pepererit, quæ nequaquam uana aut temerè ab hominibus otiosis cogitata. sed euentu comprobata, certis metis & artificum annotatis, tandem inclusa est

Experientia non est tollenda.

Experientia in Astrologia, artem pepérit.

Consideres quæso aëris temperiem, & subitaneas mutationes, quarum causæ ex deliquijs, coniunctionibus magnis, non obscurè colligi possunt. Nulla enim ætas, uidit sine tristi euentu Luminum defectiones, & ex historijs perspicuum est, nullas unquam præterijsse, sine insigni aliquo euentu. Quam magni

Eclipses Luminum.

Ff

sæpe

sæpe uenti irruunt, ubi Planetę ad flatuosa pertingunt sidera? Sæpè turgescunt flumina, maximis inundationibus, & pluuiales plurimi sunt dies, cum in aqueis signis, quocunque modo cõcurrunt stellæ. Sed his omissis, de quibus aliàs dici solet, quæ uel agricolis cognita sunt, hominem etiam contemplemur.

Crases uirtute siderum temperantur.

Certum est enim, si corpora nostra consideres, non tantum Crases ex semine, seu materia oriri, sed etiam ualde siderum potestate temperari. Quanta est imbecillitas illorum, qui uel in Nouilunio uel plenilunio nascuntur? An non Cerebrum et plurimum affligitur Melãcholica πάθη illi imprimis qui uenit in lucem sub Coniunctione Luminum in Ariete aut Scorpio? Præstantes & heroicas naturas format Iupiter, ubi iungitur Saturno, adeò ut Crasis sit felicissima. Elegantes, suaues, uenustos, in omnibus actionibus, præstat ♃ & ♀. Musicos facit σύνοδος ☿ & ♀ in Venereo signo. Saturnus & Mars ubi congrediuntur, mira calliditate & simulandi artificio, in omnes casus expedito, ingenium instituunt. ♂ ☿ & Lunæ coitus, uel inter se connexus, ex radijs bonorum nihil intercidente, quod uitium corrigat, argutam & acrem naturam, sed subdolam & fraudulentam gignunt. ☿ in ♍ aut ♈, Lunæ iunctus, ita ut ♃ & ♂ sextili uel Trigono, eum intueantur, summum sagax & excellens acumen ingenij, absoluunt. Hæc exemplis in ipso opusculo illustrata sunt, quæ cum obseruationibus congruere plærumque uidebit ille, qui hominum crases & causas dissimiles, aspicere uoluerit.

Collatio Medicæ artis cũ Astrologia.

Sicut igitur in Medica arte, ex cognitione causarum, signorum & effectuum, ars extitit cùm iudicandi, tum prædicandi, multas corporum mutationes, & ea prædictio Physica, res concessa est & aliena à superstitione, cum sit aspectio diuinorum operum: Ita in hac diuinatrice, iudicante ex siderum positu & natura, causarum, signorum & effectuum quid aliud est hæc consideratio, quam diuinorum operum aspectio? Quare & Astrologia artis nomen meretur, & ars concessa est,

Astrologia ars est concessa.

ac ab omni superstitione aliena censeri debet, cùm ex ipsa experientia uniuersali & particulari, demonstrationes colligat.

B. filij argumentum solutum.

Hic ex S. Basilio argumentum Astrologis obijcitur, quod extat in enarratione capitis de rerum creatione, quo nonnulli siderum effectiones tollere conantur: Si inquit, à sideribus sunt uitiosæ inclinationes, aut scelera, Deus causa est humanorum uitiorum ac furorum. Negat igitur ex astris quicquam accedere constitutioni Temperamentorum, uel ullam inde oriri ἀνάγκην, quæ ad actiones incitet, ne peccati causam in Deum cõferamus. Hæc ratiocinatio satis plausibilis, in Ecclesia solutum est facilis.

Si hominum natura mansisset integra, fulsisset in nobis lux diuina, gubernatrix omnium motuum, & stellæ in materia non contaminata alias actiones habuissent.

Quales effectiones habeãt stellæ, natura deprauatã per lapsum.

At nunc deprauato & mutato statu naturæ humanæ, extincta luce, quæ rexit cæteras uires, & languefacta potentia uoluntatis, uiribus humanis efferatis, astrorum effectus in his fordibus sunt infeliciores. Hæc præstantis naturæ, quæ sese Diabolo prostituit nequaquam uolente aut impellente Deo, tristissima uulnera deploremus, agnoscamus quàm triste malum sit peccatum, propter quod tota rerum natura est immutata, nostraque temperamenta beluinis simillima facta sunt.

Astra non sunt causæ scelerũ.

Etsi uerò dissoluta harmonia corporis humani, Astra cùm uitiatam afficiunt materiam, tum formant crases: tamen ne nunc quidem scelerum aut quarumcunque actionum, integræ causæ dici possunt. Affirmamus dissimiles esse causas

Dissimiles causæ actionũ humanarum.

actionum humanarum, quæ cum sint diuersissimæ, Astris tantum, ut partialibus causis, actiones regi perspicuum est. Principalis enim causa est Deus ipse qui peculiares motus per Spiritum sanctum excitat in animis hominum, qui

1. Deus principalis causa actionum.

non cientur stellarum uiribus aut temperamentis, sed immediatè à Deo proficiscuntur. Talis est in Dauide, qui immediatè à Deo singulari robore uirium accenditur, ut cum Goliath præliatur. Hi motus, qui à Physica sunt alieni, cùm sint

diuini

diuini, rectè considerentur, & assuefaciendæ sunt mentes, ad petendam à Deo gubernationem.

De uoluntate homin.

Altera causa est, ipsa hominis uoluntas, quæ aut assentitur aut repugnat Temperamentis. Hæc uoluntas humana, astris dominatur, quæ potest & debet ingruentia mala & ingenerata uitia, meditatione, inuocatione, timore Dei & exercitatione tollere, frenare aut corrigere, ne illud accidat, quod dicitur: Naturæ sequitur semina quisque suæ. Hic execramur simul Stoicorum delirium de necessitate, qui primam causam compedibus uinctam, Deum ipsum, cœlo affigunt, imperium naturæ ei eripiunt, & ex hominis uoluntate, pecuinum seruitium statuunt. Nec Astrorum statutis, irrefragabili lege, uoluntates hominum obstringimus: Nec Neronem, Caligulam, Antonium, ad scelera nefanda cogi dicimus, Sed illud asserimus, uerùm esse quod dicitur: Fata mouere Deus, tollere fata potest, & quod uolũtas, maximè adiuta diuinitùs, etiam sua ui, multa Astrorum monita euitare possit.

Diabolus ad quæ scelera sæpè impellat homines.

Tertia causa est ipse Diabolus, qui miseras hominum mentes sępe in hac tanta infirmitate, horrendis sceleribus inuoluit. Sic Neronis furores, non tãtum ex temperamento oriuntur, sed ipse sibi tales uolens accersit, & indulgens cupiditatibus magis magisq; instigatur à Diabolo, ac impellente ipso, multo fit deterior, quàm qualem natura, quamuis infausta, finxerat. Sic innumerabiles homines, astrorum beneficio uel optimis naturis prædití, horribiliter in scelera ruunt, & tristissimis casibus opprimuntur, ut Saul & Oedipus, & similes, quorum facta & euentus, non ad causas cœlestes, sed ad Diabolũ & uoluntates hominum referenda sunt. Cùm igitur tanta causarum sit diuersitas, in alijs etiam prauæ, in alijs bonæ sint inclinationes, illæ reprimendæ, hæ ad naturam conformandæ, opus est diuina gubernatione, in hac maxima infirmitate, erroribus & hallucinatione multiplici, ac rogandus est Deus, ut ipse nos regat Spiritu sancto, ne Satanæ furoribus & insidijs euertamur, & salutares actiones ipsi placentes impediantur.

Obiectio ex dicto Ieremiæ.

Alij hic nobis dictum Ieremiæ obijciunt: A' signis nolite timere, & autoritate huius prophetæ, Astrorum significata, securitatem in animis hominum Epicuræam ut magis confirment, abijcere student. Quàm insulsa autem hæc sit consequentia, signa cœli non sunt metuenda, Ergo nihil significant, cuius est planum. Sentent ia huius Prophetæ, est insignis doctrina & consolatio, Ecclesiæ omnibusq; inuocantibus proposita, quæ monet, etsi magnæ calamitates à signis cœlestibus nobis denuncientur, tamen uera agnitione & inuocatione Dei, expectandum auxilium & liberationem, aut saltem gubernationem ac mitigationem euentuum, illi permittendam esse.

Quæ sit uera sententia huius dicti.

Hæc non pugnant cum Astrologia, sed monent, ut siderum indicijs, de imminentibus malis ac periculis commonefacti, non succumbamus animis eorum magnitudini, uerùm ad opificem ipsum, plena fiducia accedamus, poscentes opem aut mitigationem. Deinde cum signa nominat, his aliquid portendi affirmat, nec uult contemni aut Epicureismo quodã illudi, sed uult ea aspici & considerari, quid nobis portendant, timore tantum seu terrore animi excusso, ne uel pro Dijs, astra, gentium more, timeamus aut colamus, uel minis eorum perculsi desperemus, quorum utrumq; impium est.

Signaque præcesserunt excidium Hierosolymæ.

Quantum fuit prodigiorum, Eclipsium, fœdarum Coniunctionum, antequam Hierosolyma euersa est: quibus florentissimæ politiæ, quæ annis 1582, durauerat, signa scilicet terribilia, excidium denunciabant. Hic ne pij, expauescentes conspectu signorum, dolori succumberent, Christus consolationem tradidit, instat redemptio uestra, & precari iubet, ut inter illas rerum confusiones seruemur. Tale est & illud Ieremiæ consilium, ne signa metuant, uult præmunitos & confirmatos esse pios testimonijs, de uoluntate Dei, ne cum impendent tales calamitates, frangantur animis & desperent. Magna quidem est sapientia,

contemplari naturam. Sed magis est necessaria, confugere ad Deum architectum & præsidem naturæ, qui se calamitates mitigaturum, pœnitentibus promisit.

Alia obiectio ex dicto Esaiæ.

Profertur & illud Esaiæ, stant & saluent te augures cœli, qui contemplantur sidera, & supputant menses, ut annuncient tibi futura. Hic quoq; responsio plana est, quæ ad similia dicta in Leuitico & Deuteronomio referenda est. Certùm est, uoce diuina non prohiberi προγνωστικὴν Physicum, sed corruptelas artis taxari & condemnari, cùm ex Astris omnes peruestigamus euentus, uerbo Dei, promissionibus & præceptis, Astrologorum decreta anteferimus, & obscurata uera agnitione & inuocatione, à Deo & uerbo eius patefacto mentes abducimus. Ita dubium non est, ipsos Patres Augustinum & alios, nec non Imperatorum constitutiones, damnare corruptelas arti temerè admixtas, & abusum ordinis diuini, quo sine fide Deum compellante, ex Astris uelut numinibus, cōsilia & auxilia inquiruntur omnia, non Physicas obseruationes, quibus non minus, quàm Medicorum signis & diuinationibus uti licet.

Corruptelæ Astrologiæ condemnantur.

Notabile.

His fundamentis rectè constitutis, hanc diuinatricem partem Philosophiæ puram doctrinam esse Physicam asserimus, & ad naturæ aspectionem necessariam iudicamus, in qua temperamenta & inclinationes, quantum fieri potest, ad causas cœlestes referuntur. Ac talis Physica naturæ aspectio, non est superstitiosa, cùm sit consideratio operum diuinorum, quam homines experientia docuit, ut reliquam Physicen, herbarum uires in medicando, &c.

Quatuor partes Astrologiæ.

1. Agit de mutationib. aëris.

Huius Astrologiæ Physicæ, quatuor partes constituunt artifices, quibus totam ex uirtute astrorum, scientiam includunt. Vna est, quæ agit de tempestatibus seu mutationibus aëris, & ijs, quæ inde consequuntur rebus, ut sunt ambientis salubris constitutio, aut pestilens eiusdem infectio, annonæ uel copia, uel penuria, quæ ex reuolutionibus annorum mundi, item mensium singulorum cùm cōiunctionibus tum oppositionibus & Quadraturis, ortu siue occasu stellarum fixarum prædici solent, de qua Ptolemæus consulendus erit.

2. Pars de Regnorum mutationibus.

Altera pars prædictionum est, qua regnorum fatales casus ac mutationes, ex magnis Coniunctionibus, Eclipsibus, Cometis alijsq; impressionibus prædicuntur. Hæc considerat periodos imperiorum, principia & excidia politiarum, Rerumpub. euersiones, Legum, Religionum & sectarum originem aut abolitionem, in qua parte orbis terrarum, pax siue bellum, quæ magnorum Principum res gestæ aut gerendæ, qui euentus publici & uniuersales futuri sint.

3 Pars de Electionibus.

Tertia est de Electionibus, quæ est obseruatio dierum & horarum, ex constantissimo motu cœli & siderum, ut hinc ad Oeconomica, politica & ad ualetudinem conseruandam necessaria, eruantur. Tales sunt electiones de usu Pharmacorum, sectione uenæ, curatione membrorum, ablactatione infantum, balneis, coniugijs, dignitatibus, peregrinationibus, nauigationibus, legationibus, migrationibus, & similes, quarum obseruatio Physica Religioni non aduersatur. Hinc Quæstionum nugas, & commenta Arabum siue Chaldæorum excludimus, qui egressi artis metas, infinitas, anxias & superstitiosas constituerunt ἀπολογὰς, fingentes siderum dominio parere, quicquid hic orbis habet, nihilqúe tentandum uel publicè uel priuatim, nisi inspecto cœlo, fatalium legum tabula. Hæc impostorum commenta, præter rationem falso introducta, rectè exploduntur, cùm nulla ratione explicari, aut Physicis causis confirmari possint.

Nugæ Quæstionum & Arabica somnia.

Vitandæ sunt futuræ superstitiones.

4. Pars quæ ad geneses spectat

Quarta γενεθλιαλογικὰ est, quæ ex constitutione cœli, cum conceptionis, tum partus tempore futura accidentia, uenatur & elicit, extruit prædictiones in humanis corporibus, ac præcipuis eius partibus, illorumqúe, quæ à crasi oriuntur, potentias naturales, roboris aut imbecillitatis, ægritudines actiones & mores, quos euentus cuilibet temperamenta, ut partiales causæ, fingunt & communicant.

De hac postrema parte collegimus studiosis Mathematum, ex scriptis probatissi-

batissimorum artificum, hanc qualemcunque Methodum exemplis illustratam, quam Astrophili, qui elementa Astrologica ordine cognoscere uolunt, intueantur & imitentur, memores dicti Ptolemaici: A'te & à scientia. Sicut enim bonos Poetas, ars Sola non efficit plurimumque in ijs natura ualet: sic neque sola disciplina Mathematicum perficit, in quo, cùm cœlestium significationum interpres sit, multo etiam magis, quàm in Poeta, necesse est, uti natura ipsa uires suas exerceat. *Aphorismus Ptolemaei.*

Hanc iudicandi farraginem, de temperamentis & inclinationibus humanis, ex Physicis cœlestibus causis collectam, communicamus omnibus, qui de studijs Mathematum, candidè iudicare solent, cœli sunt studiosi, Cyclopum immanem & beluinam detestantur barbariem, sidera quibus nostra corpora post resurrectionem conformia erunt, magna reuerentia intuentur, omnium stellarum gubernatorem admirantur, nec astrorum effectus ac signa uelut sponsi Penelopes rident, sed cœlestem Academiam infinitis stellis exornatam, ardenti gemitu exoptant, in qua Deus, sine stellarum aut secundarum causarum operationibus, omnia erit in omnibus. Bene his uale optimè Lector.

Scripsi hæc in noua arce Brennonis, IIII. Calendarū Iulij, Anno 1568. quò die ante annos 1894. Alexander Magnus, anno sexto regni sui, ad Arbela uicto Dario, ingentibus copijs profligatis, imperio potitus est, & Monarchia à Persis ad Græcos siue Macedones translata est. Hæc uictoria, admodum funesta Lunari Eclipsi celebratur in historijs, quæ accidit ante Christum 326. annis, Iunij Die 28. iuxta ☋ Draconis caudam, Sole existente in 1. Grad. 16. ♋. Luna in puncto opposito, 1. Grad. 16. ♑, ☊ in 23. Grad. 56. ♊, cuius principium in Assyria, Hor. 10. 26. P. M Medium 11. H. 53. Finis 12. H. 16. Tempus cāsus, 1. H. 25. Puncta obscurationis 7. 15. Sicut autem quod est memorabile & miraculosum, ad Arbela auctum est uictoria & maiestate Monarchiæ, regnum Macedoniæ, Luna umbram terræ incurrente: Ita uicissim congruente fato, sublatum est regnum è Macedonia nomen, Luna ijsdem tenebris inuoluta, de quà Liuius commemorat, ante infaustam Persei pugnam, Eclipsin Lunæ accidisse, quam tunc quoque non falsò Macedones, ut triste prodigium, occasum regni perniciemque gentis portendens, interpretabantur. *Quo tempore Persica Monarchia ad Græcos translata sit.*

AD CANDIDVM LECTOREM, MATHEMATVM STVDIOSVM.



EN habes his, quod multi sæpe expectarunt, & obnixè sibi communicari, à me flagitarunt uiri excellentes, & sideralis doctrinæ studiosissimi. Hic labor si tibi gratus erit, & studijs aliquando proderit illorum, qui effectuum doctrinam Astronomiæ cognitioni addendam esse intelligunt, dabimus operam, ut in hoc genere plures communicentur lucubrationes Astrophilis. Ac quicquid hic aliquot annorum laboribus, ex multorum collectum & congestum monumentis, in publicum proferimus, omnes cœlum aspicientes & colentes hæc studia, boni consulant, & contra Scorpiones & maledicos, Mathematum hostes ac calumniatores tueantur, & ut meam quoque existimationem defendant, etiam atque etiam oro. Ac si quid minus accuratè hic elaborauimus, imprimis in conficiendis Thematibus Cœli & Locis Planetarum constituendis, qua in re aliorum opera sæpe usus sum, inter uarias occupationes. (noti enim sunt labores illorum, qui in gubernationibus uersantur) id benignè quæso corrige & emenda liberrimè, optime amice, & ut me de erroribus commonefacias, & modestè sine contentione mecum conferas de ijsdem, amanter oro. Artis Astrologiæ

giæ patrocinium suscipiant alij. Ego cum nemine contendam de hoc corpore Mathematico, & omnino id mihi polliceor, uiros bonos mihi ueniam daturos esse quod ego, qui cũ uerser in inquirenda doctrina, quæ compræhẽsa est in scriptis Propheticis & Apostolicis, interdum redeam animi causa, ad illam sapientiam cœlestem sideralis scientiæ, quam ante multos annos, professus sum. Quærant alij suas uoluptates, occasiones otij & refectionẽ ingenij. Mihi quæso ignoscant boni, quod ad hæc studia nonnunquam respiciens, uires exhaustas corpusculi recolligo, & his mirum in modum me recreari uideo, & uaria inde sumo oblectamenta. Oro & hoc amanter, ut si qui Exempla geniturarum collegerũt, summorum Principum & Heroum, ac singularium Casuum, in Germania aut uicinis Regnis, necnon in aulis uersantur geneses ad nos uel tempora saltem transmittant, ut Exemplorum opus, omnino dignum admiratione, compleatur & exornetur. Bene & feliciter uale optime Lector, ac Deum pro me ora, ut mea studia clementer gubernet.

INDEX LIBRORVM ET MONVMENTORVM, QVAE ASPIrante diuina gratia breui publicabuntur,

I. NOVVM Calendarium, de singulis festiuitatibus totius anni, accommodatum magno labore ad singulos dies.

II. Nouum opus de Temporis Correctione.

III. MAXIMILIANI II. Imperatoris aurei Canones secundorum mobilium, ex quibus facili uia motus siderum computari poterunt, & Ephemerides conficientur, congruentes obseruationibus.

IIII. Tabulæ primi mobilis, & ascensionum obliquarum & Rectarum, ad octo gradus Latitudinis siderum.

V. Nouus tractatus de erigendis figuris cœli, & Directionibus.

VI. Opusculum de Eclipsibus, effectibus earundem, ac magnis Coniunctionibus.

VII. Calendarium fixorum siderum, quantitatis Dierum & Noctium, ac horarum Canonicarum.

VIII. Opus Exemplorum & geniturarum, omnis generis, dignum admiratione.

IX. Tractatus Aphorismorum Astrologicorum, cum exemplis, addito aliquot Geniturarum iudicio generali & speciali.

Morte præuentus non absoluit.

TABVLA

TABVLA VTILIS ET NECESSARIA PROPONENS PRINCIPIA QVAEDAM ASTROLOGICA, QVIBVS IN IVdicijs Natiuitatum & similibus materijs utimur.

I. SIGNA ZODIACI MVLtifariam diuiduntur.

- Prima diuisio in quatuor Trigonos
  - Primus trigonus, ♈, ♌, ♐, est calidus & siccus, diurnus, cholericus, Orientalis.
  - Secundus, ♉, ♍, ♑, frigidus & siccus, fœmineus, nocturnus, Melācholicus, Meridianus.
  - Tertius, ♊, ♎, ♒, calid. & hum. masculinus, diurnus, sanguineus, Occidentalis.
  - Quartus, ♋, ♏, & ♓. Aqueus, frig. & hum. fœmineus, nocturnus, Phlegmaticus, Septentrionalis.
- Secūda diuisio.
  - Mobilia siue Tropica: ♈ ♋ ♎ ♑
  - Fixa: ♉ ♌ ♏ ♒
  - Communia, siue δίσωμα: ♊ ♍ ♐ ♓
- Tertia diuisio in
  - Imperantia & directe ascēdentia: ♋ ♎, ♌ ♏, ♍ ♐
  - Obediētia & oblique assurgentia: ♑ ♈, ♒ ♉, ♓ ♊
- Quarta diuisio in
  - Forma ♊, ♍, ♎, & prima medietas ♐.
  - Mediocris formæ ♏, ♑, ♓.
  - Deformia ♈, ♉, ♋, ♒.
- Quinta diuisio in
  - Fœcunda ♋, ♏, ♓.
  - Sterilia, ♊, ♌, ♍.
  - Paucorum liberorū ♈, ♉, ♎, ♒.
- Sexta diuisio in
  - Vocem habētia ♊, ♍, ♎, ♒, & medietas ♐.
  - Mediæ uocis ♈, ♉, ♌, ♑, & ultima pars ♐.
  - Muta, siue uoce carent ♋, ♏, ♓.
- Septima diuisio
  - Septentrionalia sunt: ♈ ♋, ♉ ♌, ♊ ♍
  - Australia sunt: ♎ ♑, ♏ ♒, ♐ ♓
- Octaua diuisio.
  - Masculina: ♈ ♎, ♊ ♐, ♌ ♒
  - Fœminina: ♉ ♏, ♋ ♑, ♍ ♓

II. DIVISIO DOMICILIORVM.

- Cuspides cœli in tres ordines diuiduntur, quæ sunt.
  - Anguli siue cardinales: 1, 4, 7, 10.
  - Succedentes: 2, 5, 8, 11.
  - Cadentes: 12, 3, 6, 9.

III. DIVISIO PLANETARVM.

- 1. Prima diuisio Planetarū iuxta qualitates
  - ♄, Frigidus & siccus, terreus & Melancholicus.
  - ♃, Temperatus, calidus & humidus, aëreus & sanguineus.
  - ♂, calidus & sicc. igneus, Cholericus.
  - ☉, Calid. & sic. Cholericus cum temperamento.
  - ♀, Frigida & humida, Phlegmatica cum temperamento.
  - ☿, Versatilis, nunc siccus, nunc humidus, Melanch.
  - Luna, Frig. & humid. aquea & Phlegmatica.
- 2. Secunda diuisio. Alij sunt.
  - Masculini, ♄, ♃, ♂, ☉.
  - Fœminini ♀ & Luna.
  - Promiscui generis tantum ☿.
- 3. Tertia diuisio. Alij sunt
  - Diurni, ☉, ♃, ♄.
  - Nocturni, ♀, ☽, ♂.
  - Dubius est ☿.
- 4. Quarta diuisio. Alij sunt
  - Boni siue fortunati, ♃ & ♀.
  - Mali seu infortunati ♄ & ♂.
  - Mediocres ☉, ☿, ☽.

IIII. DIGNITATES PLANEtarum essentiales.

- Quinque sunt Planetarū dignitates essentiales.
  - Domus 5.
  - Exaltatio 4.
  - Triplicitas 3.
  - Terminus 2.
  - Facies 1.

V. DIGNITATES PLANEtarum accidentales, & econtrà.

1. Directus est Planeta, cùm mouetur secundùm signorum seriē.
2. Retrogradus est, quando in antecedentia mouetur.
3. Stationarius est, cum stare uidetur, & nulla motus fit uariatio aliquot diebus.
4. Velox dicitur, cum secundùm signorum seriē motus uerus motu medio est uelocior.
5. Tardus dicitur, cùm aut retrogradus est, aut motus uerus tardior est medio motu.

- Quadrantes cœli
  - Orientales 10. 11. 12 & 4. 5. 6.
  - Occidentales 1. 2. 3 & 7. 8. 9.

TABELLA *Mediorum motuum.*

	G.	′.	″.
♄	0	2	1.
♃	0	4	59.
♂	0	31	27.
☉	0	59	8.
♀	0	59	8.
☿	0	59	8.
☽	13	10	36.

VI. ACCIDENTIA PLAnetarum ratione aspectuum.

- ☌ est quando duo uel plures Planetæ in eodem signo, gradu & Minuto uniuntur.
  - Hæc est duplex
    - Partilis quæ requirit eiusdē signi G. & M.
    - Platica quæ fit intra orbis medietatem.
- ⚹ Sextilis 2. Sig. uel 60. est graduum.
- □ Quadratus 3. S. uel 90. Gr.
- △ Trigonus 4 S. uel 120. Gr.
- ☍ Oppositus 6. S. uel 180. Gr.
  - Hi aspect⁹ sunt duplices
    - Dextri, sūt cōtra signorum seriem
    - Sinistri, secundū seriē signorum
  - Horum quoq; alij sunt signorū partiles, alij platici.
- Horum aspectuū alij sunt
  - Boni seu beneuoli ⚹ & △.
  - Malefici □ & ☍.
  - Perfectæ inimicitiæ tantum est ☍.

APPLICATIO ad ☌ siue aspectum dicitur, quando Planeta inferior accedit ad superiorem, ita ut se contingant orbes utriusque.

SEPARATIO à ☌ siue aspectu est quando Planeta inferior à superiore recessit per quantitatem orbis sui, ita tamen ut se adhuc orbes utriusq; contingant.

ORBIS MEDIETAS hæc est

♄ 9. ♃ 9. ♂ 8. ☉ 15. ♀ 7. ☿ 7. Luna 12.

VII. ACCIDENTIA PLANEtarum ratione Solis.

COMBVSTVS dicitur Planeta, cū à ☉ plus minutis 16. distat, minus uerò medietate sui orbis.

In Corde Solis esse dicitur, cū Soli proximus fuerit infra 16 Minuta ante uel post.

Sub Radijs uersatur Planeta, cuius intra 15. G. ante uel post ☉ fuerit

Orientalis dicitur, cum Planeta matutino tēpore ante ☉ ortum supra terram apparet.

Occidentalis est, cū uesperi post ☉ occasum supra terram conspicitur.

Auctus lumine dicitur, dum à ☉ uel ☉ ab eo recedit.


Minutus lumine, cùm ad ☉ uel ☉ ad eum accedit.


VIII. DEBILITATES PLAnetarum essentiales.

1. Peregrinus est Planeta, cū in loco in quo est, nullam habet dignitatem.
2. In detrimento siue exilio est, cum est in signo, quod domui suæ opponitur.
3. In casu est Planeta, cùm est in signo quod exaltationi opponitur.

Reliqua petenda sunt ex Ptolemæo, Pontano, & alijs scriptoribus Astrologicis.




GENESIS Iohannis Gelenij Mathematum studiosi Lytomericensis felicissimi ingenij & capacissimi. Nascitur Anno
1 5 3 5.
Decembris
D. H. M.
25. 17. 57.
P. M.
C.C. 16. Grad. 2.


Thomas Holtzhoder Mathematũ studiosus, natus
ANNO
1 5 3 2.
Decembris
D. H. M.
14. 16. 15.
C.C. 6.

NATVRAE PLANETARVM,

RATIONE RERVM ET PERSONARVM.

♄ significat ex	Rebus	Agriculturam & terræ fructus, fodinas metallicas, thesauros, ædificationes, opificia impura, tenacitatē, hæreditates mortuorum carcerem, æs alienum, &c.
	Personis	Senes, Agricolas, fossores metallorum, lapicidas, coriarios, figulos, Iudæos, Mauros, lentos, inuidos, pertinaces, solitarios, taciturnos, insidiatores, &c.
♃ Significat ex	Rebus	Dignitates Ecclesiasticas, Religionem, regnum, iusticiam, honestatē, cōmendationes, beneficia, &c.
	Personis	Magnanimos, uerecundos, mansuetos, Prælatos, Episcopos, Iurisperitos, Iudices, aduocatos, nobiles, diuites, præfectos prouinciarum uel ciuitatum.
♂ Significat ex	Rebus	Contentiones, rixas, militiam, bellum, uictoriam, fortiter gesta, fabrilem, alchymisticam, & omnia opificia quæ fiunt per ignem, Tyrānidem, uiolentiā, &c.
	Personis	Contumeliosos, seditiosos, coniuratos, prædones, iracundos, crudeles, audaces, inuerecundos, conuiciatores, chirurgos, lictores, duces, capitaneos, qui ferrum & ignita opera tractant, bombardarios, macheropæos, fusores, &c.
☉ Significat ex	Rebus	Regna, Respub. nobilitatē, Magistratus, magnanimitatem, fortitudinem, splendorem, dominationem, honores, &c.
	Personis	Reges, Principes, Comites, gerentes Magistratū, splendidos, claros, prouidos, amantes & cupidos honorum, ambitiosos, &c.
♀ Significat ex	Rebus	Amorem, Misericordiam, affabilitatem, comitatē, urbanitatem, pulchritudinem, donationes amicorū, donationes à mulieribus, coniugium, dotem, ornamenta & res preciosas, libidines, luxum, &c.
	Personis	Mansuetos, comptos, saltatores, procos, mulierosos, appetentes delitiarum & conuiuiorum, phrygiones, Musicos, Poëtas. pictores, &c.
☿ Significat ex	Rebus	Contractus, negotiationes, omnes artes quæ in ingenij contemplatione uersantur, studia honesta, inuentionem nouarum artium, diuinationem, curiositatem, &c.
	Personis	Philosophię professores, Mathematicos, Arithmeticos, scriptores, cancellarios, mercatores, sculptores, omnis generis artifices ingeniosos, sagaces, dolosos, callidos, instabiles, &c.
☽ Significat ex	Rebus	Omnia quæ humore abundant, mare, flumina, & horum affluxus & refluxus, studium historiarum, legationes, nauigationes, itinera, peregrinationes, etc.
	Personis	Reginas, uiduas, plebem, & qui sunt in assiduo motu, ut nautas, cursores, legatos, nuncios, piscatores, uagabundos, pusillanimes.

SIGNI-

SIGNIFICATIONES DOMORVM COELI.



RIMA Domus, quæ ascendens, item cardo Orientis, & horoscopus dicitur, significat uitam, nutritionem, complexionem corporis, animi qualitatem, & quæ his accidunt. Item propriam industriam nati.

Vide Pontanũ lib. 2. de rebus cœlestibus.

SECVNDA ἀνάφορα, significat ea quæ necessaria sunt uitæ, ut substantiam, opes, diuitias, supellectilem, lucrum, census, & similiter propriam industriam nati.

TERTIA θεά, fratres, sorores, consanguineos, affines: Item itinera minora, hospitalitatem, rumores nouos, &c.

QVARTA ὑπόγειον, continet significationem Patris, patrimonij, & eorum quæ dicuntur bona immobilia: Item ædificiorum, fundamentorum, agrorum, uillarum, pratorum, thesaurorum absconditorum. Denotat etiam agriculturam, fodinas metallicas & sepulturam.

QVINTA ἀγαθὴ τύχη, Filios & filias, munera, uestimenta, delectationes, conuiuia, lusum, uoluptates, &c.

SEXTA κακὴ τύχη quod tristia portendat, domus est ægritudinum, uitiorũ corporis, seruorum, uicinitatum, & minorum animalium, &c.

SEPTIMA δύσις, Quæ est angulus Occidentis, habet significationem de Coniugio, nuptijs, mulieribus, societatibus, contentionibus, forensibus ac similitudinibus. Denotat etiam hostes apertos, furta, rapinas & omnis generis scelera.

OCTAVA ἐπικατάφορα, superna porta, significat mortem, & mortuorum hæreditates non speratas, funus. Item timores, incantationes, ueneficia, &c.

NONA θεός, præbet iudicium pietatis, ueritatis, sectæ, Religionis, diuinationis, somniorum, sapientiæ, peregrinationum, longiorum itinerum, epistolarum, &c.

DECIMA μεσουράνημα, culmen uel cor cœli & cuspis regalis, statum uitæ significat, regnum, principatum, dominium, honores, Magistratus publicos, seu publicas administrationes, magisterium, studiorum atq; artium tractandorum genera. Habet item 10. locus peculiarem significationem de Matre.

VNDECIMA, Bonus dæmon, significat felices euentus, & ea quæ sequuntur statum uitę, amicitias, fideles amicos, fauores, suffragia, consilia, felicem successum rerum speratarum, spem & fiduciam, &c.

DVODECIMA, malus dæmon dicitur à significatore tristium euentuum. Est enim domus seu locus tristitiæ, ærumnarum, mœroris, laborum, paupertatis, carceris, occultorum inimicorum, impostorum, & animalium magnorum ac ferocium, cuiusmodi sunt equi ac siluestres feræ.

ALIA

ALIA DIRECTIONIS FORMA,

QVAM IOHANNES REGIOMONTANVS TRAdit in libro Canonum quem tabulas uocat Directionum.

I. DE VSV TABVLARVM ASTRONOMICARVM.



QVI cum fructu in doctrina DIRECTIONVM uersari uoluerit, ante omnia dabit operam, ut usum Canonum, quos uocant, Ascensionum Rectarum & obliquarum probè intelligat, quomodo numeri certa ratione eliciantur & eruantur. Sunt autem ASCENSIONES duplices. Alia est RECTA, quæ ex tabula, ascensionum Rectarum depromitur, in qua Sphæra, æquator cum horizonte recto angulos rectos Sphæricos constituit. Alia est OBLIQVA, quæ ex canone obliquarum Ascensionum, in situ Sphæræ obliquo, sub quacunq; Eleuatione desumitur, siue partes Eclipticæ conterminales oriantur Rectè siue obliquè. Nomen sortitur hæc Ascensio, ab obliquitate Angulorum, quos æquator cum obliquo Horizonte constituunt.

Harum Ascensionum aliæ partes Zodiaci rectè, aliæ obliquè oriuntur. Rectè quidem emergunt illæ partes Eclipticæ, cùm quibus de Aequatore supra Horizontem plures emergunt gradus, quam de Ecliptica. Obliquè uerò illæ partes exoriuntur, cum quibus de Aequatore pauciores ascendunt gradus quā de Ecliptica. Sic quidem dictæ, quod cum horizonte angulos ferè Rectis similes efficiant, aut angulos obliquiores cum Horizonte componant & concludant. Illæ etiam partes plus temporis in perortendo consumunt, hæ cuius emergunt.

Est igitur magna differentia, inter rectè uel obliquè oriri seu ascēdere, & descendere, uel inter Ascensiones aut descensiones Rectas siue obliquas. Rectè oriuntur uel occidunt partes Eclipticæ, uel etiam stellæ utriusque Sphæræ, cum quibus plus de æquatore, quàm de Zodiaco euehitur supra Horizontem. Obliquè uerò oriuntur uel descendunt, cum quibus minus de Aequatore, quàm de Zodiaco oritur uel descendit.

Ascensiones uerò uel Descensiones Rectæ, dicuntur tantum illæ, quæ ex Tabella Ascensionum Rectarum desumuntur: Contra Ascensiones uel Descensiones obliquæ, quas nobis tabulæ ascensionum obliquarum subministrant, siue rectè siue obliquè descendant partes Eclipticæ conterminales in utraque Sphæra.

Ex his tabulis Ascensionum, quæ titulo Regiomontani hodie circumferuntur, numeri dissimili ratione eliciuntur & eruuntur. Aut enim ingredimur Canones LATERALITER, uidelicet, cum numeri dati extra tabulæ aream in margine sumuntur, & inueniendus numerus in area quæritur: Aut utimur ingressu AREALI, scilicet cum datus numerus in area tabulæ, qui uerò huic respondet, in margine quęrendus est.

DE INGRESSV LATERALI.

INGRESSVS lateralis dicitur, cum uterq; datorum numerorum extra aream Canonis sumendus est, alter in sinistro, alter in fronte tabulæ, ut cùm sub gradibus certæ Eleuationis, certi arcus ascensio quęrenda est. Hic aut uterque numerus datus caret fractione, & præcisè in tabula inuenitur, aut alter tantum, aut uter, ita ut utriq; numero dato Minuta adhæreant. Hæc scrupula aliquam diuersitatem pariunt, & de singulis casibus hic aliquid ordine, Deo bene iuuante, monebimus.

PRI-

PRIMVS CASVS.

CVm uterque datorum numerorum è partibus tantum constat, carens scrupulis, alter eorum notandus est in capite Canonis, alter in margine sinistro. Communis angulus, in quo duo isti numeri concurrunt, quæsitum ou merum præbet, sine ulla molestia calculi, nec opus est ulla correctione.

EXEMPLI CAVSA.

QVærenda est Ascensio Recta Solis, constituti in 10. Gradu. Dodecatemo rij Cancri. Hic cum indaganda sit recta Ascensio, ingredere Canonem rectarum Ascensionum. Signum quære in fronte tabellæ, gradum in latere sinistro descendente. Angulus communis, procedendo sub charactere signi deorsum, usq; ad decimum gradum Cancri, ostendit Ascensionem Rectam 100. Graduum, 53. Minutorum.

Eadem est ratio, cum quærenda est ascensio obliqua.
Aliud exemplum, de Ascensione obliqua.

INdaganda est Ascensio obliqua 10. Grad. Cancri 0. Minuti, sub Eleuatione poli Borealis 52, Graduum. Ingredior Canonem Ascensionum sub data Eleuatione Poli, & statim unico ingressu inuenio 67. Grad. 45. M. ascensionem obliquam dati arcus Ecliptica.

DE SECVNDO CASV.

CVm alter tantum numerorum Minutis caret, Tabulæ non suppeditat exactum numerum, sed proximum quendã, qui parte proportionali seu congruente emendandus est, & quidem hoc modo.

I. Ex tabulis conuenientibus, quære ad arcum dati exempli, minorem & maiorem Ascensionem.

II. Minorem earum à maiore subtrahe, & differentiam colloca loco secundi numeri, iuxta regulam proportionum.

III. Primo loco pone differentiam inter gradus exempli dati minorem & maiorem. Tertio uero Minuta gradibus exempli dati adhærentia.

IIII. Procede secundum regulam auream, & inuenies partem proportionalem pro scrupulis, gradibus exempli propositi adhærentibus.

V. Hanc partem proportionalem, ab Ascensione gradus proximè minoris subtrahe, si proximè sequens decrescit, uel ad eam adde, si sequens crescit, & inuenies ueram Ascensionem, respondentem gradibus & minutis dati exempli.

EXEMPLI GRATIA.

QVæro, quæ sit Ascensio obliqua Solis in 15. Gradu 41. Minuto Leonis, sub Eleuatione Poli 52. Graduum. Hic alter, nimirum locus Solis, constat duabus speciebus, gradibus & scrupulis primis. Quare introitu facto, primum differentia uni gradui uel sexaginta scrupulis primis congruens, constituenda est, ut inde æstimari possit pars proportionalis, respondens 41. quæ integris gradibus loci Solis adhærent. Ingredior Canonem Eleuationis 52. Gradui cum 15. Gradu Leonis. Ascensio obliqua proximè minor est 115. Gr. 23. Sequens proximè maior est 116. Gr. 49. Differentia est 1. Gr. 26. Minutorum.

Iam sic dico.

60. Zodiaci minuta, dant 1. Gr. 26. Aequatoris, quid 41. Scrupula prima scilicet Solis, integris gradibus adhærentia.

Pars proportionalis iuxta doctrinam Logisticam est 58.46. addenda ad numerum,

metum primo loco inuentum 115. Grad. 23′. eo quod sequens numerus crescat, & relinquitur ascensio obliqua 116. Grad. 21′. iusta & emendata, sub latitudine regionis 52. Graduum.

ALIVD EXEMPLVM.

Sit locus Solis 16. Gradus Leonis, & Eleuatio Poli 51. Gr. 54′. Quæro, quæ nunc sit Ascensio obliqua dati arcus Signiferi. Hic alter datorum numerorum, nempe latitudo Regionis, constat è duabus speciebus. Quare duplici introitu primum constituenda est differentia, hoc modo:

Sub Latitudine 51. Grad. quæ proxime minor, ascendunt cum 16. Gr. Leonis, de æquatore 117. Gr. 37′. sub Latitudine 52. Gr. emergunt cum eodem arcu Eclipticæ 116 Gr. 49′. Differentia est 48′. Iam sic dico:

60′. scrupula Latitudinis, dant differentiam 48′. æquatoris, quid 54′ latitudinis datæ.

Prodit pars proportionalis 43′. 12″. Subtrahenda, eò quod Ascensio obliqua ad sequentem Eleuationem decrescit, & relinquitur emendata Ascensio 116. Grad. 53′. 48″. in latitudine regionis 51. Grad 54′ Hic ut operatio sit magis expedita, dabit operam Astrophilus, ut usum præceptorum Logisticè, de scrupulis Astronomicis, mediocriter intelligat.

DE TERTIO CASV.

INterdum uterque datorum numerorum constat è pluribus, quam ex una specie. Vnde pars proportionalis dupliciter, summatim ter est constituenda, ut emendatus numerus producatur, iuxta formam utriusque exempli, in proximo casu, idque hoc modo:

1. Quære Ascensionem obliquam, sub minori Eleuatione, in exemplo proposito.
2. Quære eandem, ad datum arcum Eclipticæ, ex Eleuatione Poli proximè maiore.
3. Confer inter se Ascensiones, & per subtractionem differentia inquirat.
4. Per Regulam proportionum, propter Minuta gradibus Poli adhærentia, pars proportionalis indaganda est, hoc modo:

Primo loco colloces differentiam inter duas Eleuationes, proximè maiorem & minorem. 2. Differentiam ascensionum inuentarum. 3. Minuta gradibus Eleuationis adhærentia. 4. Facta deinde operatione per multiplicationem & diuisionem, quæsitum produces.

5. Partem illam proportionum, adde ad Ascensionem primo loco inuentam & correctam sub Latitudine minori, si sequentis Eleuationis poli ascensio fuerit maior: uel ab ea subtrahe, si minor & habebis ascensionem conuenientem dato arcui Longitudinis & Eleuationis poli.

EXEMPLI CAVSA.

INquirenda est Ascensio obliqua loci Solis, in 15. Grad. 41′. Leonis, sub latitudine regionis 51. Grad. 54′. Sub Eleuatione minori primum inuenio ascensionem obliquam 117. Grad. 16′. 5″. Sub sequenti maiori 116. Gr. 21′. Differentia est. 0. Grad. 48′. 19″.

Iam sic dico:

60′. Scrupula poli dant differentiam ascensionum 48′. 19″. quid dant 54′. poli. Pars proportionalis est 43′. 29″. 6‴. Hæc subtrahenda est ab Ascensione primo loco inuenta, sub Latitudine minori 117. Grad. 16′. 5″. cum sub sequenti latitudine Ascensionis arcus decrescat, & relinquitur iusta ascensio obliqua 116. Gr. 26′. 36″. dato

26.38′. dato arcui Zodiaci congruens, & Eleuationi Poli, quæ fuit proposita.

CAVTELAE.

I. Si Ascensiones cum latitudine Regionis accrescunt, pars proportionalis semper addenda est. Contrarium faciendum est, cum decrescunt.

II. Discrimen notandum est, inter differentiam descendentem & lateralē.

III. Quæ de usu canonum Ascensionum monuimus, referant eodem modo studiosi ad quoscunque Canones, Declinationum, Positionum, Mediationū, & similes, quibus in directionibus alijsue materijs utimur.

DE INGRESSV AREALI.

INgressus arealis dicitur, cùm datus numerus in area Canonis sumitur: uel si duo fuerint dati, alter eorum duntaxat extra aream Canonis, alter intra eam sumitur. Inueniendus autem quæritur extra in margine, siue laterali, siue transuersali ingressu, siue utroque.

Hic itidem tres casus colliguntur, ut in laterali ingressu, sed paululum diuersa ratione.

PRIMVS CASVS.

CVm datorum numerorum alter, qui extra sumitur, integer existit, alter in area præcisè inuenitur, siue adiuncta habeat scrupula siue minus, tunc in margine secundùm rectam lineam ascendendo, in fronte signum Zodiaci offertur gradus signi in margine sinistro, proficiscendo secundùm rectam lineam uersus sinistram.

EXEMPLVM.

Quæro quis gradus Eclipticæ ascendat, cum 84. temp. 31. sub latitudine 52. Graduum. Hic arcus si quæratur in data Eleuatione obliquarum ascensionum, inter areales numeros, inuenio præcisè 84. Grad. 31. Ac dum inter duas parallelas perpendiculares, quibus hæc Ascensio inclusa est, ascendo sursum, uideo in margine transuersali siue capite Canonis Dodecatemorion Cancri.

Similiter dum tendo, inter duas parallelas transuersales, quibus itidem hæc Ascensio inclusa est, occurrit in extremo margine sinistro 23. Gradus.

Pronuncio igitur, tempora æquinoctialis 84 Grad. 31. periorii cum fine 23. Gradus Dodecatemorij Cancri. Nam in tabellis Astronomicis omnes numeri pleni siue absoluti intelligi debent.

DE SECVNDO CASV.

CVm datorum numerorum alter integris partibus constat, nimirum is qui extra sumitur, alter in area præcisè non offert sese, semel utendum est parte proportionali, ut ad exitum quæstionis peruenias. Arcus autem Eclipticæ hoc modo indagandus erit:

I. Quære differentiam inter Ascensiones, data proximè minorem & maiorem, eamque colloca primo loco.

II. Quærenda est differentia, inter gradus Eclipticæ ascēsionibus duabus, minori scilicet & maiori respondentes, eamque colloca secundo loco.

III. Inquire differentiam inter proxime minorem ascensionē in tabula positam, & tuam datam, eamque colloca tertio loco.

IIII Cùm his numeris absolue operationem regulæ proportionum, & inuenies scrupula addenda integris gradibus, qui integris gradib. minoris ascensionis in tabula adscripti sunt.

Hinc inuenies arcum uerum, Ascensioni datæ congruentem.

EXEMPLI CAVSA.

QVæro ad quod punctum Zodiaci pertingat ascensio obliqua 109. Grad. 47'. sub latitudine 52. Graduum, Canon Ascensionum obliquarũ, ad hanc Eleuationem computatus, exhibet numerum minorem 109. Gr. 38'. ad 11. Gr. ♌, ut sit circumiacentium arcuum differentia 1. Gr. 26'. Et data Ascensio, excedit minorem arealium minutorum 9. Minutis. Quare sic dico:

1. Gr. 26'. æquatoris, dant 60'. Zodiaci, quid 9'. æquatoris. Pars proportionalis est 6. Scrupulorum primorum.

Ergo pronuncio, cum dato arcu æquatoris, peroriri 11. Grad. 6'. ♌.

DE TERTIO CASV.

CVm uterq; numerus, qui extra & in area quærendus, non constat è Solis gradibus, sed scrupulis etiam, utendum est duplici parte proportionali, in summa aliàs bis, aliàs ter, ut quæsitum producatur. Est enim arcus præcisè inquirendus, hoc modo:

I. Iuxta ordinem secundi casus, inquire arcum Eclipticæ, datæ ascensioni congruentem, ad duas Poli eleuationes, proximè scilicet maiorem & tua minorem.

II. Quære horum arcuum differentiam, simulq; differentiam quære, inter duas eleuationes Poli, proximè scilicet maiorem & minorem.

III. Differentiam Eleuationum colloces primo loco, secundo differentiam arcuum, tertio scrupula gradibus datæ Eleuationis adhærentia, & regulæ proportionum usus ostendet partem proportionalem, minutis adhærentibus gradibus poli respondentem.

IIII. Hanc partem proportionalem, adde arcui inuento, ad minorem Eleuationem Poli, si sequẽtis eleuationis arcus maior fuerit: uel subtrahe, si minor, & habebis arcum uerum, datæ ascensioni respondentem.

EXEMPLVM.

LAtitudo regionis sit 51. Grad. 54'. data ascensio 50. temporum 13'. Quæro in quod punctum Eclipticæ, ipsa Ascensio terminetur? Hic iam gradibus Eleuationis poli, quam ascensionis datæ Minuta adhærent. Quæro igitur primo arcum conuenientem ex Canonio sub latitudine minori 51. Graduum tantum, & inuenio arcum Zodiaci coorientem, finiri in 23. Grad. 6'. ♊. sub latitudinẽ sequente, datam ascensionem præcisè non inuenio, sed numerum minorem 49. Gr. 53'. ad 24. Gr. ♊. Inde terminatur, si corrigas arcum inuentum per partem proportionalem, in 24. Grad. 26'. ♊. Differentia utriusque arcus Zodiaci est 1. Grad. 20'. Iam sic dico:

60'. poli, dant 1. Gr. 20'. Zodiaci, quid 54'. poli. Pars proportionalis est 72'. addenda 23. Grad. 6'. ♊. eò quod cum posteriori regionis latitudine, maior arcus signiferi peroriebatur. Quare Ascensio obliqua temporum 50. Grad. 13'. peruenit ad 24. Gr. 18'. ♊.

ALIVD EXEMPLVM.

AScensio data sit graduum 50. Minutorum 48. Eleuatio poli 51. Grad. 54'. Quæritur respondens arcus Eclipticæ. Iuxta formam præcedentis calculi, deprehendo in latitudine 51. Gr. una peroriri 23. Gr. 35'. ♊. Sub sequenti latitudine maiori 52. Gr. inuenio 24. Gr. 54'. ♊. Differentia horum arcuum Zodiaci est 1. Grad. 19'. Iam sic dico:

60'. poli dant 79'. signiferi, quid 54'. poli P.P. est 71'. Id est, 1. G. 11'. addenda ad arcum primo loco inuentum 23. Gr. 35'. ♊. Vnde respondet dato arcui æquatoris 24. Gr. 46'. ♊.

RE-

REPETITIO CALCVLI.

Ascensio obliqua data est 50.Gr.48'. Poli Eleuatio 51.Gr.54'. Prima, sub Eleuatione 51.Grad.

Ascensio in area Canonis	51.Gr. 13'.maior		Ascensio Data	50.Gra. 48'.
	50. 13.minor, ad 23.g.II.		Ascensio Minor	50. 13.
Differentia	1 0.		Differentia	0 35.

Iam sic dico:

60' æquatoris, dant 66'. Zodiaci, quid 35'. æquatoris. (35'.p.p. Productum est 35'. Quare arcus Eclipticæ primo loco inuentus est 23.Gr.35'.II.

Sub Eleuatione 52. Grad.

Ascensio	50.Grad.54'.maior,	Ascensio Data	50.Gr.48'.
	49. 53.minor ad 24.G.II.	Ascensio Minor	49. 53.
	1. 1.		0 55.

Iam sic dico:

61'. ——— 60. ——— 55. (54'.p.p.

Ergo hic cooritur cum data ascensione 24.Gr.55'.II. Inuenimus ergo:

Sub latitudine { 52. / 51. } Graduum, Zodiaci arcum. 24.Grad. 55'.II / 23. 35.II

Differentia 1. 19.

Iam sic dico:

56'.poli dant differentiam 1.Gr.19' quid dant 54'.poli.

P.p.est 1.G.11. Hæc addenda sunt ad arcum primo loco inuentum.

	23.Grad.35'.II.
P.p.addenda est	1.Grad.11.
Est ergo arcus Eclipticæ cooriens	24.Grad.46'.II.

Hæc primum dicta sint de usu Canonum . primi mobilis, quorum non tantum in Directionibus, sed etiam aliàs sæpe usus est maximus.

II. DE DIRECTIONIBVS, QVIBVS ARCVBVS *hic utamur, & quis sit finis Directionum.*

DIRECTIO est nihil aliud, quam motus primi mobilis, siue reuolutio Sphæræ, qua arcus Aequatoris coascendens uel condescendens cuipiam arcui Eclipticæ, aut alij interuallo duorum locorum inuestigatur, respectu circuli positionum, sub quo alter eorum iacet. Vnde dirigere tunc dicimur, cum eiusmodi arcum doctè numeramus. Hac uia directionis locus secundus traducitur ad situm primi, uel locus secundus, Ptolemæo teste, perducitur ad Circulum, in quo iacuit locus primus. Et contra, locus primus transfertur ad Circulum, in quo secundus locus collocatus est. Circulus hic est positionis, qui cum meridiano & Horizonte coincidens, communem sectionem constituit. Locus primus est, qui dirigendus ad promissores. Secundus est is, ad quem primus dirigitur. Ac plærumque hic primus locus significator dicitur, locus uerò secundus promissor appellatur.

DE DVPLICI DIRECTIONE.

HAEc directio duplex est: Vna fit secundùm successionem signorum, quæ aliàs directa uocatur. Altera contra successionem signorum, quæ alias retorgada nuncupatur. In priore cum Sphæra mouetur, significator deducitur

directè ad promissorem, uel locus secundus ad locum primi transfertur, id est, significatoris, & hæc dependet ab arcu Aequatoris, qui respondet interuallo Eclipticæ, quod est inter significatorem ac promissorem, respectu Circuli positionis, sub quo idem significator iacet. Hæc medio cœli, Horoscopo, reliquisq; figuræ domibus, præterea omnibus Planetis directis, congruit.

Alia Directio est conuersa, aut contra successionem signorum, in qua motu Sphæræ significator retrogradè ad promissorem traducitur, dependens ab arcu æquatoris, qui interuallo Eclipticæ responder, quòd est inter significatorem & promissorem, respectu circuli positionis, sub quo idem promissor iacet.

Hac secunda directione utuntur Astronomi, in parte fortunæ reliquisq; partibus (quas ego negligo in iudicijs) ac in Planetis retrogradis. Significator autem est Planeta uel locus signiferi, quis dirigendus est, ac sic dicitur quod significationem alicuius rei repræsentet. PROMISSOR uerò dicitur Planeta uel locus, ad quem fit directio, ac sic dicitur, quod accidēs aliquod siue bonum siue malum decernat. Significator igitur uicem subiecti sustinet, & recipit aliquid à promissore certo tempore, cuius quidem temporis quantitatem Directio metiri solet.

Quomodo ad hunc arcum æquatoris peruenire liceat, nunc sequētibus preceptis & exemplis demonstrabimus, certa Methodo, & quidem ad hunc finem directionis ita peruenire licet ut pro hoc arcu primum constet.

1. Longitudo.
2. Latitudo.
3. Declinatio.
4. Ascensio Recta.
5. Distantia à Medio uel imo cœli.
6. Situs supra aut infra terram.
7. Circulus positionis.
8. Differentia ascensionalis.

} propositi Planetæ siue loci Zodiaci.

Qua ratione longitudo & latitudo siderum indaganda sit, aliàs exponitur. Nunc de reliquis arcubus inquirendis, aliquid ordinè monebimus, Deo bene iuuante.

III. DE DECLINATIONE PLANETARVM
aut cuiuscunq; loci inquirenda.

MAgnum est discrimen inter longitudinem, latitudinem & declinationē. LONGITVDO stellæ, est arcus Zodiaci compræhensus inter locum apparentis æquinoctij uerni, & circulum latitudinis stellæ, hoc est, Circulū, qui per polos Eclipticæ describitur, & uerum ipsius stellæ locum.

LATITVDO stellæ, est arcus Circuli maximi, transeuntis per polos Eclipticæ & locum stellæ, comprehensus inter Eclipticam & locum stellæ.

DECLINATIO est arcus Circuli maximi transeuntis per polos mundi siue æquatoris & locum stellæ uerum, uel partem Eclipticæ, comprehensus inter æquatorem & locum stellæ, uel partem Eclipticæ.

Differunt igitur hæc tria. Longitudo refertur ad Arietis principium, iuxta signorum seriem. Latitudo ad Eclipticam, per polos eiusdem, Declinatio ad æquinoctialem, per polum eiusdem. Hæc declinatio duplex est, alia Septentrionalis quæ declinat ab æquatore uersus boream. Alia est australis, quæ uersus austrum ab æquatore numeratur. Hæc in Sole diuiditur in Crescentem & Decrescentem. Septentrionalis crescens est ab Arietis initio ad 0 Gr ♋, ubi maxima est. Septentrionalis decrescens est à 0. Grad. ♋, ad 0. Gr. ♎. Sic de Australi cog tandum est. Hæ declinationes in Planetis sunt dissimiles. In stellis fixis tardissimè eadem declinatio mutatur. Tardissimè enim tantum secundùm longitudinem ad alia loca signiferi proreptant. Ac quidem hæc stella in Aequatore consistit,

consistit, cuius nulla est Declinatio. Et eadem est declinatio illarum stellarum quæ in eundem Circulum æquatore parallelum incidunt.

Pro hoc uero arcu inuestigando generale & speciale præceptum tradi solet: Particulare præceptum ostendit, quomodo declinatio stellarum eruenda sit, cuius latitudo non superat octo gradus, id est, quæ tantum in signiferum incidunt.

Est autem talis processus. I. Quæratur longitudo & latitudo stellę iuxta doctrinam secundorum mobilium.

II. Ingredere cum longitudine Planetæ tabulam Declinationum latitudinis Septentrionalis, si Planeta latitudinem borealem obtinuerit: Latitudinis uero meridianæ, si Meridionalem, quærendo ibi signum Zodiaci in superiori parte.

III. Quære angulum communem, simplici aut duplici ingressu, qui est lateralis, & declinationem quæsitam inuenies, septentrionalem supra scalam rubram, aut australem, infra scalam rubram.

NOTA BENE:

1. Cùm nulla minuta gradibus longitudinis & latitudinis adhærent, pro uera declinatione retine illam, quam simplici ingressu inuenisti.

2. Cùm gradibus longitudinis & latitudinis minuta adhærent, conferendus est angulus laterali ingressu, ut uera declinatio eliciatur, exactè respondens gradibus & minutis longitudinis & latitudinis datæ.

3. Cùm gradibus longitudinis minuta adhærent, nulla uerò gradibus latitudinis, confer angulum communem ad angulum duntaxat sequentem, inferiorem aut superiorem, & ex differentia cum sumitur pars proportionalis, addenda aut subtrahenda, inuenis ueram propositi Planetæ declinationem, siue collatione ad angulum collateralem.

4. Cùm gradibus latitudinis minuta adhærent, nulla minuta uerò longitudinis sunt propositæ, angulus communis conferendus est tantum ad angulum collateralem, uersus sinistram aut dextram, & ex parte proportionum uera Planetæ elicitur sine collatione anguli communis ad angulum sequentem.

5. Cùm Planetæ nulla est latitudo, ingredere tabulã declinationis utramuis pro libitu, siue sit latitudo borealis, siue australis, & sub columna latitudinis o. Gradus declinationem propositi Planetæ deprehendes. Hæc uera est, cum nulla sunt minuta longitudinis, quę cum sunt gradibus addita, numerus primo loco inuentus, parte proportionali corrigendus est.

6. Cùm ex differentia angulorum sequentium uel collateralium nulla omninò prodit pars proportionalis, angulus communis pro quæsita Declinatione retinendus est.

7. Declinatione planetę inuenta, pronunciandum est illam esse borealem, cùm signum Zodiaci, in quo locus cœli propositus uersatur, est Septentrionale: Meridianam uerò, cum signum est australe. Semper enim declinatio suã denominationem sortitur, à signo Zodiaci, in quo Planeta aut datum cœli punctum uersatur.

EXEMPLI CAVSA.

Sit stellæ longitudo Palilicij scilicet, 3. Grad. 39. II, latitudo uerò 5. Grad. 16. australis. Quæritur Declinatio uera. Ingredior cum hac longitudine & latitudine, tabulam declinationum latitudinis australis, cùm stella latitudinem australem sibi uendicet. Primùm quæro signum II in superiori parte, & gradum latitudinis quintum in superiori parte, cumque inuenissem in dextra ipsum signum, gradus uerò longitudinis in linea collaterali dextra, ascendo sursum, & inuenio ad 3. gradum lateris, sub 5. gradu latitudinis 15. Grad. 55. Differentia arealis est o. Grad. 11. Pars proportionum 39. addenda. Differentia lateralis subtrahenda

 est o. Gr.

est o Grad. 59. Pars proportionalis est 9'. 50". subtrahenda. Residuum partium proportionalium est 2'. 41". unde emergit declinatio quæsita 15. Gr. 52'. 19". borealis. Signum enim Zodiaci, quod stella obtinet, est boreale.

Signa	Borealia	♈	♉	♊	♋	♌	♍.		
	Australia	♎	♏	♐	♑	♒	♓.		

Medietas Eclipticæ	Descendens	♋	♌	♍	♎	♏	♐	Septent.	A.	Merid.	M.
	Ascendens	♑	♒	♓	♈	♉	♊	Merid.		Sept.	

ALIVD EXEMPLVM.

NAscitur inclytus quidam Germaniæ heros Anno 1528. Iunij die 28. H. 15. 52'. 40". post meridiem. Loca Planetarum secundùm Copernici doctrinam, hæc sunt.

		G.	'	"			G.	'	"		
Longitudo	☉	16	24	23	♋	Lõgitudo est	0	0	0		Declinatio est.
	☽	6	47	51	♐		0	38	13	M.	
	♄	12	42	13	♉		2	19	24	M.	
	♃	1	16	59	♌		0	9	18	M.	
	♂	6	2	55	♋		0	0	0		
	♀	18	45	32	♊		1	21	33	S.	
	☿	8	2	15	♋		0	30	56		

Quæro nunc quæ sit declinatio Solis, in hac proposita genitura?

LOngitudo Solis est 16. Gr. 24'. ♋. (reliqua enim scrupula tuto possunt negligi) Latitudo o. est. Ingredior cum hac longitudine tabulam Declinationum. Signum Solis boreale inuenia in capite tabellæ, & sub o. nullo gradu latitudinis in fronte descendens, in linea collaterali sinistra descendẽdo, ad 16. gradum, in angulo communi depræhendo 22. Gr. 31'. Angulus sequens est 22. G. 25'. decrescens. Differentia est o. Gr. 7'. Pars igitur proportionum 2'. 48". Subtrahenda, cum sequens numerus ad 17. gradum longitudinis decrescat. Est ergo uera Declinatio Solis in dato exemplo 22. Gr. 29'. 12". borealis, cùm signum Solis sit Septentrionale. Pro latitudine, quæ hic nulla est in Sole, cum ab Ecliptica nusquam deflectat, nulla correctione opus est.

ALIVD EXEMPLVM.

IN hac genitura, quærẽda est Declinatio Saturni, cuius longitudo est 12. G. 42'. 13". ♉. Longitudo 2. Gr. 19'. 24". Meridiana. Ingredior cùm præscripta lõgitudine & latitudine canonem Declinationum latitudinis australis, cum Planetæ latitudo sit austrina. Cum longitudine quæro signum Zodiaci, in superiori parte, ♉ scilicet, & cum ad dextram canonis illud inueniam, ascendendo ex calce tabellæ & ascendendo sursum in linea collaterali quæro 12. gradum, in fronte uero 2. Gradum latitudinis. In concursu horum graduum, scilicet longitudinis & latitudinis, primo loco & ingressu inuenio 13. G. 34. Minuta. Hic numerus propter scrupula longitudini & latitudini adhærẽtia corrigendus est, & collatio angulorum instituenda est. Differentia longitudinis inter 12. Grad. & 13. Gr. est o. Gr. 18'. addenda. Quia sequens numerus crescit. Pars proportionum est 12'. 39". 54"'. add. Differentia latitudinis inter 2. & 3. gradum est o. G. 57'. subtrahenda. Quia sub tertio gradu numerus decrescit. Pars proportionalis est 18'. 25". 48"'. Hæc subtracta à numero primo loco inuento pro minutis latitudinis,

illa

ſſa uerò addita pro minutis longitudinis, relinquit Declinationem probe correctam duplici parte proportionali, ſcilicet 13.Gr.28'.14".6"'. borealem, cum ſignum tale ſit in quo Saturnus commoratur.

Vide hic operationem.

♄ Long in 12.Gr.42'.13".♉. Latitudo in 2.Gr.19'.24".M.

Ad 13.Gr.	33.	52.			b Sub.3.Gr.	12.	37.		
Ad 12.Gr.	13.	34.	†.		a Sub.2.Gr.	13.	34.	†.	
Differentia	0.	18. A.			Differentia	0.	57.		
60'. ——	18'. ——	42'. 13".			60'. ——	57' ——	19'. 24".		
	(12'. 39".	54"'. A. p. p.				(18'. 25".	48"'. S. p. p.		

13.	34.			
	12.	39.	54.	p. p. add.
13.	46.	39.	54.	
	18.	25.	48.	p. p. Sub.
13.	28.	24.	6.	Declinatio correcta borealis.

DE SCALA RVBRA NOTABILES CAVTELAE.

PRIMA: Scala rubra dicitur illa, quæ per tabulam Declinationis meridianæ latitudinis, ſigni ♍ & ♈ ducta eſt, uel latitudinis borealis ſigni ♎ & ♓. Hic nunc primo quæritur, quomodo Declinatio rectè conſtituenda ſit, cum numeri indagandi in hanc ſcalam rubram incidunt. Proceſſus talis eſt: Cùm numeri longitudinis & latitudinis datæ tales ſunt, ut declinatio intercipiatur inter duas ſcalas rubras eſſe proximè ſequentes, in tabula declinationis, Meridianæ latitudinis, quæ ♍ & ♈ ſignum in capite geſtat, declinatio primo loco inuenta eſt Meridionalis, quæ ſub ſcala rubra deprehenditur, nulla prorſus ſigni habita ratione, quod locus Planetæ obtinet. Tum enim denominationem, quam à ſigno Zodiaci accipit, prorſus amittit.

CONTRA: Cùm canonem ingredimur latitudine Septentrionali data, & quidem tabella declinationis in capite geſtat ſignum ♎ & ♓, ita ut declinatio ſupra ſcalam rubram deprehendatur, quæ primo loco inuenitur, Septentrionalis eſt declinatio, nulla prorſus habita ratione ſigni. Tum enim denominationem in contrarium mutat.

EXEMPLI CAVSA.

Sit longitudo ſtellæ 0.Gr.16'.♈. Latitudo 3. Grad.12'. Merid. Hic locus cœli habet auſtralem latitudinem. Ingredior canonem, & ſub ♈ ad 0.gradum & ſub 3.gradu inuenio in concurſu numerorum, declinationem 2.Gr.45'. Sequēs numerus aſcendendo eſt 2.Gr.21'. Differentia eſt 24'.ſub. Pars proportionum eſt 4'. quæ ſubtracta relinquit 2.Gr.41'.declinationis. Differentia autem collateralis eſt 55'.add.P.p.eſt 11'. Hæc quoq; addita ad numerū primo loco inuentum & iam correctum, relinquit ueram declinationem 2.Gr.52'. Et hæc quidem declinatio eſt auſtralis. Nam declinatio inuenta eſt inter duas ſcalas rubras, in canone declinationum latitudinis Meridianæ pro ſigno ♍ & ♈.

ALIVD EXEMPLVM.

Sit longitudo ſtellæ 1.Gr.42'.♎. Latitudo 2.Gr.39'.Sept. Ingredior cū ſigno ♎ canonem declinationum, pro latitudine boreali. In linea collaterali ad

 1.Grad.

1. Grad. sub 2. Gradu inuenio in concursu graduum 1. Gr. 27'. Differentia angulorum arealium est 24. sub Pars proportionalis est 17'. ferè, subtrahenda, & prodeunt 1. Gr. 16'. Differentia collateralis est 54'. add. Pars proportionum est 35'. add. Vera igitur declinatio est 1. Gr. 45'. & quidem borealis, nulla signi habita ratione, cũ Declinatio sit scripta inter duas scalas rubras in latitudine Septentrionali signi ♎ ac ♓.

II. CAVTELA.

QVando inter angulum communem & sequentem scala est rubra, inter angulum uerò communem & collateralẽ prorsus est nulla, talis est processus: Addamur numeri areales, pro ratione ingressus, & de aggregato sume partem proportionalem, quam deme ex angulo communi, si subtractio fieri potest: aut contra angulum communem ex illa minue si subtractio fieri nequit, & habes Planetæ uel loci propositi ueram declinationem, quæ sanè uera est, cùm nulla minuta latitudini datæ adhærent. Hæc denominationem contrarium signo Zodiaci sortitur, cum subtractio partis proportionalis fit ex angulo communi: aut similem ei, cum angulus communis ex parte proportionum subtrahitur.

Vbi uerò gradibus latitudinis Minuta adhærent, ingressu collaterali cum sua denominatione elicienda est Declinatio uera. Hæc est semper contraria signo Zodiaci loci propositi. Hę denominationes declinationum duplici hoc ingressu inuentæ, sunt conferendæ, cumq; sunt similes, coniunctæ eandem habent denominationem. Cùm sunt dissimiles, altera ex altera subtrahitur & residuum est uera declinatio, quæ nomen accipit ab illo arcu, à quo facta est subtractio.

EXEMPLI CAVSA.

SIt stella in 4. Gr. 26'. ♎. Latitudo uerò 2. Gr. 6'. Sept. Declinatio est 0. Gr. 15'. Angulus sequens inter scalam rubram est 0. Gr. 9'. Anguli adduntur & sunt 6. Gr. 24. aggregati. Pars proportionalis est 8'. quæ ab angulo communi 0. Gr. 15'. subtracta, reliquit ueram declinationem stellæ 0. Gr. 7'. Septentrionalem nimirum, cum subtractio p. p. ab angulo communi facta sit.

ALIVD. Sit stellæ longitudo 9. Gr. 56'. ♈. Latitudo 4. Gr. 6'. Merid. In angulo communi est declinatio 0. Gr. 6'. Differentia arealis est ex aggregato 24'. cum linea rubra angulos intersecet. Pars proportionum est 26'. Ab hac p. p. demo angulum communem scilicet 0 Grad. 6'. cum illius ab eo subtractio fieri nequeat & remaneat 0. Gr 14'. Hæc declinatio uera est Septentrionalis, cum subtractio anguli communis ex parte proportionali facta sit.

ALIVD. Longitudo sit stellæ 2. Gr. 3'. ♈. Latitudo 1. Gr. 2'. Merid. Declinatio in concursu angulorum est 0. Gr. 7'. Angulus sequens superior est 0. Gr. 17'. Addantur anguli, quos scala rubra intersecat, & emergunt 0. Gr. 24'. P p. est 1'. Hæc subtracta ex angulo communi, relinquit 0. Gr. 6'. declinationis, cum meridionali denominatione, quæ contraria est signo Zodiaci loci propositi. Pro Minutis latitudinis, differentia collateralis est 56'. P p est 2'. ferè. Meridionalis, semper scilicet contraria signo Zodiaci loci assignari. Hic cum partium proportionalium denominationes conueniunt, hæc pars prop. addenda est declinationi primum inuentæ, & ueram habes latitudinem 0. Gr. 8'. meridianam quidem, cum ambæ aggregatum constituentes sint austrinæ.

III. CAVTELA.

CVm scala rubra consistit inter angulum communem & collateralem, inter angulum communem uerò & sequentem siue arealem est nulla, tunc sic procede: Primùm differentia arealis indagetur, & pars proportionalis pro minutis

nutis longitudinis inde producta, angulo communi addatur uel subtrahatur more solito. Hæc declinatio notāda est ad tempus. Deinde adde numerum anguli communis ad collateralem, pro ut sit ingressus in Canonem, ex aggregato sumatur p.p. pro minutis latitudinis, quæ pars proportionum accipit denominationem contrariam signo loci Zodiaci propositi, cuius declinatio quæritur, cum angulo communi maior est, similem uerò retinet, cum est minor. Hinc uideatur declinatio prius inuenta & hæc p.p. nomine congruant. Si eiusdem sunt denominationis, subtrahe p.p. ex declinatione, si fieri potest, & habes declinationem Planetæ correctam, quæ retinet denominationem à signo Planetæ uel stellæ. VEL: Declinatio subtrahenda est à p.p. & relinquetur uera declinatio contraria denominat oni illius signi Zodiaci, quod idē Planeta obtinet aut quid simile, quod in operationem uenit.

EXEMPLI GRATIA.

Sit stella in 24.Gr.16'.♍.Latitudo uerò stellæ eiusdem sit 2.Grad.30.Merid. Angulus communis in canone Declinationem exhibet 0 Gr.33' Differentia collateralis 24 S.P.p. 4'. Subtrah. estque declinatio correcta primo inuenta 0.29.Septent. Hæc ad tempus notanda est, quæ nomen accipit à signo Zodiaci, in quo stella commoratur. Pro differentia collaterali, propter scalam rubram intermediam, addo 0.Gr.33'.anguli communis, ad 0.Gr.22'.Agg est 55'.P.p inde producta est 27' Septent. cum illa minor sit angulo communi, qui denominationem habet borealem à signo ♍. Sunt autem eiusdem nominis prior declinatio & hæc pars proport. Quare cum p.p. ex declinatione subtrahitur (quæ in hoc casu fieri potest) relinquitur uera declinatio antedictæ stellę.0.Gr.2'.Septentrionalis. Hæc enim nomen accipit, à signo in quo stella ponitur.

III. CAVTELA.

QVando scala rubra inter utrumque angulum arealem & collateralem consistit, hic est processus. I. Angulum communem adde angulo sequenti, pro ut res postulat & natura ingressus. II. Sume p.p. ex agggregato, quam diligenter annotato, non habita ratione suæ denominationis. III. Angulum communem antedictum, adde angulo collaterali, & ex aggregato sume p.p. sine ulla denominatione asseruandam. IIII. Hæ ambæ p.p iam duplici modo inuentæ, addantur, & aggregatum ex angulo communi subtrahe, si fieri potest, & prodit declinatio Planetæ uera, quæ à signo stellæ aut loci propositi nomen accipit. Aut contra angulus communis ex aggregato minuendus est, & remanet uera Declinatio, cuius denominatio est contraria signo Zodiaci stellæ assignatæ.

EXEMPLVM.

Sit stellæ longitudo 15 Gr.6'.♓.Latitudo 6.Gr.8'.Sept.
Declinatio in angulo communi est 0.Gr.23'.
Sequens angulus, quem transit linea rubra, est 0.Gr.6'.
Aggregatum angulorum est 0.Gr.23'.
P.p est pro minutis longitud.0.Gr 2'.
Aggregatum angulorum, collateralium est 0.Gr.55'.
P.p. est pro scrup.latitud, 0.G.7'.
Coniunguntur p.p & est aggreg.0 Gr.9'.
Hoc aggreg. partium proportionalium.
Subtrahendum est ex angulo communi 0.Gr.23'.
Residuum est 0.Gr.14'.
Et hæc est declinatio uera, quæ denominationem accipit à signo stellæ, quod

est australe. Est igitur Meridiana declinatio.

IIII. QVOMODO DECLINATIO STELLARVM *in genere indaganda sit, quarum Latitudo octo gradus excedit.*

PRimùm quære uerum stellæ locum, secundùm longum & latum.

II. Cùm longitudine ingredere tabulam declinationum generalem, & extrahe ex ipsa area australem uel borealem arcum, segmentum scilicet circuli latitudinis, compræhensum inter æquatorem & iter solare quod aliâs dicitur radix Declinationis, cum numero multiplicando.

III. Huic radici addatur Latitudo stellæ, si eiusdem sint affectionis & aggregatum utriusque simile nomen habet, uel subtrahatur, si diuersæ sint speciei, & reliquus arcus refert speciem eius, unde facta subtractio, & in hoc aggregato uel residuo relinquitur distantia stellæ ab æquatore, uel argumentum declinationis.

IIII. Huius inquiratur sinus respondens, qui ducatur in multiplicandum numerum.

V. A`numero producto abijciantur 5. posteriores cyfræ (quæ uocatur diuisio per totum sinum) residuo addatur unitas, si abiectæ cyfræ 50000. superant.

VI. Residuum in tabulis sinuum inquisitum, exhibet arcum Declinationis quæsitum, quæ qualis sit borealis uel australis, monebit prioris summæ uel residui affectio.

EXEMPLI CAVSA.

CAniculæ longitudo est 8. Gr. 39′ ♋. Latitudo 39. Gr. 16. austrina. Declinatio inquiritur:

Radix est 23. Gr. 16. 3″. borealis. Quia signum est boreale. Hæc subtrahitur à latitudine 39. Gr. 16. Residuum est 15 Gr. 54′. australe, argumentum Declinationis. Multiplicandus est 99817. 21.

Sinus respondens est	16437.	
Productum ex multiplicatione	16406	92029.
Abijcio.		50000.
Addo unitatem & fiunt	16407.	
Arcus respondens est	15. Gr. 52′.	

Est ergo declinatio Caniculæ 15. Gr. 52′. australis. Quia residuum est australe.

V. QVOMODO ASCENSIO RECTA PLANETE *aut stellæ colligenda sit.*

ARcus rectæ Ascensionis hoc modo colligitur. 1. Ingredere cum Longitudine & Latitudine propositi Planetæ aut stellæ, tabulam Cœli Mediationum quæ est duplex, una pro latitudine boreali, altera pro Meridiana.

2. In concursu horum arcuum, (uia præmonstrata in declinationis arcu indagando,) longitudinis & latitudinis, rectam Ascensionem deprehendes.

3. Si Minuta adhæserint his arcubus propositis, pars proportionalis duplici introitu indaganda erit, addenda aut subtrahenda.

4. Numerus productus ostendet Rectam stellæ Ascensionem.

CAVTELA.

1. Cum stella nullam habet Latitudinem, tunc tantum Canone rectarum Ascensionum utimur, & prodit quæsitum.

2. Cum gradibus Longitudinis propositi Planetæ Minuta adhærent, Latitudinis prorsus nulla, angulus communis corrigendus est, propter scrupula illa ut

la ut constet exactè Planetæ Ascensio Recta, aut alterius arcus Zodiaci, qui nobis occurrit in ipsa operatione.

3. Cum minuta adhærent Latitudinis arcu tantum, facta collatione ad arcum collateralem, idem numerus primo inuentus corrigendus est.

4. Cum nulla est Latitudo stellæ aut arcus Zodiaci, cum longitudine sub 0. gradu latitudinis, rectam Planetæ ascensionem deprehendes, quę ubi necessitas exigit illud, corrigenda est per partem proportionum.

5. Cum subtractio non potest fieri ab angulo sequente, scilicet dum angulus obtinet 359. gradus: angulus uerò sequens grad. 0. tunc pro eo assumendus est integer Circulus æquatoris nimirum 360. graduum, ac ita tãdem subtractio restituatur.

6. Cum anguli communis ab angulo collaterali subtractio fieri nequit uel contra, anguli colleralis ab angulo communi, quod fit dum alter eorum, scilicet angulus subtrahendus obtinet 359 gradus, alter uerò, à quo debet fieri subtractio grad. 0. tunc per 0 grad. assumas 360 gradus æquatoris, ac ita tandem minoris à maiore subtractio fiat.

7. Cum subtractio anguli communis, nec ab angulo sequente, nec collaterali fieri potest, quod fit dum angulus communis obtinet 359. gradus, angulus sequens & collateralis grad. 0. tunc pro 0. grad bis assumendus est integer æquatoris Circulus, ac subtractio tum demum illius ab utroq; instituenda est.

Hæc præcepta, de colligenda recta Ascensione, referenda sunt ad stellas, quę ultra octo gradus ab Ecliptica non recedũt. Vbi uerò stella uel locus cœli, octo gradus excedit Latitudinis, Astrophili quartum Regiomontani problema consulant in tabulis Directionum.

EXEMPLI CAVSA.

Palilicij longitudo est 3. Gr. 59. II.
Latitudo est 5. Gr. 16. austrina.
Declinatio est 15. Gr. 52. borealis.
Ascensio Recta est 62. Gr. 38. 39″.

ALIA MEMORABILIS CAVTELA.

QVid agendum est, cum non sunt continui arcus Eclipticæ, id est, ab alio zodiaci puncto inchoantur & non ab Ariete principium sumunt? In tali casu gemino usu præcepti superioris & una subtractione quæsitum absoluentur. Vt quæro, quantum in Sphæra recta de æquinoctiali perorìatur, cum hoc segmento Eclipticæ à 10. Grad. ♈ in 20. Gr. ♉. Cùm 10. Gr. ♈. oriuntur 9. Gr. 11. Cum 20 Gr. uerò 47. Gr. 33. Differentia est per subtractionem 38. Grad. 22. & tantum de æquatore perorìtur.

EXEMPLVM INTEGRVM

huius materiæ.

SIt longitudo Lunæ 6. Gr. 30.
Latitudo uerò 3. Gr. 20. Meridiana.

Ex tabula Cœli mediationum latitudinis Meridianæ, cum talis sit latitudo, in angulo communi, deprehendo rectam ascensionem 96. Gr. 24.

Differentia propter longitudinis scrupula, est 64.

Pars proportionalis est 32. quæ angulo communi addenda est, & prouenit arcus primo loco inuentus 96. G. 56.

Differentia collateralis propter Latitudinis scrupula, est 3.

Pars proportionalis est 1. subtrahenda, cum angulus collateralis minor sit angulo communi.

Est igitur uera ascensio Recta 96. Graduum, 55 Minutorum, respondens exactè gradibus longitudinis & latitudinis.

VLPRO-

VI. PROPOSITIO. QVOMODO ASCENSIO RECTA *indaganda sit, cum octo gradus Latitudo excedit.*

1. Quærenda est Longitudo stellæ & Declinatio, forma præscripta.

2. Cum Longitudine ingredere tabellam Cœli mediationum generalem, & excerpantur hæc duæ, radix Ascensinnum, & numerus multiplicandus.

3. Hinc per Declinationem ex tabula fœcunda, excerpas numerum multiplicantem.

4. Per hunc multiplica multiplicandum prius asseruatum, hinc à producto abijce 5. cyfras posteriores, residuo adde unitatem, si abiectæ cyfræ superant 50000.

5. Per residuum quæro ex tabulis Sinuum arcum respondentem, quē adde uel subtrahe à radice ascensionum. Additur enim cum longitudo stellæ incidit, uel in semicirculum Zodiaci deuehentem, & stella in boream declinat, uel in semicirculum euehentem, cum declinatione australi. Et contrà.

Notabile. Semicirculus Zodiaci euehens est, qui à puncto tropico hiberno proficiscitur, per uernam sectionem, usq; ad signum tropicum æstiuum.

Alter Semicirculus, qui huic opponitur, deuehens dicitur.

ALIVD. Quando numerus, à quo subtractio fieri debet, minor est eo, quem subtrahi oportet, integer Circulus assumendus est.

ALIVD. Cum respondent cuilibet sinui duo arcus ambo æquales Semicirculo, alter maior Quadrante, alter minor, tunc arcu utendum est, minore quidem, quando arcus circuli latitudinis comprehensus inter uerum locū stellæ & æquinoctialem minor itidem fuerit quadrāte Circuli, maiore autem, dum ille arcus Quadrantem excedit.

ADDEMVS VNICVM EXEMPLVM.

CAniculæ longitudo est 8. Grad. 39. 28.
Latitudo uerò 39. Grad. 16. austrina.
Declinatio est 15. Gr. 52. Australis.

Radix ascensionum, id est, arcus æquatoris compræhensus inter ♈ & circulum latitudinis stellæ, est 97. Gr. 55.

Numerus multiplicandus, est 3603.

Multiplicans uerò est 28423.

Productum multiplicationis est 102408069.

Residuum est 1024.

Huius sinus arcus est 1. Grad. 1. Subtrahenda. Quia stella in medietate deuehente, & declinatio austrina.

Ergo ascensio Recta Caniculæ quæsita, est 96. Gr. 54.

VII. PROPOSITIO, DE DISTANTIA PLANETArum uel stellarum, à Medio uel imo cœli.

COnsideretur locus Eclipticus, Planetæ, fixæ aut alterius puncti cœlestis, in qua parte cœli consistat. Hinc ordinè ita procedendum erit:

I. Si inter primam cuspidem & quartam siue Imi Cœli consistit, Ascensio Recta illius loci, subtrahatur ab ascensione Recta Imi cœli & inuenies distantiam Planetæ, ab Imo cœli.

II. Si inter principium quartæ & septimæ, siue angulum Occidentis, deme Ascensionem Rectam Imi Cœli, ab Ascensione Recta illius loci, & habebis distantiam Planetæ ab Imo cœli.

III. Si inter principium septimæ & decimæ, siue regalis cuspidis, subtrahe Rectam

Rectam illius, ab Ascensione Recta Medij Cœli, & habebis distantiam Planetæ uel loci dati à Medio Cœli.

IIII. Si inter decimæ & primæ initium, subtrahe Ascensionem Rectam Medij cœli, ab Ascensione recta illius, & habebis distantiam Planetæ à Medio cœli.

CAVTELA.

Cùm subtractio fieri nequit, accommodandi sunt 360. Gr. & addendi illi numero graduum, à quo subtractio fieri debet.

ALIA CAVTELA.

Ascensio Recta Medij cœli, quomodo colligenda sit, supra ostensum est. Imi uerò Ascensio Recta ita deprehendi potest: Ascensioni Rectæ Medij cœli adde 180. Grad. (abijce hinc 360. Grad ubi necesse est) & habebis quæsitum.

TERTIA CAVTELA.

Magnum est discrimen inter Elongationem stellæ à Meridiano, & Distantiam ante dictam. Elongatio enim numeratur à stella ad Meridianum secundum signorum seriem. Distantia nonnunquam contra seriem. Item, Distantia aut est tota supra terram, aut tota est infra. Elongationis Pars altera, nonnunquam est supra terram, altera sub terra.

QVARTA CAVTELA.

Cum locus Cœli datus, præcisè in ipsam cuspidem incidit, & exactè in lineis uersatur illarum domorum, prorsus nullam aut omnino exiguum habēs Latitudinem. In hoc casu nulla distantia quærenda est à M.C. uel I.C. nec Circulus positionis, ac simpliciter Directio instituenda est ad Promissores, (si locus ille significatoris officio fungatur) pro ratione anguli, cuius lineam ille possidet. Vt si incidat in primam, dirigitur per ascensiones obliquas Eleuationis Poli. Si in 4. aut 10. cuspidem, per Ascensiones Rectas. Si in septimam, per descensiones obliquas eleuationis Poli, &c. regionis datæ.

Cum uerò locus sensibiliter ab Ecliptica recedit, procedendum est in inquirenda distantia, uia iam antea præmonstrata.

EXEMPLVM.

Sit Sol in 16. Gr. 24. ♌, inter ascendens & Decimam. Ascensio recta est 138. Gr. 53. Medium cœli sit 16. Gr. 36. Scorpij. Ascensio eius recta sit 44. Gr. 7. Subtraho iuxta primam regulam Præcepti ascensionem rectam Medij cœli, ab ascensione recta Solis, & pronit distantia Solis à Medio cœli, supra terram, uel diurna.

Ascensio Recta	138.	53.
Ascensio Recta M.C.	44.	7.
Distantia ☉ à M.C.	94.	46.

QVINTA ADMODVM MEMORAbilis cautela.

Qvando cupis indagare tempus natiuitatis, aut alterius principij ex loco Solis, inspecta cœli figura, utere hoc processu: Subtrahe Rectam ascensionem Solis, ex recta Ascensione Medij cœli, & relinquitur elongatio Solis à medie. Hanc deinde conuerte in tempus facta diuisione per 15. Vsitata uia reductionis, & relinquitur tempus æquatoris quæsitum.

EXEMPLI GRATIA.

☉ sit in hac genesi, ut diximus in 16. Gr. 24. ♌. Ascensio Recta est 138. Gr. 53. Medium cœli in 16. Gr. 36. ♏. Ascensio Recta Medij cœli sit 44. Gr. 7. Quæro de tempore geniture, qua hora diei natus sit? Subtraho rectam ☉ à recta Medij cœli,

dij cœli, addito integro Circulo, & relinquitur elongatio à Meridiano 265. Gr. 14. Hæc couersa in tempus, constituit 17. Hor. 41. ferè, momentum huius genituræ.

Hæc cautela diligentissimè notanda est. Sæpe enim in annotandis temporibus error committitur.

	Grad.	′.	
M.C. Ascen. Rect.	44.	7.	
Addo integrum circulum.	360.		
	404.	7.	
Ascen. Rect. Solis	138.	53.	
Elongatio à Meridiano.	265.	14.	in tempus conuertenda.

VIII. PROPOSITIO.

De situ Planetæ, supra aut infra terram.

HIc considerandus est locus Planetæ in figura Cœlesti. Cùm enim uersatur in 7.8.9.10.11.12. domo, situs illius est supra terram. Contra, sub terra cõmoratur, cum in 1.2.3.4.5. aut 6. domum incidit.

EXEMPLI CAVSA.

In genesi inclyti Principis Electoris AVGVSTI, Domini mei clementissimi, Iupiter est in 15. Gr. 17. ♊. In undecima est 29. Gr. 54. ♊. In decima est 16. Grad. 36. ♉. Ergo est Iupiter supra terram.

CAVTELAE.

CVm stella ante lineam primæ Domus, siue Horoscopi subsistit, & Meridionalem habet Latitudinem, cautè admodum sententia est ferẽda. Etsi enim secundùm Longitudinem suam, sit supra terram, & ante principium Horoscopi: tamen ratione latitudinis sub terra cõsistere potest. In hoc casu, ut dubium illud dissoluatur, tali utimur processu. 1. Inquiratur sub Eleuatione poli regionis datæ & declinationem stellæ, ipsa differentia Ascensionalis. 2. Hanc rectè inuentam adde ad 90. Gr. cum Declinatio tua est Borealis. Aut illam subtrahe à 90. Gr. cum est Australis, & inuenies arcum Semidiurnum stellæ uerùm. 3. Hunc confer cum distantia à Medio cœli eiusdem stellæ. Cumq; maior est arcu illo Semidiurno, situs eius Planetæ uel stellæ est supra terram. Quando uerò maior est, tunc locus ille sub terra commoratur.

EXEMPLI GRATIA.

SIt Luna in alicuius genesi in 6. Grad. 36. ♋ ante lineam primæ domus, cum Latitudine australi, in 3. Gr. 26. secundùm longitudinem, Latitudo sit 3. gr. 26. Merid sub Eleuatione Poli datæ Regionis 49. gr. 26. Declinatio Lunæ est 20. grad. 1. 30″. Sept.

Differentia uerò Ascensionalis, est æquata, 25. Gr. 5.

Hanc addo ad gradus 90. cum Declinatio Lunæ sit Septentrionalis, & emergunt gradus 115. 5.

Est igitur arcus Semidiurnus Lunæ 115. Gr. 5.

Distantia Lunæ à M.C. est g. 116. 42.

Hæc est maior arcu in Semidiurno.

Ergo Luna in hac genesi est sub terra, non distante eo quod corpus illius supra terram appareat.

Similis est processus, cum stellæ in latitudine australi, post lineam septimę domus subsistunt.

SECVN-

SECVNDA CAVTELA.

QVando stella post lineam Horoscopi consistit, in latitudine boreali, ubi sub terra esse uidetur hoc processu utimur, ut certo cōstet de situ supra uel infra terram. I. Subtrahe arcum Semidiurnum à medietate Circuli æquatoris, id est, 180. Grad. & relinquitur arcus Seminocturnus Planetæ uerus.

2. Cum hoc arcu confer distantiam eius Planetæ ab Imo cœli, & mox situ m eius cognosces. 3. Hæc enim distantia, cum est minor arcu Seminocturno iam inuento, stella est sub terra. Si maior, est supra terram.

EXEMPLI CAVSA.

LVna sit in genitura alicuius in 26. Gr. 6. ♒. Latitudo 5. Gr. 6. Sept. Horoscopis sit Ascens. obliq 341. Gr. 12. Eleuatio poli 49. G. Declinatio sit 8. Gr. 16. M. Differentia Ascensionalis est 9. Grad. 36.

Hæc subtrahatur à 90. Gr. cùm Declinatio sit meridionalis, & relinquitur arcus Semidiurnus Lunæ, 80. Gr. 36. Hic subtractus ex 180. Gr. relinquit Seminocturnum 99. Gr. 36. Distantia Lunæ ab Imo cœli est 104. Gr. 39. Hæc maior est arcu Seminocturno. Quare Luna tunc fuit supra terram, non obstante eo, quòd Luna corpore fuit sub terra, secundùm longitudinem. Eodem modo iudicandum est de stellis, cum antè lineam Septimę domus consistunt, & latitudinem habent Borealem.

TERTIA CAVTELA.

CVm distantia Planetæ siue stellæ alicuius, æqualis est arcui Semidiurno, aut Seminocturno, Planeta aut locus cœli datus, nō est supra nec infra terram. Sed exactè uersatur in linea Orientis uel Occidentis prout occupat Medietatem Cœli ascendentem aut descendentem. Si medietatem Ascendentem est in linea Horoscopi. Si Descendentem, est in cuspide Occidentis. Ac tunc dirigitur in Oriente constitutus, sicut Horoscopus, per ascensiones obliquas Eleuationis tui loci. In Occidente uerò, per descensiones obliquas, Eleuationis datæ regionis. Nec quærendus est hic Circulus positionis.

QVARTA CAVTELA.

CVm situs stellæ ratione figurę Cœli & Latitudinis mutatur, distantia quoque eius à Medio uel Imo cœli, alio modo indaganda est.

I. Primum enim cum stella est inter principium primæ & quartæ domus, distantia eius ab Imo cœli sumenda est.

II. Secundo. Cùm est in principium Decimæ & Septimæ, distantia à Medio cœli sumenda est.

III. Cum est inter initium quartæ & primæ domus, distantia eius ab Imo cœli quærenda est.

IIII. Cum est inter principium Septimæ & Decimæ, distantia eius à Medio cœli inquirenda est, neglecta distantia ab imo cœli.

Hæc Cautela locum habet in illo casu, cùm stella est prope cuspides primæ aut septimæ domus, ac situs illius est in alio cœli loco, quàm corpus ipsum.

EXEMPLVM.

Sit Luna in al cuius genitura in 26. Gr. 6. ♒. Distantia Lunæ ab imo cœli sit 104. Grad. 39. cum uersetur inter principium primæ cuspidis & quartę domus. Hic situs Lunæ talis est quidem ratione corporis, sed mutatur hic positus propter Lunæ latitudinem, & deprehenditur, ut iam dictum est in secunda cautela, non infra sed supra terram, inter principium decimæ & primæ domus.

Quare

Quare distantia uera Lunæ sumenda est à Medio cœli.
Ascensio Recta Medij cœli sit 251.Gr.12.
Ascensio Recta Lunæ sit 326.Gr.33.
Subtrabo rectam Medij cœli, à recta Lunæ, & relinquuntur gradus.75.21. uera distantia Lunæ à Medio cœli.

NOTABILIS COMMONEFACTIO.

TOtum Cœlum diuiditur in Medietatem Ascendentem & Descendentem. Ascendens est, quæ à puncto decimæ domus incipit, & in puncto quartæ domus terminatur, progrediendo per primam domum. Descendens uerò est Medietas, quæ à puncto quartæ domus incipit, & in puncto decimæ terminatur, procedendo per septimam domum.

ALIA DIVISIO.

DIuiditur etiam Cœlum in Orientalem & Occidentalem Medietatem, ita ut sit alia supra, alia infra terram. Ergo quatuor sunt Quartæ:

1. Quarta Orientalis, 12.11.10.supra terram.
2. Quarta Orientalis infra terram, 3.2.1.infra terram.
3. Quarta Occidentalis infra terram, 6.5.4.
4. Quarta Occidentalis, supra terram, 9.8.7.

IX. PROPOSITIO. DE CIRCVlo Positionum.

CIrculus Positionis est is, qui per duas communes sectiones Meridiani & Horizontis, aut per Centrum stellæ uel per pũctum Cœli signatum incedit. Hic Circulus alias Horizon stellæ dicitur. Hunc indagaturus, tria sint in promptu. 1. Declinatio Planetæ. 2. Distantia eius à Medio uel Imo cœli. 3. Situs Planetæ uel stellæ supra uel infra terram.

His primum rectè constitutis, quære tabulam Positionum accommodatam ad polum datæ regionis, quam si exactè non inueneris, propiorem eligas. Hæc duplex est: Vna seruit Declinationi Septentrionali supra terram, & Meridianæ sub terra: Altera uerò, Declinationi Meridianæ supra terram & Boreali sub terra. Cùm igitur Planeta, Declinationem habet Septentrionalem supra terram, uel meridianam sub terra, ingredere partem tabulæ positionum debitã, & quęre ibidem gradus Planetæ in linea collaterali sinistra per ascensum. Et contra: E regione uerò, inuentis illis gradib. Declinationis, per ascensum siue per descensum, è regione eorum, quære distantiam eiusdem Planetæ à Medio uel Imo cœli, quę in corpore continetur, donec illam offendes. In superiori parte columnę, inuenies gradus Circuli positionis. Hic numerus nullam requirit correctionẽ, cum Declinationi minuta non adhærent. Sed ubi Minuta addita sunt, per partem proportionalem addenda est æquatio, ut usus facilè docebit.

EXEMPLI GRATIA.

SIt stellæ alicuius declinatio graduum 9 M.6. Septentrionalis.
Distantia eius est à Medio cœli 48.Gr.44.supra terram.
Eleuatio ciuitatis siue regionis sit 40.graduum. Quæritur Circulus positionis huius stellæ. Ingredior partem tabulæ positionum, cui ad latus læuum titulus apponitur. Declinatio Septentrionalis supra terram, & Meridiana sub terra, ac ibidem in linea collaterali sinistra per ascensum quæro gradus Declinationis

nis stellæ, nimirum 9. E regione uersus dextram, distantiam stellæ quæro, à Medio cœli, quæ est 48. Gr. 44. In fronte offendo 30. Gr. circuli positionis. Stella igitur posita est sub Circulo positionis 30. Graduum 0. Minuti.

ALIVD EXEMPLVM.

SIt stellæ Declinatio 21. Gr. 16. Meridiana.
Distantia eius à Meridiano sit 3. Gr. 6. supra terram.
Eleuatio Poli sit 57. G. 30. M. Huic facta correctione per partem proportionalem respondet Circulus positionis 12. Gr. 8. Minutorum.
De his uide plura in Cyprnani tabulis Directionum, qui multa exempla tradit.

CAVTIO NOTABILIS.

Cum distantia adeo est parua, ut per ingressum Declinationis Planetæ distantia proximè minor haberi non possit, simpliciter distantia proposita per 60. multiplicanda est, & multiplicatus numerus diuidendus est per distantiam maiorem in Canone inuentam. Productum assumatur pro Circulo positionis.

X. PROPOSITIO. DE DIFFERENtia Ascensionali.

DIfferentia Ascensionalis est segmentum æquinoctialis circuli, quo inuicem differunt Ascensio recta & obliqua eiusdem dati puncti Eclipticæ, seu cuiuscunq;. Hoc segmentum æquatoris, compræbenditur inter Horizontem obliquum & Colurum, transeuntem per datum punctum, ita ut hic ipsum punctum in Horizonte collocari intelligatur.

Hæc differentia, siue hic arcus Ascensionalis, diuersimodè inquiritur. Interdum ad datum polum Regionis, interdum secundùm gradus & minuta circuli positionis stellæ cuiuscunq;, interdum secundùm gradus & minuta, alterius Circuli Positionis.

Hic arcus tali modo indagandus est: Considera primum, quæ sit Declinatio stellæ, & quot graduum sit Eleuatio poli borealis uel quot gradibus Circulus positionis supra Horizontem regionis eleuetur.

Secundo, Cum hac declinatione stellæ & tua Eleuatione, lateralis fiat ingressus, in tabulam differentiæ Ascensionalis, minorem eorum sursum quære inter capitales, maiorem inter laterales seu descendentes extremos.

Tertio, Angulus siue profelis communis, ostendet mox differentiam Ascensionalem, si gradibus numerorum non adhæserint scrupula. Sin uerò adhæserint, utendum est parte proportionali, quæ semper addenda est numero primo loco inuento.

CAVTELA.

In excerpendis differentijs numerorum uicinorum arealium, lateralis differentia attribuenda est scrupulis adiacentibus capitali numero, descendens uerò scrupulis lateralis numeri siue maioris.

EXEMPLI CAVSA.

SInt duo dati numeri, primus sit 16. Gr. 40. Alter sit 70. Gr. 30. Differentia ascensionalis, respondens integris gradibus est 51. Gr. 58. Differentia descendens, propter partem proportionalem inquirenda, est 4. Gr. 24. 5″. Pars congruens ex 30. scrupulis, est 2. Gr. 12. 2″. Pars proportionalis ex differentia laterali, est 3. temporum siue graduum, 26. 15″. Hæ coniunctæ, constituunt summam 5. Gr. 38. 17″. Aggregatum illud, additum primario numero, absoluit dif-

Hh ferentiam

ferentiam ascensionalem quæsitam, 57. Grad 37'. 11".

Hæc propositio congruit stellis, quarum declinatio 32. Gradus non excedit.

XI. PROPOSITIO. QVOMODO DIFFERENTIA *Ascensionalis, generaliter indaganda sit.*

DAta Declinatione & latitudine Regionis, sume numeros congruentes singulis arcubus, ex secundo Canone. Ambobus inter se deinde multiplicatis, abijce 7. primas figuras uersus dextram. Residuum exhibebit sinũ differentiæ Ascensionalis. Arcus respondens ex tabulis Sinuum, arcum differentiæ Ascensionalis subministrat.

EXEMPLI CAVSA.

REpetatur exemplum antea positum. Sint duo numeri. Prior 16. Grad. 40'. Alter 70. Gr. 30'. Ingredior canonem secundum in tabulis Directionum D. Reinholdi. Sinus respondens 16. Gr. 40'. est 2993804. Alter congruens 70. Gr. 30'. est 28239125. His inter se multiplicatis, & reiectis primis 7. figuris, existit sinus differentiæ Ascensionalis 8454240. Est igitur differentia Ascensionalis temporum 57. 43'. 5".

CAVTELA.

Nulla est differentia Ascensionalis, cum datũ cœli punctum aut stringit Horizontem, id est, dati numeri æquant se Quadranti, aut semper uel extat supra Horizontem, uel latet, dum ambo Quadrantem superant.

XII. PROPOSITIO. QVOMODO ASCENSIO OBLIQUA *omnium stellarum ex Ascensione Recta & differentia Ascensionali constituenda sit.*

IN genere hoc processu utimur: Quæratur differentia Ascensionalis modo iam præmonstrato, & recta Ascensio dati puncti. Hęc differentia addatur rectæ Ascensioni cùm declinatio est australis, & contra ab eadem subtrahatur, cùm est borealis. Et quæsitam ascensionem obliquam inuenies.

REGVLA NOTABILIS.

SIcut puncta Cœli borealia, exoriuntur in mundi conuersione, ante suam Ascensionem Rectam: Sic contra puncta australia exoriuntur post suam rectam Ascensionem, id est, differentiam suam Ascensionalem rectæ ascensioni superaddunt.

EXEMPLI CAVSA.

SIt caniculæ longitudo 8. Gr. 39'. Latitudo 39. Gr. 16'. australis. Declinatio 15 Gr. 22'. australis. Ascensio Recta est 96. Gr. 54'. Eleuatio poli est 52. Gr. Differentia Ascensionalis est 21. Gr. 26'. 16". Hæc addenda est ad rectam ascensionem, cùm declinatio sit austrina, & relinquitur in data regionis latitudine, ascensio obliqua 118. Gr. 14'. 16".

In specie autem, pro Directionibus hoc processu utimur,

1. Quære differentiam Ascensionalem puncti propositi.
2. Considera, utrum sit illud punctum, in medietate Cœli ascendente aut descendente.
3. Differentiam ascensionalem in medietate Cœli ascendente, cum declinatio est australis, adde ad Rectam ascensionem, aut subtrahe, cùm declinatio est borealis. Ita Ascensionem Planetæ siue puncti propositi ueram, obliquam scilicet, deprehendes.

XIII. PROPOSITIO. QVOMODO DESCENSIO *obliqua indaganda sit:*

HOc præceptum priori est contrarium. Pro descensione enim obliqua stellæ, differentia ascensionalis addenda est ascensioni rectæ, cùm declinatio est borealis. Contrà est subtrahenda, cùm declinatio est australis, & quæsitum in genere inuenies.

EXEMPLVM.

Ascensio Recta Caniculæ est 96. Grad. 54
Differentia Ascensionalis est 21. Grad. 20. subtrahenda. Est enim declinatio australis. Ergo 75. Grad. 34. est descensio obliqua.

In specie illud notandum est pro Directionibus.

Cùm punctum Cœli datum inciditin medietatem descendentem, quærenda est Descensio eius obliqua, hoc modo: Differentiam Ascensionalem, adde ad rectam Ascensionem eius loci, cùm declinatio est borealis. Contra subtrahe illam, si sit australis. Ita enim descensionem obliquam Planetæ ueram inuenies.

CAVTELAE.

COnsiderandum est diligenter, in qua Medietate, Ascendente uel descendente hæreat Planeta aut stella, circa principia decimæ aut quartæ domus, cùm magna distantia ab Ecliptica, sub cuius circulo positionis quærenda est differentia Ascensionalis, hinc Ascensio aut Descensio obliqua.

EXEMPLI GRATIA.

Sit longitudo stellæ in 20. Grad. 0. ♓.
Latitudo uerò sit 7. 0. Septentrionalis.
Declinatio uerò 2. Gr. 28. Septen.
Ascensio Recta 348. Gr. 3.
Distantia à M.C. sit 1. Gr. 18.
Circulus positionis 1. Gr. 28. ferè.
Differentia Ascensionalis sub hoc Circulo positionis sit 0. Gr. 3.

Hanc differentiam ab Ascensione Recta stellæ (est enim corpore in medietate Cœli ascendente) cùm declinatio sit borealis, subtraherem. Propter latitudinem uerò, cùm medietatem Cœli descendentem occupet hoc processu utor.

Ascensio Recta M.C. est in hoc casu 349. Gr. 21.
Ascensio recta stellæ est 348. 3.

Fiat subtractio minoris à maiore, & relin- 1. 18.
quitur distantia à M.C. in medietate Cœli descendente, etsi secundùm Longitudinem suam, medietatem Cœli ascendentem possideat.

Differentia igitur addita ad ascensionem rectam stellæ, relinquit descensionem obliquam stellæ 348. Gr. 6.

II. CAVTELA.

CVm circulus positionis nullus est gradus, & aliquot tantum Minutorum, tabula differentiarum consulenda est, & de minutis quæ uersus dextrā collocantur, è regione graduum Declinationis Planetæ, sub columna 1. Grad. partem proportionalem sumito, secundùm proportionem circuli positionis ad 60. Pars exiens, differentiam uetam Ascensionalem indicat. Hæc addenda aut subtrahenda est ab Ascensione recta, ut antea monuimus.

III. CAVTELA.

CVm in medietate Cœli ascendente stella consistit, carens latitudine, Ascensio obliqua hoc modo indaganda est. Ingredere cum longitudine stellæ illam tabulam Ascensionum obliquarum, quæ ad gradus puncti propositi supputata est. Mox inuenies quæsitam ascensionem obliquam, simplici aut duplici ingressu, pro ut necessitas flagitabit, propter scrupula adhærentia, æquationē siue correctionem numeri primo loco inuenti.

Sic propter Minuta adhærentia Circulo positionis, duplici ingressu Canonum utendum est, & ex Canone Ascensionum obliquarum, ad gradum positionis, proximè maiorem, instituenda est correctio & æquatio, ut aliàs dictum est, in prima propositione.

EXEMPLI GRATIA.

SIt longitudo ⊕ 16.Gr.35.♌ in genesi alicuius. Latitudo 0 Gr.0. Circulus positionis sit 49.Gr.26. Ingredior Canonem Ascens. obliq. huius Eleuationis. Sub Eleuatione 49.Gr. est ascensio obliqua æquata, 119.Gr.55. Secundò ingredior Canonem supputatum ad 50. Gradum. Hic est Ascensio obliqua 118.Gr.23. decrescens. Differentia horum Ascensionum est 44.

Iam sic dico.

60 Circuli posit. dant 44. differentiæ, quid 26. adhærentia 49.Gr.

P.p. est 15. ferè subtrahenda (sequens enim Angulus est minor) ab Ascensione obliqua primum inuenta & æquata 119. G.55. & relinquitur uera Ascensio obliqua ⊕ 119. Grad.40.

IIII. CAVTELA.

EOdem modo supputanda est Descensio obliqua cum stella latitudine carens, hæret in medietate Cœli descendente. I. Primum autem arcum Eclipticæ considera stellæ propositæ, secundùm Longitudinem.

II. Secundo sume signum contrarium huic signo, gradibus & minutis non immutatis.

III. Huius loci quære more consueto Ascensionem obliquam.

IIII. Hac inuenta adde huic medietatē circuli Aequatoris I. gradus 180. (abijce 360. Gr. cum aggregatum Circulum excedit) & habebis Descensionem obliquam Planetæ ueram.

EXEMPLI GRATIA.

SIt Sol in alicuius genesi, in 24. Gr. 51. ♈. Latitudo 0. G.0.
Circulus positionis sit 35. Gr. 45.
In hac genesi consistat in medietate Cœli descendente.
Ergo quærenda est Descensio obliqua.
Oppositus arcus longitudinis, est 24. Gr 51. ♎.
Ascensio obliqua respondens est 209. Gr. 51. æquata, sub Eleuat 35. grad.
Ascensio obliqua ad sequentem Eleuationem, est 209. Gr. 3. sub 36 grad.
Differentia crescens est 48.
Pars proportionum inde sumpta, est 10. addenda.
Ergo uera ascensio obliqua secundo æquata, est 210. Gr. 1.
Addo 180. Gr. ad hanc Solis obliquam Ascensionem, & proueniunt 390. Grad. 1.
Abijce hinc, 360. Gr. cum aggregatum excedat Circulum.
Remaneat 30. Gr. 1.
Hæc est uera descensio Solis obliqua.

XIIII. PRO-

XIIII. PROPOSITIO, DE VSV PRAECEDENTIS *Doctrinæ in Directionibus, siue Methodus Dirigendi, iuxta* REGIOMONTANI PRAECEPTA.

EXposuimus aliquot præcedentib. Propositionibus, qua ratione primum indaganda sint Arcus illi, sine quibus Directio absolui nequit, significatorum ad Promissores. Nunc usum addemus o prima Methodo, & declarabimus studiosis, quomodo Directiones instituendæ sint, ut Arcum Aequatoris interceptum, inter Significatorem & Promissorem (hic enim est uerus Directionis finis) artificiosè inueniamus, conuertendum in tempus, annos, menses & dies, ut hinc, quando Accidens illud quod promissor ostendit, effectum suum sortietur, ueris Astronomiæ fontibus innotescat.

Cum uerò ad Directionem accedis, hac Methodo procedendum erit:

1. PRIMO, inquire ad propositum tempus æstimatum ueram Natiuitatis figuram, additis uerificationibus æstimati temporis. Huic themati, accurato studio uerificati. Longitudines Planetarum & Latitudines, necnon stellarum fixarum, quæ sunt in signifero, uel prope Eclipticam, loca, adhibito diligenti artificum calculo inscribantur.

Cur sint addendæ uerificationes temporis, notum est, & in Latitudinibus notandum est, in quam plagam Cœli, borealem uel australem incidant.

II. SECVNDO. Post erectam figuram Cœli, & stellarum conuenientem in themate dispositionem, Partes cuspidum, si placet, inquirantur, iuxta Sconerum lib. 1. de Iudicijs, Antiscia, Dodecatemoria, Termini Planetarū, &c.

III. Iudicium generale instituendum est, iuxta domorum significata & uidendum, quid in genere positus Cœli nato decernat, quantum Physicæ causæ permittunt.

IIII. QVARTO, Aspectuum tabella conficienda est, cui cuspidum gradus, Planetarum & inerrantium loca, secundùm longum & latum, necnon partium genituræ inscribantur, pro libitu. Res facilis est, unico exemplo probe inspecto.

Sunt autem quatuor Aspectuum genera.

Sextilis, qui duplex est, Dexter & Sinister. Dexter contra, Sinister secundùm seriem numeratur, & utrinque 60. gradibus à loco stellæ terminatur.

QVADRATVS eadem ratione duplex est, Dexter & sinister. Dexter contra seriem, sinister secundùm seriem, utrinque à loco stellæ 90. gradu finitur, Latitudine carens.

TRIGONVS ut reliqui duo, in Dextrum & sinistrum diuiditur, & utrinque à loco stellæ 120. gradus obtinet.

OPPOSITVS radius, unus tantum est.

Hi aspectus Planetarum Latitudinem mutant.

Vnde pro inuenienda Radiationum distantia ab Ecliptica, hæ cautelæ obseruentur.

1. Sextilis aspectus sumit medietatem Latitudinis Planetæ, quæ certo ex calculo, ad tempus Natiuitatis, ei respondere depræhēditur, seruata eadem Denominatione Latitudinis, australi uel boreali.

2. Trigonus mutat Latitudinem ipsam sumpta medietate in partem oppositam.

3. Quadratus nullam Latitudinem habet. Sic cuspides & Partes, nullas Latitudines in Signifero sortiuntur.

4. Oppositus eandem habet cum Planeta, sed in contrariam Cœli partem cum Trigono.

QVINTO. Ex hac tabella Aspectuum, uel speculo Astronomico, altera

Radiationum conficiatur, cuius exemplum supra positum est, facto initio à prima domo, & considera, qui Planetæ, quæ stellæ & partes, qui aspectus dextri & Sinistri, in unamquamque domum incidant. Hoc modo tabella Directioni congruens absoluetur.

Ex hac deinde Promissores commodè describentur, ad quos Directio significatoris intuenda erit.

Obseruandum & hoc: Latitudinem cuiuslibet stellæ, & Aspectus, ut longitudinem, singulis locis adiungendam esse.

SEXTO. Radiationum tabella absoluta, quam Particularem appellare libet, generalis hinc constituatur Canon, singulis Planetis seruiens, ad hunc modum:

I. Scribantur ordinè Planetarum loca, secundùm longum & latum, his adiungantur Cuspides, Pars fortunæ & similes significatores, qui sunt dirigendi.

II. Inquirantur singulorum locorum Declinationes. In Medio & Imo cœli Declinatio negligatur, ut reliqua omnia, excepta Ascensione Recta.

III. Singulorum locorum Rectæ Ascensiones indagentur.

IIII. Eorundem locorum distantiæ à meridie.

V. Circuli positionum, seruientes singulis.

VI. Inuento Circulo positionis, quæratur differentia Ascensionalis.

VII. Postremò Ascensiones uel Descensiones obliquæ sunt inquirendæ. Cùm enim Planeta aut locus cœli datus est in medietate Cœli descendēte, quæ est à decima aut 4. per 7. cuspidem, indaganda est Descensio obliqua. Si in Medietate Ascendente, uel parte Orientali, quæ est à quarta per 1. ad 10. quæritur Ascensio obliqua.

SEPTIMO. Tabella generali perfecta, quæ est fundamentum & initium omnium Directionum, singulorum Planetarum loca, Partis fortunæ & quatuor Cardinum, si placet, ad Promissores dirigantur proximè sequentes, si Planetæ non sint retrogradi, iuxta seriem signorum, ad alterum uel tertium signum usque.

PRIMVM sumendus est locus Ascendentis, & dirigendus ad locum secundum hoc est, ad Planetarum corpora & aspectus, stellas fixas præcipuas, & alia loca figuræ cœlestis notabilia, præcipuè uerò ad Planetas, sed illorum radios, seruato congruenti Longitudinis ordine.

Hinc Luna, Sol, Medium cœli & Pars fortunæ. Hæc enim quinque sunt loca Hylegialia, de quibus Directionem principaliter, ex sententia Ptolemæi, artifices instituunt.

Describuntur promissores, Planetæ aspectus, stellæ fixæ & similia loca, ad quæ pertingit Significator, iuxta signorum seriem, ex Radiationum tabella particulari, quando Significator est Directus. Vbi autem locus, qui dirigitur, regressum patitur, contra seriem signorum Promissores extrahuntur, & hoc modo Planetæ Retrogradi cum Partibus, dirigi solent.

Ae in tali operatione, peculiares tabellæ, cancellis distinctæ, pro singulis Significatoribus, conficiendæ sunt. In fronte tabellæ, Significator collocatur, hinc Promissores, qui in canone Aspectuum locum Significatoris sequuntur, ordine scribantur, cum gradibus Minutisque Longitudinis & Latitudinis.

In tertio interuallo, promissorum Declinationes inquirantur.

In quarto, eorundem ascensiones rectę.

In quinto differentiæ Ascensionales, sub Circulo Positionis significatoris, prius in tabella Directionum generali inuento.

In sexto, Ascensiones obliquæ singulorum, si significator medietatem Orientalem, siue Ascendentem, uel Descensiones obliquæ, si Occidentalem uel Descendentem cœli partem tenuerit.

Septimo loco, obliqua Ascensione uel Descensione Significatoris deducta, ab

cta, ab Ascensionibus uel Descensionibus Promissorum, arcus Directionis prouenit, uel interuallum inter Significatorem & Promissorem, quo usitata ratione conuerso, tempus emergit, quo Significator ad Promissoris locum pertingit.

EXEMPLI GRATIA.

HOROSCOPVM dirigo ordinè ad suos promissores primo loco, hoc est, ad stellas fixas, præcipuas nimirum, aliaq; præcipua loca figuræ cœlestis, imprimis ad Planetas & illorum radios. Hinc obliquam Horoscopi ascensionem, subtraho ab ascensione obliqua Promissoris, quæ ad eleuationem poli ciuitatis propositæ refertur.

CAVTELA.

CVm subtractio fieri nequit obliquæ Horoscopi, ab obliqua Promissoris, 360. gradus sunt accommodandi.

Facta hac Subtractione relinquitur portio æquatoris, quæ interstitium dicitur, quod est inter arcum Eclipticæ Horoscopi & Promissoris, respectu Eleuationis poli datæ regionis.

Hic arcus Aequinoctialis, in tempus conuertitur, & monstrat tempus anni mensium & dierum, quo accidens aliquod in genere expectandum sit. Directiones enim tantum generalia tempora, id est, annos currentes Accidentium exhibent. Ex profectionibus & transitu stellarum, speciale tempus accidentium, id est, mensis & dies, quàm commodissimè colligitur.

NOTABILE: Cùm arcus ille conuertendus est Directionum, iuxta communem opinionem, pro quolibet gradu unus annus, pro singulis minutis sex dies sumuntur.

CARDANVS in hac conuersione 1. gradui tribuit 1. Annum, 5. Dies, octo horas. Et singulis Scrupulis, 6. Dies, 4. Horas, octo Minuta. Vnde hic Canon confectus est qui sequitur.

I. Canon de gradibus æquatoris — Tabula conuertendi Gradus æquatoris in tempus directionis iuxta Cardani radicem.

II. Can. de Minutis. — Tabula conuertendi Minuta gradduum in tempus directionis.

G	Anni	Dies	H.	G.	A.	D.	H.	G.	A.	D.	H.	G.	An.	Dies	H.	M.	D.	H.	M.	M.	D.	H	M.
1	1	5	8	26	26	138	6	51	51	272	0	76	77	40	3	1	6	4	8	31	191	8	6
2	2	10	16	27	27	144	0	52	52	277	8	77	78	45	11	2	12	8	16	32	197	12	14
3	3	16	0	28	28	149	8	53	53	282	16	78	79	50	19	3	18	12	24	33	203	16	22
4	4	21	8	29	29	154	16	54	54	288	0	79	80	56	3	4	24	16	30	34	209	20	30
5	5	26	16	30	30	60	0	55	55	293	8	80	81	61	11	5	30	20	38	35	216	0	38
6	6	32	0	31	31	165	8	56	56	253	16	81	82	66	19	6	27	0	46	36	222	4	46
7	7	37	8	32	32	171	16	57	57	304	0	82	83	72	3	7	43	4	54	37	228	8	54
8	8	42	16	33	33	176	0	58	58	309	8	83	84	77	11	8	49	9	2	38	234	13	2
9	9	48	0	34	34	181	8	59	59	314	16	84	85	82	19	9	55	13	10	39	240	17	10
10	10	53	8	35	35	186	16	60	60	320	0	85	86	88	3	10	61	17	18	40	246	21	18
11	11	58	16	36	36	192	0	61	61	325	8	86	87	93	11	11	67	21	26	41	253	1	26
12	12	64	0	37	37	197	8	62	62	330	16	87	88	98	19	12	74	1	34	42	259	5	34
13	13	69	8	38	38	202	16	63	63	336	0	88	89	104	3	13	80	5	42	43	265	9	42
14	14	74	16	39	39	208	0	64	64	341	8	89	96	109	11	14	86	9	50	44	271	13	50
15	15	80	0	40	40	212	8	65	65	346	16	90	91	114	19	15	92	13	58	45	277	17	58
16	16	85	8	41	41	218	16	66	66	352	0	91	92	120	3	16	98	18	6	46	283	22	6
17	17	90	16	42	42	224	0	67	67	357	8	92	93	125	11	17	104	22	14	47	290	2	14
18	18	96	0	43	43	229	8	68	68	362	16	93	94	130	19	18	111	2	22	48	296	6	22
19	19	101	8	44	44	234	16	69	70	2	19	94	95	136	3	19	117	6	30	49	302	10	30
20	20	106	16	45	45	240	0	70	71	8	3	95	96	141	11	20	123	10	38	50	308	14	38
21	21	112	0	46	46	245	8	71	72	13	18	96	97	146	19	21	129	14	46	51	314	18	46
22	22	117	8	47	47	250	16	72	73	18	19	97	98	152	3	22	135	18	54	52	320	22	54
23	23	122	16	48	48	256	0	73	74	24	3	98	99	157	11	23	141	23	2	53	327	3	2
24	24	128	0	49	49	261	8	74	75	29	11	99	100	162	19	24	148	3	10	54	333	7	10
25	25	133	8	50	50	266	16	75	76	34	19	100	101	168	3	25	154	7	18	55	339	11	18
																26	160	11	26	56	345	15	26
																27	166	15	34	57	351	19	34
																28	172	19	42	58	357	23	42
																29	178	23	50	59	364	3	50
																30	185	3	58	60	370	7	58

Hi duo Canones directioni inseruiunt iuxta Cardani radicem, qui unū gradū equatoris, in tēpore, ualere dicit 1. Annū, 5. Dies, 8. Horas. Vnde unū Scrupulum æquatoris relinquit in tempore, 6. Dies, 4. Horas, 8. Minuta. Ex his propter faciliorem operationem priorem, hi duo Canones fluunt. In hoc Canone prima numerorum series continet gradus æquatoris 2. Annos, 3. Dies, quarta series, Horas Vsus ex superioribus constat.

1559.
28.
31.

In hoc Canone prima series continet Minuta æquatoris, secunda Dies, tertia Horas, quarta Scrupula temporis.

PRO

PRO Medio cœli, cùm directio quæritur, Ascensio recta Medij cœli, dempta ab Ascensione Recta Promissoris, arcum Directionis relinquit.

OCTAVO. De directione conuersa, uel contra signorum seriem, ubi Planetæ Retrogradi & Partes diriguntur, hoc ordine utimur.

1. Promissores locum Significatoris præcedentes in signorum serie, ordinẽ disponantur, ad secundum uel tertium signum, cum Longitudine & Latitudine.

2. Quærantur singulorum Declinationes.

3. Ascensiones Rectæ.

4. Distantia à Medio uel Imo cœli.

5. Singulorum promissorum peculiares Circuli positionum.

6. Cuiuslibet promissoris differentia Ascensionalis, cùm sua Declinatiõne, & sub suo circulo Positionis, in tabella differentiarum Ascensionalium.

7. Ascensiones uel Descensiones obliquæ singulorum Promissorum inquirantur.

8. Quæratur etiam Significatoris ascensio obliqua uel Descensio, ad cuiuslibet promissoris Circulum positionis, differentia Ascensionali promissoris, ascensioni Rectæ Significatoris addita uel detracta, ut necessitas exiget.

9. Ascensiones uel Descensiones obliquæ Promissorum singulæ, à singulis Ascensionibus uel Descensionibus Significatoris subtrahantur, & emergit Directio Planetæ retrogradi contra Signorum seriem, in tempus conuertenda.

Hæc est integra dirigendi ratio, secundùm Regiomontanum, per Canones primi mobilis, qua uti hodie ferè recentiores utuntur Astrologi, ad generalia accidentium tempora indaganda.

IIII. Significatore in nullo horum Angulorum constituto, sed inter hos, in medietate uel Orientali uel Occidentali, inquire eleuationem poli supra ipsius Circulum positionis, & ex ea quære utriusq; & Significatoris & Promissoris, cùm Ascensionem, si Significator consistit in medietate Orientali, tum Descensionem, cùm in medietate Occidentali significator constiterit, & Ascensionem uel Descensionem Significatoris, subtrahe de Ascensione uel Descensione Promissoris, & proueniet Directio quæsita.

V. Eadem sunt præcepta directionis Conuersæ, nisi quod in hac Ascensiones & Descensiones, rectæ aut obliquæ, loci propositi, uel ex eleuatione Poli supra circulum positionis promissoris sumptæ, subtrahantur ex Ascensionibus, & Descen. Significatoris, ex ijsdem Eleuationibus quæsitis.

VI. Gradus Directionis conuertũtur in tempus, attribuendo cuiq; gradui annum unum, uni uerò minutô dies sex, horas duas, minuta quinq;.

GENERALIS RATIO DIRIGENDI.

I. Quære Ascensiones Rectas Significatoris, & Promissoris.

II. Quære utriusq; Significatoris & Promissoris tempora horãria diurna; cùm sunt supra terram uel nocturna, cùm sunt infra terram, quæ inuenies, si arcum Significatoris & Promissoris diurnum uel nocturnum diuiseris per 12.

III. Inquire utriusq; distantiam à meridiano, hoc modo: Cùm consistunt supra terram, in quarta Orientali, subtrahe Ascensionem rectam Medij cœli, ab ascensione recta Significatoris, uel Promissoris. Cùm uerò sunt supra terram, in quarta Occidentali, subtrahe Ascensiones rectas Significatoris uel Promissoris, ab Ascensione Recta Medij cœli, & produces eorum distantiam à Meridiano diurnam.

Cùm uerò constiterint infra terram, in quarta Occidẽtali, subtrahe Ascensionem Imi cœli rectam, ab Ascensionibus Significatoris & Promissoris, aut harũ Ascensiones Rectas, ab Ascensione recta Imi cœli, cùm cõstiterint in quarta Orientali, & iterum relinquitur, distantia à Meridiano nocturna.

IIII. Distantiam Significatoris à Medio cœli, diuide per tempora horaria diurna uel nocturna eiusdem, & prouenit distantia eius à Meridiano, in horarijs temporibus.

V. Hanc multiplica per horaria tempora promissoris diurna, si Apheta constiterit supra terram, uel nocturna, si infra terram.

VI. Hoc productum subtrahe, de distantia promissoris à Medio cœli, aut contra, & relinquitur directio quæsita, si Significator in angulo constitutus fuerit sin inter Horoscopum & Medium cœli Aphæta solus constiterit, uel Aphæta & Anæreta, inter Medium cœli & occasum, subtrahe hoc productum à distantia Anæretæ à Medio cœli, adde uerò ad eandem, cum Aphæta consistit inter Medium cœli & occasum, Anæreta uerò inter Horoscopum & Medium cœli. Ita enim productum uel relictum ostendet directionem quæsitam.

Cardanus distantiam Aphæræ à Medio cœli, multiplicat per tempora horaria promissoris diurna, & productum diuidit per horaria tempora Significatoris, & cum numero quoto agit, ut antea dictum est.

EXEMPLVM MEMORABILE DIRECTIONIS CONuersæ, secundùm Ptolemæum.

IN genesi PHILIPPI Regis Hispaniarum, sit Sol in 8. Gr. 54. ♊.
Ascensio Recta est 67. Gr. 6.
Ascensio Recta Medij cœli est 123. Gr. 55.
Distantia ueri loci ☉ Medio cœli est 56 temp. 45.
Tempus Semidiurnum ferè est loci ☉ 7. H. 23. sub Eleuatione Poli 41. Gradum, 42.
Hoc multiplicandum est per 2. Gr. 30. & productum est 18. temporum 27. tempora horaria loci ☉.
Hæc tempora multiplicanda sunt per 6. horas temporales, & proueniunt tempora æquinoctialia 110 42. quibus à culmine cœli Sol distat, quando occidit.
Abfuit autem ☉ iuxta primum situm, à M. C. uel distantia ☉ à Medio cœli fuit 56. temp. 45. quæ subtracta à distantia ☉ à M. C. quando occidit, ut 110. temp. 42. relinquit tempora 53. 57. quibus supra terrã repertus, in occasum fertur. Atque iisdem planè temporibus ferè descendet arcus inter locum ☉ & occasum interceptus in latitudine loci partium 41.
His ita consideratis, uideo in tabella Aspectuum eiusdem genituræ, qui aspectus boni uel mali cadant inter locum ☉ & Occidentem, & reperio eos esse □ Lunæ, ☍ ♂, * ☉ & * ♀.
Horum radiorum nullus suo occursu Aphætam petimit, iuxta Ptolemæi doctrinam lib. 3. explicatam Prædictionum. Sed quidam eorum Aphetæ robur adiiciunt, quidam uerò debilitant eundem. Sanè quantum addit * ♀, tantum adimere uidetur Lunæ □. Rursum quantum adimit ♂ ☍, tantum adiicere uidetur * ☉.
Ponamus autem exempli gratia Diametralem radiationem ♂ infra terram, in parte 28. 21 ♏ commorantis, Soli Aphetæ posse adimere aliquot annos, directione ad partem occiduam. Quare ut quantum adimat, constet, cape tempora horaria ♂ in 28. Gr. 21. hærentis nocturna, quæ sub Eleuatione poli 41. Grad. sunt partium 18. Minutorum 1. (non ob id, quod genitura nocturna sit nocturna tempora capimus) Sed quia Planeta, cuius sunt radij, i. ♂ infra terram uersatur, qui si supra terram commoraretur, horaria tempora diurna capiẽda fuissent, quamuis genitura nocturna fuisset.
His ita cognitis, quæro quot horis temporalibus nocturnis ♂ ab occasu distet, quod tali ratione inuenio. I. Quæro ascensionem Rectam ueri loci ♂, qui hæret in 28 Gr. 21. ♏. & hæc est 236. temp. 6. Eodem modo Imi cœli, quæ tali compendio inuenitur, si ad Asc. R. M C. addantur 180. Grad prodit Asc R. I. C. In hoc exemplo Ascensio recta Medij cœli est 123. Gr. 55 Ergo Imi cœli est 303. G. 55. Ab hac Recta Imi cœli, si Asc. Rectam ♂ subtraxeris, remanebit di-

st an-

ſtantia ♂ ab Imo cœli 67.Gr.49′. Hanc commuto in horas temporales reſpondentes loco & ſitui ♂ hoc modo per regulam proportionum:

18.tem.hor. i.uen loci ♂ dant 1. H. quot horas dabunt tempora, quibus ♂ ab Imo cœli 67.ſcilicet temp.49′.Proueniunt 3.Horæ 45′.

Quare corpus ♂ diſtat ab Imo cœli, horis temp. 3. Minutis 45. quæ ſi addantur ad horas ſex temporales, quibus ſemper diſtat Imum cœli ab occiduo cardine,(omnes enim Cardines ad inuicem collati, quadrante Circuli Aequinoctiales, ſeu horis ſex diſtāt.) Prodeunt igitur horæ temporales, quibus corpus ♂ in tali ſitu abeſt ab occidente uidelicet 9. H.45′. Hac uia ſemper uti potes, quando diſtantia Planetæ ab occiduo Cardine quærenda eſt, ſiue ſit ſupra, ſiue infra Horizontem.

Tandem ut ſciam, quot tempora & Minuta æquinoctialis addenda uel ſubtrahenda ſint à Directionis numero, ſiue à temporibus, quibus Sol Aphæta ſupra terram inuentus, in occaſum fertur uidel. 53.temp. 57′. tunc hoc modo procedo:

Pono numeros in regulam proportionum.

Horæ 12 id eſt, numerus horarum temporalium arcus nocturni, ſi Planeta qui radios proijcit inter occaſum & ☉ Aphætam, ut in hoc exemplo, uel diurni ſi ſit Planeta ſupra terram, qui radios proijcit in occaſum, (ſemper enim ortus ab occaſu diſtat 12. horis temporalibus) adimunt tempora horaria 18. i. quantum conferent horæ 9 45′.

Prodeunt igitur tempora 14. M. 38. auferēda iuxta Ptolemæi regulam, cùm dicat, ſi in ortu Planeta maleficus repertus fuerit, numerus qui prouenit, integer auferendus eſt ab annis per Directionem ſeu progreſſionem Aphetæ ad occidentem collatis, ut in hoc caſu: Contra uerò addendus, ſi ſit beneficus.

Si igitur auferantur 14. tempora 38′. quæ reſpondent loco ♂, proijcientis ☍ radium, interceptum inter occaſum ☉ & Solem, à temporalibus quibus ☉ diſtat ab occaſu uidelicet 53.Gr.57′ relinquuntur tempora directionis 39.19′.

Hæc eſt uera ſententia Ptolemæi de Directione Conuerſa, ut ex tertio Prædict. colligi poteſt in capite, de ſpacto uitæ dimetiendo.

XVIII. PROPOSITIO, EXPEDITISSIMA ET FACILlima Dirigendi ratio, ex tabella Directoria, quæ hoc modo confici debet.

CONficias ad tuam Eleuationem datæ Regionis tabellam Directoriā, quæ facilem proceſſum inueniendi tempus progreſſionis monſtrabit hoc modo: PRIMVM inquire differentias ſingulorum Circulorum poſitionū in Latitudine poli tuæ Regionis, quæ ex tabula poſitionum generali deſumantur. Iohannis de Regiomonte annexis tabulis Directionum.

SECVNDO, in tabella tibi primo loco præſcribe rectam Medij cœli Aſcenſionem in data genitura.

TERTIO. Huic adde primam differentiam, & emergit Aſcenſio obliqua reſpondens primo Circulo poſitionis conueniens.

QVARTO. Huic adde obliquæ Aſcenſioni, ſecundam differentiā, & prodit Aſcenſio obliqua, ſecundo Circulo ſeu Polo congruens.

QVINTO. Hunc ordinem ſeruabis in reliquis, addendo ſingulis Aſc. obliquis Differentias ordine ſubſequentes continua ſerie, donec Quadrantem cœli, id eſt, Aſcenſiones obliquas omnes inter M. C. & Horoſcopum compræhenſas compleueris, & abſolueris.

SEXTO. Eadem ratione & uia, conſtituendæ ſunt Aſcenſiones obliquæ inter Horoſcopum & Imum cœli interceptæ: Ita tamen ut ordinem differentiarum inuertas. Aſcenſioni enim obliquæ Horoſcopi, addis differentiam non primam, ſed ultimam: Aſcenſioni ſecundæ differentiam penultimam, Aſcenſioni

tertiæ antepenulumam, & sic deinceps, donec totam Medietatem Ascēdentem compleueris.

SEPTIMO. His ritè peractis, singulis Ascensionibus ad leuam adscribendi sunt numeri Polorum seu Circulorum.

OCTAVO. Cùm singulis Ascensionibus tabulas Directionum ingredere, & gradus Zodiaci ex his saltem prope uerum excerptos, Ascensionibus suis ad dextram assignes. Ita integra tabula Directoria absoluetur.

NONO. Vsus Canonis hic est: Quemcunq; gradum Zodiaci dirigere uolueris, quæras eum ad dexterā in exteriore columna, & statim uersus Sinistram offerent sese bini numeri, Ascensio obliqua, & numerus Polaris, qui ostendit ex qua tabella Ascensionum in tabulis Directionum sub congruente Circulo positionis Significatoris uel Promissoris Ascensiones depromendæ sint in directionibus.

VLTIMO. Cùm locus aliquis dirigendus est in medietate Descendente, sumenda sunt loca opposita, cùm Significatoris tum Promissoris. Sed hæc omnia usus docebit.

Quomodo uerò ex globo Cœlesti instituendę sint quinto loco Directiones, id ostendimus in tertio Tractatu nostro de Tempore. Ad hunc remittimus Mathematum studiosos.

EXEMPLI GRATIA.

Conficiendus est hic Canon Directorius ad genesin Illustrissimi Principis Electoris Saxoniæ, &c. Domini mei clementissimi. Ingredior cum Eleuatione Poli 51. graduum, generalem tabellam Regiomontani quæ est Circulorum positionum, & inuenio Differentias hoc ordine & modo:

Differentiæ Circulorum Positionum sub Polo boreali 51. Gr.											
Eleuatio	Gr.	'.	Eleu.	Gr.	'.	Eleu.	Gr.	'.	Eleu.	Gr.	'.
1	0	49	14	0	53	27	1	6	40	1	49
2	0	48	15	0	53	28	1	3	41	1	57
3	0	49	16	0	54	29	1	10	42	2	4
4	0	49	17	0	54	30	1	12	43	2	13
5	0	49	18	0	55	31	1	15	44	2	25
6	0	49	19	0	56	32	1	17	45	2	37
7	0	49	20	0	57	33	1	20	46	2	55
8	0	50	21	0	59	34	1	22	47	3	17
9	0	50	22	0	59	35	1	27	48	3	48
10	0	51	23	1	0	36	1	29	49	4	37
11	0	50	24	1	2	37	1	34	50	6	8
12	0	52	25	1	3	38	1	39	51	15	11
13	0	51	26	1	5	39	1	44	0	0	0

CANON

CANON DIRECTORIVS ILLVSTRISSIMAE HVIVS GENITVRAE AVGVSTI ELECTORIS, &c.

Polus. G.	Ascensio obliqua. G. M.	Grad. Zodiac. G.	Polus. G	Ascensio obliqua. G. M.	Grad. Zod. G	Polus. G.	Ascensio obliqua. Gr. M.	Grad. Zod. G.	Polus Curs. G	Ascensio obliqua. G. M.	Grad. Zod. G.
0	45 11	17 40 ♉	26	68 27	22 ♊	51	135 11	28 17 ♌	25	203 0	21 ♎
	0 49			1 6			15 11			1 3	
1	46 0	19 ♉	27	69 33	23 ♊	50	150 22	9 ♍	24	204 3	22 ♎
	0 48			1 8			6 8			1 2	
2	46 48	20 ♉	28	70 41	24 ♊	49	156 30	13 ♍	23	205 5	23 ♎
	0 49			1 10			4 37			1 0	
3	47 37	21 ♉	29	71 51	26 ♊	48	161 7	16 ♍	29	206 5	24 ♎
	0 49			1 12			3 48			0 59	
4	48 26	22 ♉	30	73 3	28 ♊	47	164 55	19 ♍	21	207 4	25 ♎
	0 49			1 15			3 17			0 59	
5	49 15	23 ♉	31	74 18	29 ♊	46	168 12	21 ♍	20	208 3	26 ♎
	0 49			1 17			2 55			0 57	
6	50 4	24 ♉	32	75 35	1 ♋	45	171 7	23 ♍	19	209 0	27 ♎
	0 49			1 20			2 37			0 56	
7	50 53	26 ♉	33	76 55	3 ♋	44	173 44	25 ♍	18	209 56	28 ♎
	0 50			1 22			2 25			0 55	
8	51 43	27 ♉	34	78 17	5 ♋	43	176 9	27 ♍	17	210 51	29 ♎
	0 50			1 27			2 13			0 54	
9	52 33	28 ♉	35	79 44	7 ♋	41	178 22	29 ♍	16	211 45	0 ♏
	0 51			1 29			2 4			0 54	
10	53 24	29 ♉	36	81 13	8 ♋	41	180 26	0 ♎	15	212 39	1 ♏
	0 50			1 34			1 57			0 53	
11	54 14	0 ♊	37	82 47	10 ♋	40	182 23	2 ♎	14	213 32	2 ♏
	0 52			1 39			1 49			0 53	
12	52 6	2 ♊	38	84 26	13 ♋	39	184 12	3 ♎	13	214 25	4 ♏
	0 51			1 44			1 44			0 51	
13	55 57	3 ♊	39	86 10	15 ♋	38	185 56	5 ♎	12	215 16	5 ♏
	0 53			1 49			1 39			0 52	
14	56 50	4 ♊	40	87 59	17 ♋	37	187 35	6 ♎	11	216 8	6 ♏
	0 53			1 57			1 34			0 50	
15	57 43	6 ♊	41	89 56	19 ♋	36	189 9	7 ♎	10	216 58	7 ♏
	0 54			2 4			1 29			0 51	
16	58 37	7 ♊	42	92 0	21 ♋	35	190 38	9 ♎	9	217 49	8 ♏
	0 54			2 13			1 27			0 50	
17	59 31	8 ♊	43	94 13	24 ♋	34	192 5	10 ♎	8	218 39	9 ♏
	0 55			2 25			1 22			0 50	
18	60 26	9 ♊	44	96 38	26 ♋	33	193 27	11 ♎	7	219 29	10 ♏
	0 56			2 37			1 20			0 49	
19	61 22	11 ♊	45	99 15	29 ♋	32	194 47	13 ♎	6	220 18	11 ♏
	0 57			2 55			1 17			0 49	
20	62 19	12 ♊	46	102 10	2 ♌	31	196 4	14 ♎	5	221 7	12 ♏
	0 59			3 17			1 15			0 49	
21	63 18	14 ♊	47	105 27	5 ♌	30	197 19	15 ♎	4	221 56	13 ♏
	0 59			3 44			1 12			0 49	
22	64 17	15 ♊	48	109 [illegible]	8 ♌	29	198 31	16 ♎	3	222 45	14 ♏
	1 0			4 37			1 10			0 49	
23	65 17	17 ♊	49	113 52	12 ♌	28	199 41	17 ♎	2	223 24	15 ♏
	1 2			6 8			1 8			0 48	
24	66 19	19 ♊	50	120 0	17 ♌	27	200 49	18 ♎	1	224 22	16 ♏
	1 3			15 11			1 6			40	
25	67 22	20 ♊	51	135 11	18 17 ♌	26	201 55	20 ♎	0	225 11	17 ♏
	1 5						1 5				

In Quadr. C[illegible] 4 10. ad Horos[illegible]

XIX. PROPOSITIO. DE ANNVIS PROFECTIONIBVS.

DOctrina PROFECTIONVM persimilis est directionibus. Sed longè expeditior & facilior. Conuenit autem PROFECTIO omnibus Planetis & locis, quæ aliàs dirigi solent. Quare ex illis non modo annum euētus, per Directiones significatum, sed etiam menses & dies definiunt.

Est autem annua significatorum in genituris hominum profectio, in qua generaliter unicuiq; anno Solari spacium unius signi, id est, triginta partes deputantur. Hæc perficitur maxima ex parte, ex sequenti tabella omnibus natiuitatibus inseruiente. Nam ex ea inquirere licet, ad quæ signa & ad quas domos radicis annuæ profectiones significatorum, id est, Planetarum & locorum, quæ dirigi solent, pertingant: Idq; fit hoc modo.

Primùm quære annum ætatis propositum uel currentem in columnis annorum: Signum uerò loci natiuitatis propositæ uel Planetæ significatoris in capite tabellæ, & angulus communis seu concursus duarum columnarum ostendet signum Zodiaci, ad quod profectio loci propositi referenda est.

Hæc profectio in eam domum incidit, in qua signum inuentum constituitur in radice Natiuitatis. Ac singulis annis in profectionibus significatorum, æqualem numerum graduum tribuunt Astrologi.

EXEMPLI CAVSA.

Quæritur profectio annua quinq; locorum hylegialium in genitura Principis Ioh. Friderici Electoris & Ducis Saxoniæ, anno ætatis currēte 51. quo Princeps in Domino placidè obdormiuit. Horoscopi profectio fuit ad 24. Gr. ♒, & ad □ ♂, ac secundam domum radicis, & potuit eo anno pertingere ad tertiam radicis domum Et sic de reliquis.

XX. PROPOSITIO. QVOMODO SPECIALES *tabellæ Profectionum pro singulis genituris conficiantur.*

NOnnulli Astrologi, ut Sconerus docet lib. 3. de Natiuitatibus pro singulis genituris peculiares tabellas annuarum profectionum conficiunt, ut accuratius particularia tempora euentuum definire possint. Modus conficiendi hunc canonem talis est.

In prima serie descendendo ponantur ordine anni ætatis nati currentes à primo ad duodecimum. In secunda è 13. anno ad 24. In tertia à 25. ad 36, & sic deinceps usq; ad ultimos annos ætatis nati. Deinde in uertice illorum annorum ætatis, scribe annos Christi, sic uidelicet, ut in capite primi ordinis notetur supra primum annum ætatis, genituræ annus Christi currens. His adde 12. annos, & collectos scribe supra 13. annum ætatis, & sic pergendum est continua additione 12. annorum, donec ad ultimum ordinē annorum ætatis peruenies. Tertiò, è regione primi anni ætatis nati uersus dextram ponatur signum & gradus horoscopi. In secundo ordine locus Solis. In tertio Lunæ, in quarto medij cœli, in quinto & ultimò ⊕.

Idem faciendum est cum omnibus Planetis & domicilijs, cùm significatores constituuntur, & annuas profectiones siderum & cuspidum explorare libet.

Postremò hæc uerticalia signa significatorum præcipuorum, in Radice genituræ, deducantur secundùm naturalem seriem ad calcem tabellæ, tribuendo singulis signis singulos annos sicut ex sequente tabella genituræ nostræ unico intuitu facilè colligent studiosi, ex qua singulis annis, ad quod signum annua profectio pertingat, depræhendere licet.

OBSERVATIO NOTABILIS.

NOtandum est hoc loco, quod Dominus signi, ad quod horoscopus pertingit in certo annorum numero, uocetur anni Dominus seu Χρονοκράτωρ annuus. Vt in genitura Principis nostri hoc anno tertio ætatis Principis currente pro-

te profectio horoscopi pertingit ad 21. Gr. 13'. ♐. Iupiter ergo qui dominus est signi, annuus est gubernator.

Interdum autem triginta partes annuæ profectionis diuersis signorum terminis includuntur. Quare in tali casu plærumq; diuersis Planetis per partes temporis annuum distribuendum est Dominium, ut hoc anno tertio præfixo inchoatur annua profectio à 21. Gr. 13'. ♐, & terminatur in 21. Gr. 13'. ♑. Iupiter igitur à principio momenti genituræ est Dominus signi profectionalis Horoscopi à 14. Octobris ad 29. diem Ianuarij, hinc ad finem anni Saturno partes gubernationis committuntur. Ita huius tertij anni duo erunt gubernatores ♃ & ♄. Hæc duratio dominij numeris hoc modo exploranda erit: Singulis annis, id est, diebus 365 horis 5. 49'. (hæc enim est quantitas annua iuxta Alfonsinos) absoluuntur annua profectione 30. partes, quid congruit singulis diebus. Productum est 4. 56''. id est, 5. ferè.

Rursus sic dicendum est per regulam proportionum: Quinq; scrupula dant unum diem in profectione, quid 8. G. 47. à 21. G. 13'. ♐, ad principiū ♑, inuenio:

Vt autem studiosi expedito calculo tempus illud inueniant, quo mutatis signis annuæ profectionis dominium mutatur, utantur sequenti canone. Quærantur reliqui gradus significatoris ad finem signi illius, seu initium sequentis, deinde ingredere hanc tabellam, & è regione offeret se tempus profectionis in diebus & horis, quibus elapsis significator ad aliud signum uel aspectum pertinget. Hæc tabella tali fundamento nititur. Triginta gradus peragrat significator 365. D. 5. H. 49'. Ergo unum gradum diebus 12. horis 14. 12'. conficit. Hic deinde numerus per 30. gradus proportionabiliter auctus, hanc tabulā constituit.

TABELLA PROFECTIONVM ANNVARVM IN DIEBVS.

Gradus	Dies.	Horæ.	Scrup.	Grad.	Dies.	Horæ.	Scrup.
1	12	4	12	16	194	19	8
2	24	8	23	17	206	23	17
3	36	12	35	18	219	3	29
4	48	16	46	19	231	7	40
5	60	20	58	20	243	11	2
6	73	1	10	21	255	16	4
7	85	5	21	22	267	20	15
8	97	9	33	23	280	0	27
9	109	13	45	24	292	4	38
10	121	17	56	25	304	8	50
11	133	22	8	26	316	13	2
12	146	2	19	27	328	17	13
13	148	6	31	28	340	21	25
14	170	10	42	29	353	1	37
15	182	14	54	30	365	5	49

EXEMPLI GRATIA.

Anno tertio ætatis Luna uia profectionis ex 27. G. 5'. ♓ radicis genituræ pertingit ad 27. 5'. Arietis. Quæritur hoc loco de Dominis. Aquarius est domiciliū Saturni, Aries uerò Martis. Gradus intercepti inter 27. Gr. & principium signi sunt 2. Gr. 55'. scrupulorum. Ergo cum 3. gradib. ferè congruant ex canone 36. Dies, 12. Horæ 35'. hoc spacium temporis in gubernatione Ioui est tribuēdum. Reliquum anni tempus Mars usq; ad finem gubernat.

CAV-

CAVTELA.

Schonerus pro singulis genituris tabellam profectionū, ad singulos dies totius anni conficiendā esse docet lib. 3. & procedit hoc modo: Primum scribe dies 31. ad læuā tabellæ. Deinde in uertice canonis 12. menses inchoando à Ianuario. Hinc impone numeros graduum & minutorum ad aream tabellæ, incipiendo numerum graduum & minutorum scilicet o. Gr. o. à die natiuitatis. Deinde ad sequentē diē scribe o. Gr. 5. ad tertiū o. Gr. 10. iuxta seriē sequentis tabellæ.

Vsus hic est Canonis.

Inuento aliquo arcu Signiferi, cuius diem mensis scire cupis, quære datum illum arcum in area tabellæ, in angulo collaterali inuenies diem, & in fronte mensem congruentem, de quo fuit quæstio.

Cum arcus propositus præcisè inueniri non potest, sume uiciniorem ut tempus annuæ profectionis dicatur.

TABVLA PRO DIEBVS, QVIBVS PROFE-
ctio annua ad certum locum figuræ cœli pertinget.

Dies.	Ianuar.		Februar.		Mart.		April.		Maius.		Iunius.	
	G.	M.	G.	M.	G.	M.	G.	M.	G.	M.	G.	M.
1	23	25	25	57	28	15	0	50	3	17	5	50
2	23	30	26	2	28	20	0	55	3	22	5	55
3	23	35	26	7	28	25	0	59	3	27	6	0
4	23	39	26	12	28	30	1	4	3	32	6	5
5	23	44	26	17	28	35	1	9	3	37	6	10
6	23	49	26	22	28	40	1	14	3	42	6	15
7	23	54	26	27	28	45	1	19	3	47	6	20
8	23	59	26	32	28	50	1	24	3	52	6	25
9	24	4	26	37	28	55	1	29	3	57	6	30
10	24	9	26	42	29	0	1	34	4	2	6	35
11	24	14	26	47	29	5	1	39	4	7	6	40
12	24	19	26	52	29	10	1	44	4	12	6	45
13	24	24	26	57	29	15	1	49	4	17	6	50
14	24	29	27	2	29	20	1	35	4	21	6	54
15	24	34	27	7	29	25	1	58	4	26	6	59
16	24	39	27	12	29	30	2	3	4	31	7	4
17	24	44	27	17	29	35	2	8	4	36	7	9
18	24	49	27	22	29	40	2	13	4	41	7	14
19	24	54	27	27	29	45	2	18	4	46	7	19
20	24	58	27	32	29	50	2	23	4	51	7	24
21	25	3	27	37	29	55	2	28	4	56	7	29
22	25	8	27	41	0	0	2	33	5	0	7	34
23	25	13	27	46	0	5	2	38	5	5	7	39
24	25	18	27	51	0	10	2	42	5	10	7	43
25	25	23	27	56	0	15	2	47	5	15	7	48
26	25	28	28	0	0	20	2	52	5	20	7	53
27	25	33	28	5	0	25	2	57	5	25	7	58
28	25	38	28	16	0	30	3	2	5	30	8	3
29	25	43			0	35	3	7	5	35	8	8
30	25	48			0	40	3	12	5	40	8	13
31	25	53			0	45			5	45		

TABV-

TABVLA PRO DIEBVS, QVIBVS PROFE-
ctio annua ad certum locum figuræ cœli pertinget.

Dies.	Iulius.		Auguſt.		Septen.		Octobr		Nouem.		Decem.	
	G.	M.	G.	M.	G.	M.	G.	M.	G.	M.	G.	M.
1	8	18	10	51	13	24	15	52	18	25	20	52
2	8	23	10	56	13	29	15	57	18	30	20	57
3	8	28	11	1	13	33	16	2	18	34	21	2
4	8	33	11	6	13	38	16	6	18	39	21	7
5	8	38	11	11	13	43	16	11	18	44	21	12
6	8	43	11	16	13	48	16	16	18	49	21	17
7	8	48	11	21	13	53	16	21	18	54	21	22
8	8	53	11	26	13	58	16	26	18	58	21	27
9	8	58	11	31	14	3	16	31	19	3	21	32
10	9	3	11	36	14	8	16	36	19	8	21	37
11	9	8	11	41	14	13	16	41	19	13	21	42
12	9	13	11	46	14	18	16	46	19	18	21	47
13	9	18	11	51	14	23	16	51	19	23	21	52
14	9	23	11	55	14	28	16	55	19	28	21	56
15	9	27	12	0	14	33	17	0	19	33	22	1
16	9	32	12	5	14	38	17	5	19	38	22	6
17	9	37	12	10	14	43	17	10	19	43	22	11
18	9	42	12	15	14	48	17	15	19	48	22	16
19	9	47	12	20	14	53	17	20	19	53	22	21
20	9	52	12	25	14	57	17	25	19	57	22	26
21	9	57	12	30	15	2	17	30	20	2	22	31
22	10	1	12	35	15	7	17	35	20	7	22	36
23	10	6	12	40	15	12	17	40	20	12	22	41
24	10	11	12	44	15	17	17	45	20	17	22	46
25	10	16	12	49	15	22	17	50	20	22	22	50
26	10	21	12	54	15	27	17	55	20	27	22	55
27	10	26	12	59	15	32	18	0	20	32	23	0
28	10	31	13	4	15	37	18	0	20	37	23	5
29	10	36	13	9	15	42	18	10	20	42	23	10
30	10	41	13	14	15	47	18	15	20	47	23	15
31	10	46	13	19			18	20			23	20

Hæc ſint dicta de profectione Horoſcopi & aliorum ſignificatorum annua quidē inuenienda. Ac ex applicatione huius progreſſionis, ad beneficos & malos radios Planetarum, bona uel mala accidentia, pro natura ſignificatorum & promiſſorum illo anno obuentura nato, colligenda ſunt.

XXI. PRO-

XXI. PROPOSITIO. AD QVOS PLANETAS ET *aspectus Planetarum pertingat annua profectio.*

CVm cõstat ex superioribus, ad quam domum & signum radicis profectio loci alicuius hylegialis pertingat, ingredere tabellam aspectuum siue speculum Astronomicum tuæ genituræ, & inuenies aspectus singulorum Planetarum & quales ad illud signum profectionis uel domum illam in radice projciantur. Eodem enim modo significator ad singulos promissores applicat in profectionibus, quo in directionibus.

Ex his aspectibus certi postea dies alicuius mensis indagandi sunt quib. profectio significatoris ad aliquem promissorem peruenit, hoc modo: Subtrahatur locus significatoris, cuius profectio instituta est à loco promissoris, (accommodatis 30. gradibus seu integro signo, si opus fuerit) & remanet distantia significatoris, seu differentia inter significatorem & promissorem. Hæc differentia multiplicetur per 12. dies & 1[illegible]. minuta diei. Nam in tanto spacio temporis significator in annua profectione unum gradum conficit. Summa dierum collecta, si à natali numeretur, ostendit diem & mensem, quo profectio significatoris ad radium alicuius promissoris pertingit.

EXEMPLI GRATIA.

In nostra genitura pertingit profectio Lunæ ad 27. Gr. 5'. ♈, quæ durat usq; ad 27 Grad. 5'. Tauri. Ingredior canonem aspectuum & inuenio Lunam hoc anno tertio currente applicare:

	I. Ad ☌ ♂ in	28	16'	♈	Dies congruentes sunt	25	Octobris.
	II. Ad ♀ terminũ, in	0	0'	♉		19	Nouembris.
	III. Ad ☌ ☉ in	1	37'	♉		8	Decembris.
	IIII. Ad △ ♃ in	3	52'	♉		4	Ianuarij.
	V. Ad ☿ terminũ in	8.	0	♉		24	Februarij.
	VI. Ad octauã in	13	50'	♉			
	VII. Ad ♃ ter. in	14	0	♉		8	Maij.
	VIII. Ad □ ♄ in	16	12	♉		4	Iunij.
	IX. Ad caput Medusæ, in	20		♉			
Ad ☌ ☿ 21. gr. 44'. ♉	X. Ad ♄ term. in	22	0	♉		13	Augusti.
	XI. Ad ♂ term. in	27	0	♉		12	Octobris.
	XII. Ad □ ☽æ, in	27	5	♉			

Quæro quo die mensis pertingat Luna ad ☿ terminum in 8. Gr. 0'. ♉. Differentia indagetur inter 27. Gr. 5'. ♈, & 8. Gr. 0'. ♉ per subtractionem, significatoris & promissoris scilicet. Hæc est 10. Gr. 55'. Hanc differentiam multiplices per 12. dies & 10. scrupula & inuenies 132. dies 49'. 10''. Id est, ex nostræ genituræ canone 24. diem Februarij.

	☿ terminus	8. Grad.	0' ♉.
	Lunæ profectio	27	5 ♈.
	Differentia	10	55
sex.	Dies.	12	10.
2	12.	49'.	10''.
60			
120			
122			
132			

Idem

Idem inuenies ex tabella annuarum progressionum in diebus: Cognita enim differentia, quæ est inter significatorem & promissorem, ingredere cum integris partibus illius tabulam profectionum annuarum in diebus, & è regione offeret se tempus profectionis quæsitæ in diebus, horis & scrupulis, cui si pro quibuslibet scrupulis primis quinque adhærentibus integris gradibus differentiæ adijcias unum diem (Nam in uno die significator absoluit fere quinque minuta) uerum tempus profectionis conflabitur, ut: Differentia iam inuenta propter ☿ terminum est 10. Gr. 55'. Ingredior canonem illum in diebus, & respondent decem gradibus, dies 121. H. 17. 56. Pro adhærentibus 55'. sic procedo: Diuido 55'. per 5'. & inuenio 11. dies præcisè, qui coniuncti cum superioribus 121. constituunt tempus quo Luna ad ☿ terminum pertinget 132. dierũ, 17. horarum 56.

Cognito tempore annuæ profectionis significatoris ad promissorẽ, ut compendiosè quoq; mensem & diem in quam incidit proposita illa profectio inuenire queas, adde ad dies profectionis significatoris ad promissorem, dies qui à principio anni numerãtur usq; ad diem natiuitatis, ad quem fit reuolutio. Summa dierum collecta facilè ostendet, ad quem diem mensis profectionis inuenta applicatio referenda sit, ubi tamen & hæc cautela obseruanda est.

Si ex additione plures dies quam annus Solaris continet, prouenerint, tunc si annus currens fuerit communis dies 365. siue bisextus 366. abijciantur, & id quod remanet ad annum Christi sequentem referatur.

EXEMPLI CAVSA.

QVero in quem diem mensis incidat profectio annua ad ☿ terminum. Per præcedentem praxim inuenimus dies 132 numerandos à momento genituræ, cuius tempus incidit in 14 diem Octobris, anni bisextilis Sunt autem à principio anni ad tempus natiuitatis elapsi dies 288. His addo 132. dies profectionis annuæ, & proueníunt 420 dies. Abijcio dies 365. cum annus tertius profectionis sit communis, & numerus ex aggregato dies integri anni superet. Residuum est 55. dierum, qui à principio anni cũ numerantur, deducunt nos ad 24. diem Februarij, de quo fuit quæstio.

Sed hæc omnia facilius deprætendet studiosus, confecta tabella annuæ profectionis, quæ tuæ genituræ seruiat.

XXII. PROPOSITIO. DE TRANSITV PLANETARVM *per loca significatorum in Radice.*

AD specialium temporum inuentionem cum fructu utiliter adhiberi possunt transitus Planetarum, præsertim cùm uis illius progressionis sit euidentissima. Obseruentur autem tres præcipui transitus in genituris, quibus maxima autoritas tribuenda est. I. Transitus singulorum Planetarum per gradum Horoscopi.

II. Secundo Solis per loca singulorum Planetarum, atque etiam Medij cœli, Partis fortunæ & Horoscopi.

III. Domini horoscopi per eadem loca. Hi transitus uim & effectum habear euidentem.

Dicuntur autem Planetæ transire loca, non tantùm cum corpore in illis præsentes sunt, sed etiam cum aspectibus suis siue beneficis siue hostilibus loca illa attingunt.

De supputatione uerò transitus illius, non est opus nouam tradere regulam, cum ex Ephemeridibus facili uia colligantur, ut exempla monstrabunt, quæ sequuntur.

XXIII. PROPOSITIO, DE CHRONOcratoribus generalibus.

AD particularia tempora definienda futurorum euentuum, catholici quoque chronocratores siue gubernatores uel arbitri tēporum generales assumuntur. Sunt autem ex sententia Ptolæmei, generales illi temporum arbitri, ut plurimum duo Planetæ, quorum unus principalis est qui uel corpore, uel radio proximè Aphetæ seu significatori occurrit & cuius dominium tam diu durat, donec significator ad alium promissorem perringat, alter uerò fit minus principalis & particeps dominij, qui termini sit Dominus, constitutus in eodem significatoris circulo positionis, de quo uide Ptolemæum lib. 4. Quadrip. cap. ultimo.

Hæc enim eius sunt uerba de constituendis Chronocratoribus: Primùm quidem danda sunt tempora cuiuslibet prorogationis illi Planetæ, qui tenet gradum loci aphetici, aut alter illum aspiciens. Si autem deest, demus ei Planetæ, qui proximè antecessit, donec peruenimus ad alium, qui applicatur ad sequentem gradum, iuxta ordinem signorum. Deinde huic tribuemus tempora usque ad sequentem, & in cæteris similiter, & simul adsumantur Planetę, ut sint dispositores, qui sunt in suis finibus, &c. Hæc regula exemplo declaranda est.

In nostri Principis genitura Horoscopum obtinet 21. Gr. 13. ♎. Huic proximè succedit in tabella aspectuum △ Lunæ in 27. Gr. 5. ♎. Ergo Luna primum arbitrium temporis suscipit, participante Venere, quæ termini domina est. Statim succedit Mars corpore suo in 28. Gr. 16. ♎. ita ut imperium Luna committat Marti & ille ipse dominium ratione termiiorū retineat. Mox à Marte transfertur in Solem ad 1. Gr. 37. ♏ sub Martis termino, Sol igitur hic generalem gubernationem suscipit Marte participante. Ita deinceps ordine generales temporum arbitri constituendi sunt usque ad finem uitę nati. Ac quæ hic de Horoscopo dicuntur, simili ratione ad reliquos significatores referant studiosi. Hæc enim ut Ptolemæus monet, in singulis gubernatoribus obseruanda sunt modo præscripto.

XXIIII. PROPOSITIO. QVOMODO EX DIREctionibus effectus colligendi sint.

IN iudicio de effectibus directionum uidendum est accuratè, primum utrum directio bona sit seu fausta, uel mala seu minax, de qua est quæstio. Hæc qualitas colligenda est ex aspectibus amicis uel hostilibus, qui significatori occurrunt. Bona igitur seu felix directio confert fortunam & felicitatem ijs in rebus, quas significator directionis quæsitæ per se significat: Et in ijs, quas significat per accidens, id est, ratione domus, in qua constitutus est, & cui uel quibus imperat in radice.

CAVSA felicitatis ostenditur à promissore eodem modo ut iam dictum est de significatore per se, & per accidens. Deinde à domo cœlesti, in qua fit occursus directionis, id est, in quam incidit gradus promissoris.

Mala seu infausta directio, aduersam fortunam portendit in ijs rebus quas significator per se & per accidens significat, ut suprà.

Causa infelicitatis oritur ex rebus, quas promissor directionis per se & per accidens significat, & ratione loci, in quem occursus directionis incidit.

Constituuntur autem significatores seu loca, quæ progrediuntur, à Ptolemæo tantum quinque Aphætica, locus Solis, Lunæ, Horoscopi, Medij cœli & Partis fortunæ. Horum instituenda est erudita & accurata directio, ut uulgò loquuntur per tabulas primi mobilis. Cùm enim gradus hylegiorum peruenerint ad corpo-

ad corpora uel radios bonorum, eo anno bonum accidet nato, de natura illius significatoris & promissoris, ut exempli gratia. Dirigatur Sol ad corpus uel radios Iouis. Eo igitur anno honorem habebit natus, quo significator locum promissoris attingit. Magnitudo uerò & excellentia sumenda est huius dignitatis ex significatore & promissore. Vnde si Sol fuerit potens in directione per radicem, & Iupiter promissor bene constitutus & fortis, ambo sint in angulis & dignitatibus suis, eo anno prælaturam aut iudicij maximam excellentiam iudicabis & administrationem alicuius magnæ rei, & cum Principe aliquo amicitiam. Cùm uerò gradus Hylegiorum peruenerint ad corpora uel radios malorum, eodem anno accidens sentiet pernitiosum secundùm naturam, tam ipsius significatoris quam promissoris. Magnitudo uerò accidentis capitur secundùm fortitudinem seu debilitatem promissoris tantùm. Cùm enim significator est fortis, & promissor debilis, tunc parum nocet mala illa directio. Si uerò significator debilis, & fortis sit promissor malus, tunc magnitudo æstimanda est ex eo genere, qui ab ipso significatore demonstratur.

Recentiores Astrologi, propter uarietatem particularium euentuum reliquis quinque locis hylegialibus Planetas addunt nonnunquam etiam cuspides angulorum, & ex horum omnium significatorum processu colligunt, quæ in uniuersa uita nato euentura sint.

Quæ uerò singulorum Planetarum, significatorum & promissorum sint significationes essentiales & accidentales, necnõ singulorum domiciliorum cœli, antea expositum est. Ac significatores semper assumunt, accidentalia significata à natura domorum, in quibus constituuntur, & quibus impetant.

XXV. PROPOSITIO. DE QVALITATE *effectus Directionis.*

MAgnitudo & uehementia effectuum in directionibus sumitur ab utriusque & significatoris, & promissoris fortitudine aut debilitate in radice Natiuitatis, ut si directio esset Solis ad sextilem Lunæ, utroque Luminari in radice potenti & in dignitatibus essentialibus constituto, ingens & manifesta felicitas nati eo tempore futura esset, in significationibus Solis proprijs & accidentalibus.

Causæ huius felicitatis simili modo futuræ essent graues & insignes, quas Luna per se & per accidens promitteret.

Eodem modo de reliquis significatoribus & promissoribus est iudicandum.

Quando uerò alter eorum est potens, alter debilis, effectus erit mediocris, & uidendum utrum significator uel promissor sit fortior. Si potentior fuerit significator, effectus fortunæ erit sine grauibus causis: Si promissor, felicitas apparebit quidem, sed non pro magnitudine causæ, à qua fortuna nato orietur.

Quando uterque debilis est in radice, leuis erit effectus & leues causæ fortunæ. Et quò debiliores fuerint significator & promissor, eò remissiores erunt euentus & causæ fortunæ. Quod si prorsus fuerint debiles, fieri potest, ut decreta directionum prorsus euanescant, & umbra tantum & species fortunæ sese ostendat nullique effectus nati sint.

Obseruandum est & illud: Si malefici promissores in directionibus portendant infortunium & aduersos casus, leuiora futura sunt mala, cùm in radice sint fortes, & in domibus suis constituti. Nam eas non euertunt & minus, quàm aliâs solent, cum malè affecti sunt, nocent.

Fit etiam sæpe, ut in eundem annum ætatis nati incidant & bonæ, & malæ directiones, diuersorum tamen Significatorum. Id nullam in iudicijs ambiguitatem parit. Vtræque enim suas uires eodem anno exercere possunt, sine mutuo impedimen-

pedimento, nisi sit earum quædam conuenientia, ut Lunæ & Horoscopi quorum utercq; ualetudinem significat.

Hoc modo eodem anno habens directionem Horoscopi ad promissorē malignum, Medij cœli uerò ad benignum, eodem anno grauiter decumbere potest, & tamen ad magnos honores peruenire.

Sic fieri uidemus, ut aliqui in suis nuptijs repentè moriantur. Sic Huniades in ipso carcere ad regiam dignitatem euectus est.

Potest & illud accidere, ut eiusdem significatoris, diuersæ directiones, bona & mala in eundem annum incidant: Idq; etiam nihil ambiguitatis parit. Nam diuersis temporibus eiusdem anni suos effectus præstare possunt, perinde ut in præcedenti casu. Hoc modo fieri potest, ut quidam in prima parte anni diuitijs augeatur, in posteriore insignia detrimenta capiat, uel contra.

XXVI. PROPOSITIO. DE QVANTITATE
durationis effectus ex Directione.

IMpressiones siue bonæ siue malæ, factæ per directiones durant, usquequo significator ad alium locum promissoris pertingit. Ac accidentia illa maximè apparent eo anno, quo directio definitur, & ubi concurrunt testimonia annuæ profectionis, transitus & reuolutionis, ut significationi directionis congruant, illo tempore definito magis accidentia Directionis uigent.

Notandum est & illud hoc loco, quod directiones, quæ ad Martem referuntur, citiùs terminentur & quidem eodem anno quo significator, Martem promissorem contingit. Saturni uerò longè sunt diuturniores. Infortunium igitur à Saturno datum, multis annis durat, sicut sæpe accidit, aliquem pati magnas calamitates, non solùm eo anno, quo directio Saturnum attingit, sed etiam per annos 10. 12. aut plures, & in has sæpe quasdam incidere uices experientia docet, ut nunc uno anno in carcerem conijciatur, modò in substantia damnum patiatur, modò in filijs aduersitates sentiat, & sic de uno infortunio in aliud incidat, donec directio mutetur. Sæpe etiam accidentia Martis multis annis durant, & non facilè ipsius impressiones terminantur. Vt nonnunquam contingere uides aliquem pluribus annis exerceri multis controuersijs & rixis.

Quod autem de multis impressionibus dicitur, simili modo referendum ad bonas directiones. Sæpe enim uario genere felicitatum natum prosperari certum est, & pluribus annis uix eam terminari uidemus.

XXVII. PROPOSITIO. DE VSV ET EFFE-
ctibus annuarum PROFECTIONVM.

PRofectionibus annuis utimur ad præcognoscenda tempora particularia, id est, menses & dies illius anni, in quem directio fausta uel infausta incidit. Cùm enim quæritur de tempore effectus directionis, adhibēdæ sunt profectiones hoc modo:

Considera primum omnium, qualis sit directio bonáne uel mala, & quorum Planetarum, id est, quis sit significator, quis promissor. Profectiones enim sine directionibus consideratæ, parum possunt, sicut & Directiones minus sunt potentes & ualidæ, nisi à processu & transitu siderum extimulentur.

II. Deinde considera profectiones significatorum & promissorum, ac præcipuè eorum Planetarum, quorum facta est directio ad corpora beneficorū uel maleficorum & eorum radios beneficos uel maleficos in dato numero annorum, & uide illo anno quales sint processus, & quomodo congruant cum directionibus, ac quales sint aspectus boni aut infausti pro natura stellarum.

TERTIO: Quod si fausta est directio, ac profectiones simul cùm significatoris tum promissoris, præcipuè eorum qui diriguntur, pertingunt ad corpora fortunatorum Planetarum, aut benignos eorum radios uel domos in radice ad quas benigni radij projciuntur, effectus illius directionis bonæ potissimum se eo anno exeret.

QVARTO. Eodem modo si mala fuerit directio, & profectiones annuæ significatorum & promissorum, præcipuè uerò, quorum facta est directio, ad loca perniciosa, id est, corpora & radios maleficorum peruenerint in radice, effectus etiam illius malæ directionis in eum annum incidet.

QVINTO. Quod si annuæ profectiones non congruunt cum directione sui anni, tunc effectus directionis aut remissior erit & obscurior, aut in sequentes annos differetur, donec illi Directioni profectio quoque annua significatorum & promissorum præcipuorum præsertim qualitate significationis conueniens, respondeat. Nam uis directionum ad plures annos, ut diximus, extenditur, donec significator ad alium promissorem pertingat. Effectus tamen eorum euidentior est & fortior initio, cùm nondum ita diu durarunt, & paulatim uires remittunt, cum aliquot annis uiguerunt.

Hæc est ratio, quæ ostendit quomodo in genere adhibendæ sint annuæ profectiones ad directiones, & ex congruentia uel inconuenientia earum cum locis præcipuis radicis, iudicandum est, an eo anno uis decreti sese præcipuè ostensura sit.

In specie uerò Profectiones ostendunt iuxta applicationes significatorum ad corpora & radios Planetarum, menses & dies illius anni, iuxta doctrinam supra traditam. Cùm igitur certi alicuius casus particularia tempora definienda sunt, primùm consideres qualitatem illius directionis, an bona uel mala sit, & quis sit significator, quis promissor.

Deinde obserues dies profectionum significatorum ad promissores, qui sunt aut boni seu fausti, aut mali & infausti, pro ratione aspectuum amicorum aut hostilium. Et si directio est mala, id est, minatur infortunium, assumantur ad eam directionem dies profectionum similes, scilicet mali, potissimũ uerò eorum significatorum & promissorum, quorum facta est directio.

Sin bona est directio, assumãtur quoq; dies profectionum felices, eorum precipuè significatorum & promissorum, quorum sunt factæ directiones. Atque ita non solum annus, sed etiam mensis & dies euentus seu casus in radice significati elicitur.

Profectionum autem uis & effectus cõgruit cum directionibus. Ipse enim significator considerandus est, quid per se & per accidens significet, seu ut Ptolemæus inquit, quid sua naturali proprietate, quid acquisita significet. Eodem modo & promissor ostẽdit causam istius boni uel mali pro ratione profectionis bonæ uel malæ per se & per accidens. Quid autem significent per se & per accidẽs singuli Planetæ, significatores & promissores, & pro quibus rebus directiones fiant antea expositum est. Et de profectionibus idem est iudicandum.

Horoscopi enim profectio consideranda est pro uita, ualetudine, affectionibus animi & corporis, peregrinationibus, &c. Quare si bona fuerit directio, & profectiones etiam illius anni fuerint ad radios bonos siue corpora beneficorum promissorum, eodem mẽse & die maximè effectus illius directionis & profectionis bonæ sese exeret & tum etiam prosperitas animi & corporis, sanitas & alacritas maior erit, aut peregrinationes felices sese offerent.

Cùm uerò directio est mala, & profectiones quoq; significatorum eorũ præcipuè, quorum sunt factæ directiones & profectiones pertingũt ad corpora uel radios malignorum, contrarium portenditur eo mense & die, quem malæ profectiones ostendunt.

Ita Solis profectiones considerantur pro ualetudine corporis, honoribus publicis officijs &c Eodem modo & de reliquis significatoribus iudicandum est.

XXVIII. PROPOSITIO. DE TRANSITV Planetarum.

TRansitus Planetarum addi solet in definiendis euentibus particularibus, & idem est usus, qui Profectionum, uidelicet generalis & specialis, ac coniungi debent cum directionibus pro inueniendo mense & die euenturi casus.

Consideret igitur Astrologus transitus Planetarum eodem modo quo & Profectiones, an uidelicet congruant, cùm qualitate quæsitæ directionis. Cùm enim bona est directio, & transitus quoque per loca significatorum & promissorum præcipuè eorum, quorum facta est directio, fuerint boni, id est, corpore uel radijs attingunt loca radicis significatorum & promissorum, effectus quoque in idem anni tempus incidet.

Idem iudicandum est de mala directione. Cùm uerò transitus non congruit cum qualitate directionis, effectus quoque eo anno obscurior aut remissior erit. Ita transitus stellarum per præcipua loca genituræ, uel augent intenduntque, ut Ptolemæus ait, uel relaxant & minuunt accidentia.

In specie uerò transitus coniunguntur cum Directionibus, pro inueniendo mense & die euenturi casus. Si enim bona fuerit directio, etiam boni seu felices dies per transitus inuenti, ad directionem assumantur, & eorum Planetarum uel Locorum quorum potissimum est directio. Similiter si mala fuerit directio, mali eligantur trãsitus eorum præcipuè Planetarum, quorum facta est directio. Quod si plures dies felices aut infelices ab ijsdem Planetis, quorum est directio, significentur, assumantur ad eos illi transitus, qui uel in bonam uel in malam partem plus efficaciæ & uirium habent. Vt coniunctio plus ualet quam * aut △, ☍ plus nocet quam □. Sic sinister aspectus efficacior est dextro.

Hoc igitur modo transitus cum directionibus & profectionibus coniuncti, maximum usum habent, in determinandis mensibus & diebus accidentium.

Effectum etiam eundem habent, quem directiones & profectiones. Nam cum per horoscopum malignus Planeta corpore aut radio maligno transiuerit, pro sua natura & qualitate, rebus & personis, quas per se & per accidens Planeta ille significat, calamitates & aduersitates, in ualetudine, peregrinationibus & reliquis uitæ actionibus decernuntur. Idem sit iudicium de reliquis significatoribus & promissoribus.

XXIX. PROPOSITIO. DE DOMINO ANNI.

DOminus anni dicitur is Planeta, qui in signo profectionali horoscopi dominium obtinet, de quo antea dictum est. Hic dominus accommodetur ad qualitatem directionis. Nam si bona fuerit directio & transitus Domini anni ad benigna loca in radice peruenerit, effectus illius directionis bonæ manifestior erit, & felicitas augebitur illis in rebus, quas Dominus anni per se & per accidens significat. Sin mala, contrarium erit statuendum.

EXEMPLI CAVSA.

SIgnum Horoscopi sit ♎ in 18. Gr. Via annuæ profectionis peruenit ad 18. Gr ♈. In hoc signo dominatur ♂. Ergo Mars erit Dominus anni. Sæpe etiam hoc dominium mutatur, ut sub principium anni Dominus esse potest, signi profectionalis ♂ usque ad finem signi, ut à 18. Gra. ♈ usque ad initium ♉. Vbi igitur Pro-

tur Profectio gradus horoscopantis attingit principium Tauri, Venus dominium illud obtinet, usq; ad finem anni.

ALIVD EXEMPLVM.

Sit Horoscopus in 12. Gr. ♐. Profectio huius signi peruenit ad 12. Grad. ♊. Mercurius igitur est Dominus anni usq; ad initium ♋. Hinc Luna dominium sortitur usq; ad finem anni, &c. propositæ profectionis.

XXX. PROPOSITIO. DE REVOLVtionibus Geniturarum.

IN Iudicio Speciali, multum etiam annuis Conuersionibus, quæ uulgò dicuntur REVOLVTIONES, tribuunt Astrologi. Est autem REVOLVTIO geniturarum, nihil aliud, quam constitutio totius cœli, ad momentum aliquod temporis, quo Sol ad idem punctum Eclipticæ reuertitur, in quo fuit tempore Natiuitatis. Vt autem hæc dispositio totius machinę mundi ad illud spacium temporis ubi constat, tali processu utendum est.

PRIMVM consideretur Radix genituræ, siue annus ille, cum mensibus, diebus, horis & Minutis, in quo Natiuitas facta est.

SECVNDO, proponas tibi certum annum à tuo initio elapsum, & diligenter expendas, an sit communis uel bissextus, & quotus sit post bissextum, uel an sit ipse annus intercalaris.

TERTIO, Singulorum annorum numeros quære in congruente Tabella & diligenter excerptos nota, an sint addendi inuicem uel subtrahendi, uel simul iuncti, ab initio temporis sint auferendi aut adijciendi.

QVARTO, Aggregatum est seruandum, & addendum uel auferēdum, ab initio dati temporis, pro maiore numero horarum addendarum uel subtrahendarum.

QVINTO: Pro singulis Conuersionibus Annorum, ad præcedentis Anni Horoscopi obliquam Ascensionem adde 88. tempora, 49. scrupula. Inde conficies Ascendentis signi Ascens. obliquam sub tuo Horizonte in tempore Reuolutionis.

SEXTO. Ex hac Ascensione subtrahito 90. Gr. & inuenies Asc. Rect. Medij cœli ad tempus Reuolutionis. Huic adde 30. quinquies gradus æquatoris, & inuenies sex cuspidum initia, quibus gradus Eclipticæ congruentes indagentur, ut aliàs fieri solet, in erigendo themate cœli, & inuenies figuram cœlestem, uero tempori Reuolutionis congruentem.

EXEMPLI CAVSA.

STadius hoc exemplo utitur: Natus est quidam generosus Princeps Anno 1519. Februarij Die 4 H. 23. 40'. Sole existente in 25 Gr. 41'. ♒. Quęro quo momento temporis Sol reuertatur ad hunc locum radicis, post annos completos 24. Hic 24. annus terminatur in bissexto. In tabella autem quæ sequitur, 20. annis respondens 1. H. 35'. 0''. auferenda. Pro 4. annis inuenio 0. H. 19'. 0''. Hi numeri collecti constituunt aggregatum 1. H. 54'. 0''. subtrahendum. Hæc summa ablata ex 23. H 40'. ostendit, Solem 24. anno completo reuerti ad suum locum in radice die 4. Februarij, Hora 21. 46'. anno Christi 1544. ineunte siue currente anno ætatis uicesimo quinto.

Hæ horæ ex Canone Reuolutionis conuersæ, in tempora æquatoris, auferēdæ sunt ex obliquâ Horoscopi Ascensione, ut constet uerum Ascendens, ad datum Conuersionis tempus, Ascensio Horoscopi in radice est 53. temp. 0'. Hinc subtrahantur 28. tempora, remanent 25. temp. 0'. Ascensio Horoscopi obliqua, in Reuolutione, cui congruit 23. Gr. ♉.

Idem alio modo.

Anni 20. in Canone Reuol. dant	336. temp. 26.	Ascens. obl. ad.
Quatuor anni residui dant	355.	16.
Aggregatum abiecto integro Circulo est,	331.	36.
Ascens. obliq. Horoscopi æstimati est,	53.	24.
Ergo Ascens. obl. temp. Reuolutionis est	25.	6.

Addatur integrum thema & loca Planetarum inuestigentur, ut figura Reuolutionis absoluatur.

ALIVD.

Quærenda est REVOLVTIO genituræ Illustrissimi nostri Principis Electoris Augusti, Domini nostri clementissimi, Sol est in radice in 16. Gra. 24 ♌. Natiuitas facta est Anno Domini 1526. Iulij D. 30. Hor. 17. M. 38. Cupio scire huius genituræ annuam Cõuersionem, id est, momentum temporis, quo anno 1570. id est, completo ætatis nostri Electoris anno quarto & quadragesimo, id est, currente & ineunte 45. Sol ad idem reuertetur punctum. Hic annus 44. ætatis terminatur in secundo post bissextum. Annis autem 40. in canone Reuolutionum, respondent, in tertio currente post bissextum 3. Horæ, 16. 1'. Subtrahenda. Tres anni dant anno tertio post bissextum, 6. H. 14. 16'. Subtrah. Vnus annus dat 18. Hor. 4' 48'. M. Communis est nota horum numerorum subtrahendorum.

40 } Anni {	3. H.	16.	1'.	M.
3 } Anni {	6	14	16	M.
1 } Anni {	18	4	48	M.
Aggregatum, est	27	29	5	M.
Abijcio 24. H.	24			
Residuum est	3	29	5.	Subtrahendum.
Radix est 30. D. Iulij	17	38		
Num. subtrahendus o	3	29	5.	
30	14	9	54	

Ergo tempus Reuolutionis Anno ætatis currente 46. Anno Christi 1571. incidit in diem 30. Iulij, H. 14. 9. 5'. p.m. Ad hoc tempus loca indaganda sunt Planetarum. Pro Ascensione obliqua Horoscopi Reuolutionis.

40. Anni	312. Grad. 42.	Ascens. obl.
4. Anni dant	355	16. Ascens. obl.
	667	58.
	360.	
Aggregatum abiecto	307	58. integro Circulo.
Ascens. obliqua adde	134	7. Horoscopi radicis genituræ.
Aggregatum	442	5.
	360.	
Abijcio integrum Circulum, &	82	5.

relinquitur hæc uera Ascensio obliqua Horoscopi ad tempus Reuolutionis. Indagetur gradus Eclipticæ coortens, & reliquarum Ascensionum Principia, & gradus Zodiaci respondentes.

Sequuntur TABELLAE pro Reuolutionibus conficiendis.

CA-

CANON REVOLVTIONVM

ex magnitudine uera Tropici anni collecta, ad duo secula mundi.

	Anno post bisextum primo.			
	Anni	Horæ.	′.	″.
Adde.	1	5	55	16
Adde.	2	11	50	32
Minue.	3	6	14	16
	Anno post bisextum secundo			
Adde.	1	5	55	16
Adde.	2	12	10	32
Minue.	3	6	14	16
	Anno post bisextum tertio.			
Minue.	1	18	4	48
Minue.	2	12	9	32
Minue.	3	6	14	16
	Anno bisextili.			
Adde.	1	5	55	16
Adde.	2	11	50	32
Adde.	3	17	45	48
Minue.	4	0	19	0
Minue.	8	0	38	0
Minue.	12	0	57	0
Minue.	16	1	16	0
Minue.	20	1	35	0
Minue.	40	3	10	1
Minue.	60	4	45	2
Minue.	80	6	20	2
Minue.	100	7	55	3
Minue.	200	15	51	8

ALIVD EXEMPLVM.

Conuersio annua est indaganda anno ætatis alicuius completo 22. qui in hanc lucem editus est Princeps Illustris Anno 1519. Terminatur annus Reuolutionis in secundo post bissextum. Quare anni 22. quærendi sunt in Canone Reuolutionis sub titulo illo, qui congruit anno post bissextum tertio. Annis autem 20. plenis debentur 1.H.35′.0″. auferenda. Annis duobus plenis sub titulo post bissextum tertio, conueniunt 12.H.9′.32″. auferenda. Summa collecta dati temporis est 13.H.44′.32″. Fiat subtractio ex horis 23. genituræ 40′. remanet tempus Conuersionis annuæ, scilicet Hora 9. 55′. post meridiem, ad annum ætatis completum 22.

CA-

CANON REVOLVTIONVM O-
stendens, quantum pro singulis annis addendum sit obliquæ Ascensioni dati Horoscopi, ut uerum Ascendens Horoscopi colligatur.


ANNI.	AEQVATORIS. TEMPORA	SCRVPVLA.
1	88	49
2	177	38
3	266	27
4	355	16
5	84	5
6	172	54
7	261	43
8	350	33
9	79	22
10	168	11
11	257	0
12	345	49
13	74	38
14	163	27
15	252	16
16	341	5
20	336	20
30	144	30
40	312	42
50	120	53
80	265	24
100	241	46


Hanc doctrinam alio in loco copiosius declarabimus, DEO bene iuuante.


Sed quid incertius est termino humano generi quasi fato posito: Nam uir ille præstantissimus & celeberrimus Mathefeus Doctor, morte ex hac lachrymarum ualle ex improuiso interceptus, circiter annum M. D. LXXIIII.

FINIS.


BASILEÆ, EX OFFI-
CINA HENRICPETRINA, ANNO
M. D. LXXVI.
Mense Septembri.




A
B
D
Iulius.
Iunius.
Maius.
Aprilis.
Martius.
Februarius.
Ianuarius.
December.
Nouember.
October.
September.
Augustus.



MMM


Ianuarius.
December
Februarius.
Nouember
Martius.
October
Aprilis
September
Maius
Augustus
Iunius
Iulius

Tertius

Secundus


Primus

Tres menses intercalores quorum quilibet constat 30. diebus, & nulli mensium ☉ attribuuntur.


Vltimus annus Attici [illegible], incipit in ultimo circulo [illegible], & definit in litera C, ut cum sit ultimus [illegible], intercalantur ei tres menses comprehenduntur sub arcu n, c, [illegible] quindecim menses, ut dictum est [illegible].


Hæ Rotulæ pertinent ad explicationem Attici anni.



Ianuarius
December
Februarius
Nouember
Martius
October
Aprilis
September
Maius
Augustus
Iunius
Iulius
Rotula menstruorum.




M
Rotula mensionarium
secundu grecoru calendariu.
H.Mensis Embolismus



Ianuarius.
Februarius.
Martius.
Aprilis
Maius
Iunius
Iulius.
Augustus
September.
October.
Nouember.
December.



Rota mensium Ægiptiorum.
Thot.
Paopni.
Athyr
Choeac
Mesori.
Epiphi.
Payni.
Pachon.
Pharmuthi.
Phamenoth.
Mechir.
Tybi.
N



Annus Julius
H
Ianuarius
December
Februarius
Nouember
Martius
October
Aprilis
September
Maius
Augustus
Iunius
Iulius


F
Caudamech.
2
3
4
8
11
12



Ianuarius
Februarius
Martius
Aprilis
Maius
Iunius
Iulius
Augustus
September
October
November
cember


Z
Rotula anno[illegible] lunar.
Almuharrans
Saphar.
Rabe primo.
Rabe secundo.
Gumadi primo
Gumadi secundo
Rogeb
Schaaban
Ramadam.
Sauel
Dulcada
Dulcheya


Ianuarius
December
Februarius
November
Martius
October
Aprilis
September
Maius
Augustus
Iunius


Plena
Mediocris
Deficiens
Rotul… cium annorum He
bra… tam communium
q… bolismicorum.
K


Optime Lector pro Rotulis mensium, In-
dices ad suas Rotulas
reponeris.



ERASMI OSVVALDI SCHRECKENFVCH-

SII AVSTRII, MATHEMATVM QVON-
DAM ET LINGVAE SANCTAE, IN ALMA FRIBVR-
giorum Schola Professoris celeberrimi opus posthumum : exactissi-
mam, præcipuarum in orbe terrarum Gentium, Alexandrinorum, Græ-
corum, Ægyptiorum, Persarum, Arabum, Hebræorum, atq; Romano-
rum annorum continens rationem : simulac sex exterorum Calendario-
rum cum anno Iuliano collationem & harmoniam elegantissimam,
magno studio uestigatam atq; concinnatam. Dialogus cùm
Historicis, tùm Mathematicis, & ad diuersorum Au-
ctorum explicationem longè utilissimus.

LAVRENTII SCHRECKENFVCHSII IBIDEM MA-
thematicarum disciplinarum professoris ordinarij opera edi-
tus, æternæq; memoriæ, ac posteritati dicatus.



Cum Gratia & Priuileg. Cæs. Maiest.

BASILEÆ, EX OFFICINA
HENRICPETRINA.

IN ERAS. OSVVALDVM SCHRECKENFVCHSIVM SOCERVM,

IOAN. THOMAS FREIGIVS GENER.

DVm de Temporibus, Socer, hæc meditaris, & omnes
Per gentes, Fastos excutis innumeros:
Et stellas cœlumq; subis, Solisq; meatus
Metiris, & quid menstrua Luna ferat:
Te quoq; lege sua Tempus comprendit, Et ipsum
Inseruit stellis & super astra tulit:
Vt propius posses sinuosa uolumina cœli
Inspicere: & soli cognita noste Deo.
Fœlix corporea qui iam compage solutus,
Aeternum uitam nunc agis ante Deum.

REVEREN

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI ATQVE ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO DOMINO VRBANO, Ecclesiæ Cathedralis Passauiensis Antistiti Amplissimo, Studiorum Fautori Optimo & Maximo: Principi ac Domino suo Benignissimo salutem, atq; debitam animi subiectionem.



ANNVS est, Amplissime simulac summa Reuerentia dignis. Præsul. Domine atque Patrone benignissime, quod Boioduro, ad reponēdam in hoc percelebri Archigymnasio accepti talenti usuram (quam utinam instar agri fertilis, & qui cum annis aliquot quieuit fructus adsert uberrimos, maioriq; fœnore, reddere queam) ad docēdi munus euocatus fuerim. Quo tempore nihil magis in uotis habui, quàm ut in iam emeriti parentis mei optimi & longè desideratissimi locum successurus iucundissima eius conuersatione, per multos adhuc annos, lustra plurima frui potuissem, cuius solertissimi cultoris diligēti cultura, si quid aliquando in me implantatum esset scientiæ Mathematicæ, id fructus copiosiores maturioresq; produxisset, reddidisset, atq; effecisset. Enimuerò uti fata rarò prospera esse solent, Parcæ iniquissimæ fatales Deæ, quæ ut parcunt nemini, ita omnes æquo metiuntur pede, ante tempus, minimè dubio quodā præsagio, in reditu obitum eius denunciante; uitæ tèlam abrupere, intollerabili animi mei dolore, ubi me dulcissima genitoris consuetudine orbatum, multorumq; officiorum coniunctione priuatum quamprimū sensi. Quod factum puto non sine magna familiæ nostræ, tum Academiæ iactura & querimonia, ob diminutam propemodum dignitatem, interitu talis Doctoris & assidui cultoris, qui annis plus bisduodenis, agrum hunc bicipiti uomere, Mathematico scilicet, & Linguæ sanctæ munere, sancte quoque coluit, nec uulgariter ornauit, erepto iam ante altero, eodemq; eximio nostræ scholæ Brisgoicæ ornamento D. Henrico Glareano P.L. præceptore olim meo. Quia uerò nihil reluctandum superis, id omne fatis concedendum & adscribendū est, dignumq; putæ æterna precari gaudia, & ut sua reddatur cineri quies inserre lectis ossibus Cypri odores, thuraq; mascula. Vnicum tamē adhuc quammaximè exoptandum foret: ut quæ summus ille studiorum Mathematicorum, & Linguæ Hebraicę studiosissimus sectator, cùm in pridem euulgatis lucubrationibus, tum inter docendum in quotidianis prælectionibus præstare pollicitus persæpe est, id dum adhuc hac frueretur aura facere atque perficere potuisset, sicut hercle nunquam

quiescere uisus est, neq; dubium, quin ad finem perduxisset singula nisi mors præueniens, simul cum uita conatus ademisset, quos in tantum non absumpsit penitus, ut planè eos extingueret & omnino nullos redderet, quia adhuc pars suorum laborum posteritati superesset, hoc tamen studijs inimica effecit, ut, quæ diurnis nocturnisq; uigilijs elucubrata sunt, partim non excusa, partim cœpta & prosecuta, minimè autem ad finem traducta tanq; fœtus immaturus, ac adhuc imperfectus relicta fuerint. Ea suo olim tempore perficere, post in lucem producere, euulgare æternęq; memoriæ dicare operæpræcium duxi, iniquissimum atq; indignissimum esse arbitratus, supprimere & occultare, ac ut dicitur blattis & tineis deuouere, quod diligenter, & ingeniosè meditatum, consecutum, atque congestum: hauddubiè optimis quibusq; disciplinarum alumnis futurum est iucundum, utile & exoptatum, compilatori honorificum, scholæ nostræ charęq; patriæ non ingratũ, mihi uerò qui nõ æmulatione gloriæ, aut quod alienos labores meos dicere, nouosq; honores aucupari uelim (quidquid enim hac in parte à me tentatur, fit amore studiorũ, in usum cõmunem omnium, causa rei literariæ, cui ego me plurimum debere ingenuè fateor, & quod ego talium bonorum relictorum solus particeps esse uel non debeo, uel non possum, unde breui maiora euulgaturum polliceor, laudabile esse, si me nõ animus fallit, bene opinatus sum. Hucusq; sæpe admonitus ac magnorum uirorum suasibus incitatus, quorum apud me auctoritas tanta est, ut quamcunq; illi rationem & uiam probauerint, eandem ingredi simul & honestum & utile esse duxerim. Cùm igitur ad filios soleat non tã paternæ rei, quam uoluntatis hæreditas iure optimo peruenire, hæc me opinio, præcipuè persuasit, ut ego primogenitus inter cæteros, naturalis rerum paternarum possessor, functionis olim paternæ subordinatus & constitutus successor, uoluntatis eius etiã uoluntarius & non ingratus existerem & hæres, & executor. Ideoq; rem tandem aggressus, huic primo quasi fœtui, quem temporis oportunitas iam maturum reddidit partum, obstetricatus sum, eumq; in lucem promoui, produxi, laborem, meo quidem iudicio notiusq; adeò informem, abortiuum, abiectum atq; spernendum, suauem autem, facundum, perfectum, desideratum, elegantem, ac utilem, cùm primis omnibus Mathematicarum disciplinarum studiosis, eorum enim maximus labor incumbit, in certa disquisitione temporum, eorundemq; partium annorum, mensium, dierum, horarum, minutorum, & cætera in quę dependent, à corporum superiorum motibus, nunquam adhuc ad acum inuestigatis ac satis cognitis, quorum diligens scrutinium, (quidquid tandem Cyclopes quidam moliantur, aduersus hæc nostra honestissima studia)

Dem-

Deus, Opt. & Max. ad cognoscendum filium eius unigenitum, & ad
discernendum nos in tẽpore gratiæ constitutos, ab ipso statim mun-
di exordio commendauit, his uerbis, יהי מארת ברקיע השמים ל
להבדל בין היום ובין הלילה והיו לאתת ולמועדים ולימים ושנים
quod & primi patres ducti spiritu mox prosecuti sunt, nobisq; com-
mendatum esse testatum reliquere, erectis duabus tabulis, quę aquis
non perirent, Iosepho libro primo antiquitatum teste, quibus ratio-
nes motuum temporumq; uices adscripserunt. Poterunt itaq; harum
rerum studiosi, plurimum iuuari hoc labore, in quo longè quam an-
tehac exactior, præcipuarum in orbe gentium septem, annorũ, men-
sium, fastorum, solẽnitatum, ratio, annexis ubiq; suis tabulis, ac in cal-
ce, ad rem maximè conducentibus typis non inelegantem harmoni-
am, singulorum Calendariorum cum Iuliani anni ueteris & noui, si i-
ta restitueretur, collationem admodum concinnam continentibus,
exhibetur & proponitur, disquisitissima sanè familiari facilitate in mo-
dum dialogi uerso stilo. Atq; hic temporum ordo suauis esse poterit
& ualde commodus, ijs etiam qui rerum gestarum lectioni incum-
bunt, in qua ut plurimum temporum exactissima ratio desideratur,
neq; quisquam negabit, quin ueritas historiarum à certitudine tem-
porum dependeat. Sed & Sacrarum literarum studiosis non parum
emolumenti adferre poterit, hic breuis liber, si eum sine stomacho le-
gerint, nam ijs hic certa ratio ostenditur celebrandi rectè, ritè, ordine,
ac secundum tam præcepta Dei, quàm Conciliorum pia, sanctaq; spi-
ritu decreta, certa solennitatum ac festorum omnium tum mobilium,
tum immobilium celebratio, in quibus obeundis, quantum erremus
hodie, & quo pacto hallucinemur, prodit huius dialogi ingressus, in
quo nihil ut quidam existimare possent, taxandi, aut in Ecclesiam in-
uehendi causa scriptum. Sed bono zelo, & docendi errores gratia, o-
mnia facta esse, pro rei & necessitatis exigentia, omnes indubitatè ar-
bitreatur uelim. Quos errores utinam consilio authoris, Summi Ec-
clesiæ cardines, quibus solennitates indicendi, ordinandiq; potestas
commissa est, tandem corrigant, emendent, & in pristinum statum du-
cant atq; reducant. Sed cesso actum agere opusq; commẽdare, quod
per se dubio procul Lectori diligenti, commendatissimum esse pote
rit. Quia uerò Reuerendiss. atq; illustriss. Princeps, minimè incertus
etiam, de parentis piè defuncti uoluntate, qui absoluto hoc septẽ Ca-
lendariorũ opusculo, illud pro Magnifico in eũ collato munere & li-
beralissimo honorario, in signum debitæ humilitatis, & subiectio-
nis, V. R. C. dicare sæpe in animum induxerat, si ego non indignè fu-
turum fe arbitrarer, non potui non animum eius ac uoluntatẽ pro-
bare, quam propositum eius hac in parte studiosè prosequi, cum, pre-

terquam quod sperarem hoc non ingratum fore. Ac plurimis argumentis compertum habeo, quanta gratia, benignitate, & consueta beneuolentia in eum usa sit A. V. quanto'q studio & amore ardeat, in omnes artes, præcipuè uero Mathematicas, Regias planè, & Maximis Monarchis, & Principibus, Alfonsi Regis Hispaniarum: Caroli V. Inuictissimi Romanorum Imperatoris, quem quidam termis insidentem, & à grauioribus curis solutum, horologijs componendis, & Tabulis Geographicis conficiendis & inspiciendis, uacasse meminerunt, tum aliorum quorum numerus recenseri non potest. Hodie uero exemplis Diuorum Principum Archiducum Austriæ Maximiliani II. Imperatoris Augustissimi, & Ferdinandi Patris patriæ, Principis mei clementissimi, quorum uterq; hic in Archiducali suo Gymnasio, alter Viennæ Austriæ magnos in has artes, tum alias quoque conferunt sumptus. Denique uestræ R. C. exemplo Maximis ut dico, Principibus dignas, quas nō modo maximo fauore prosequitur, sed & indies quando à maioribus molestijs desistere datur occasio, iunctis quandoq; earum non ignaris, iam ante plus satis imbutus à teneris, ac non mediocriter exercitatus hisce delectatur, souet eas nisdemq; uacat nullisq; in acquirendis instrumentis tum Mathematicis, tum ad eiusmodi usum ædificādis altissimis ædificijs parcit sumtibus. Idq; tantò ego liberius profiteri audeo, quantò ego frequentius cum in R. C. V. aula essem uidi, expertus sum, & tanquam spectator, productis, ac sub dio collocatis instrumentis ad sui.

Pro summo itaq; Amplis. Præsul ac Austriacæ oræ singulare decus, illo fauore, ac tam in artes ipsas, quam earum cultores studio, gratia, & non uulgari beneuolentia, serena fronte, hunc posthumum per me sub C. V. Amplissimo nomine & patrocinio euulgatum laborem suscipe, & accipe, cum quo simul me meaq; studia, quæ hactenus semper V. A. promouisse lubens fateor meritoq; prædicare debeo, in posterum etiam per quam commēdatissima esse unicè cupio quæ (Deo conatibus aspirante) pollicentur olim maiora. Datæ Friburgi Harelungorum ex musæo nostro. Anno, reparatæ Salutis CIↃ. IↃ. LXXVI. Die III. Aprilis.

Reuerendiss atq; Illustriss. C. V.
humil. ac dedítiss.

Laurentius Schreckenfuchsius, M. P.

IN

IN OBITVM, C. V. DOMINI ERASMI OSVVALDI SCHRECCEFVCHSII, MATHEMATVM quondam in Academia Friburgensi Professoris celeberrimi: eiusq; posthumum opus, Calendarium ἐπιτελειωθέν. Ioan. Iacobi Beurer, discipuli Carmen.

TE quoq; Parca ferox, & ineluctabile fatum,
Tempore tam duro, nisßis haud mollibus ursit,
Omnibus humanis defunctū occumbere rebus.
Semideum, pietate grauem, meritisq; stupendum.
Schreccfuchsi, nuper magnū decus addite diuis.
Ergo nec est pietas uitæ quæ prorogat horam:
Nec labor, aut beneficta iuuant, non inclyta uirtus,
Non honor, aut arte, non auri grandis aceruus:
Cætera nec, miseri quæ toto tempore uitæ
Sectamur: (VERI gens nescia, cæca FVTVRI)
Felix, humanæ qui ponderat omnia sortis,
Immemor haud æui breuis est, sectatur honesta.
Quem pietas, uel sola, iuuat, qui rite parentem
Aethereum, sancteq; colit, mortalia temnit,
Arduus æternæ meditatur præmia uitæ.
Non illum uulgi strepitus, non gloria uana,
Non luxus, nec honor, nec opum scelerata libido
Proposito abducunt: nō hunc mors horrida terret.
Quæ ceu meta pijs uitæ, duriq; laboris,
Portusq;, & primus gradus est, qui ducit olympo.
Hæc & præstanti semper sententia sedit
Osuualdo: & teneris pietas inoleuit ab annis.
Quam, ueluti comites, doctrinæ, artesq; secutæ:
Admiranda sui passim documenta dedêre.
Sed quis facta uiri, quas laudes carmine dicat?
Hoc quos musa beat, queis carmina dictat Apollo,
Hoc faciant alij: nobis libasse canendo
Pauca sat est, mœstum prohibet quia cætera luctus.

Ergo Mathematices decus, & noua gloria Erasmus
Occidit in uarijs celebris Schreccfuchsius oris.
Qui iam mente polos, cœlum, lustrârat, & orbes.
Qui stellas omnes, tacite labentia mundi
Sidera, constantesq; uices, uariosq; meatus
Nouerat: hæc primis iam tum meditatus ab annis.
PRAETERITI Nestor fuerat: certusq; FVTVRI
Vates: & sapiens PRAESENTIA cernere index.
Non illum Archytas, (cuius tamen arte columba
Lignea per liquidum tranauerat aëra pennis.)
Non is, qui uitro cœlos inclusit, & orbes,
Vicissent, nihil ingenij, nihil artis egentem.
Is etiam errantis Lunæ, Solisq; labores,
Et quot præcipuæ gentes sint ponere menses
Quotq; dies solitæ uarij, atq; uolubilis Anni:
Fastorum species miras, priscisq; repertas,
Præscriptasq; uiris, opus ingens, arte magistra
Condidit: & ueterum distinxit tempora mundi.
O' utinam solus qui ueré tempora nouit,
Plura illi uitæ numerâsset lustra, diesq;:
Quanta opere ex tanto cumulâsset gloria uiuum,
Doctrinæ quantum creuissent nomina raræ,
Quas artes nobis, quæ docta inuenta dedisset?
Ingenij tamen hæc, quæ nunc monumēta reliquit,
Illa uiro æternam parient per secula laudem,
Donec erunt toto qui splendida sidera cœlo
Describent radio: donec præclara Mathesis
Ingenuas inter longé caput efferet artes:
Schreccfuchsij semper nomenq;, decusq; manebunt.

FINIS.

INDE

INDICES DIERVM QVA RATIONE DISTRIBVENDI SINT, ET AD QVAM ROTVLAM *Calendariorum quilibet pertineat.*



AMice Lector ut certò ſcias quò quilibet INDEX Dierum transferendus ſit: Imprimis abſcinde Indices: deinde obſerua literas, quibus Indices notati ſunt: & diſtribue eos ad ſuas Rotulas ijſdem literis maiuſculis in apice notatas: quæ congruunt ſignaturis Quaternionum, ubi Calendariorum ſingulorum materia tractatur, in quorum uſum hæ præſentes Rotulæ ſunt fabricatæ: Deniq; Indicem Centro ſeu medietati Rotulæ tenui filo annecte: ita ut in circumſerentia ſingulis diebus æqua lance reſpondeat.

Vt ſit nobis exemplo Index Dierum Calendarij Romanorũ, notatus maiuſculis literis BBB, illum diſſeca & transfer ad ſuam Rotulam, quæ ijſdem literis BBB, in apice ſignata eſt, inſeruiensq; quaternioni BBB, quo in loco Calendarij Romanorum materia auſpicatur & explicatur. Et ſic cum reliquis tibi agendum erit. Neq; te offendat Rotularum Signatura, ubi inuenies MMM uſq; ad SSS: quia illud factum eſt propter ſeriem Signaturarum Operis.

Poteris igitur pro tuo arbitrio Rotulas aut ad calcem, aut ad caput libri collocare. Vale.

DIALOGVS,

ERASMI OSVVALDI SCHRECKENFVCHSII DE SEPTEM CALENDARIIS, SEPTEM PRAECIPVORVM, IN ORBE TERRARVM, POPVLORVM;

unà cùm schematibus & Canonibus, singulis annis, correspondentibus.

- I. Calendarium Romanorum.
- II. Calendarium Alexandrinorum.
- III. Calendarium Græcorum & Atticorum.
- IIII. Calendarium Aegyptiorum seu Græcorũ.
- V. Calend. Persarum
- VI. Calendarium Arabum.
- VII. Calendarium Hebræorum.

CALENDARIVM ROMANORVM.

COLLOCVTORES.

Magister, & Discipulus.



DISCIPVLVS, Quotiescunque mecum considero, preceptor summè uenerãde, statum Christianæ religionis, quę, ut est Saluatoris nostri sanguine fundata, ita omnes reliquas religiones pręcellit, nõ possum non plurimum mirari nos, nostri non melius habere rationem in celebrandis nostris, piè institutis, solennitatibus. *Magister.* Ego certè non satis assequor, quò uelis tuam querelam dirigere, quæ sine dubio non est frustranea. Igitur eam ita proponas mihi, ut eam rectiùs intelligam, & si potero quidquam, mea opella, te iuuare, habebis, me sanè promptum, ut hactenus semper. *Discipulus.* En ante dies non multos, anno hoc, scilicet. 1571. incidi forte fortuna in aliquem Laicum hominem, à quo suspẽdebar naso adeo profecto quod peregrè ferebam, & postquàm quęsiueram causam, placuit mihi sua irrisio. *Magister.* quæ, quæsò erat causa. *Discipulus.* Dicam paucis, ille asserebat nos Christianos non ritè celebrare sacratissimum festum Paschatis. Imò plurimum aberrare à dextro sacri Concilij Niceni, siquidem secundùm decretum eius concilij fuerat celebrandum hoc anno 18. die Martij, & à nobis celebratum sit 15. die Aprilis, unde patet erratum esse in 35. diebus. An hoc ritè fiat, & secundùm decretum dicti concilij, non possum satis intelligere, præcipuè cum Deus iusserit huius festi sacratissimi celebrationem debere fieri in oppositione Lunę ad Solem, primo mense, qui incipit à coniunctione, quæ proximè præcedit, aut sequitur æquinoctium Vernum, certè ille Laicus asserebat præterea, non tantum hoc anno celebrasse nos diuinum Pascha mense immũdorum, imò sæpissime quod prohibitum sit sub anathemate. *Magister.* Ego sanè condoleo, quod iste crassus error ad tantum incrementum adcreuerit, quod etiã Laici imperiti animaduertant, quid uno ex hoc nobis fœlicitatis proueniat, manifestius est quàm egeat

multis argumentis. Atqui priusquã in nostro negotio pergamus, uolo tibi quędam in medium proferre, siquidem sciam te perdocilem esse, & minimè frustrà me, nunc ualde occupatum, adijsse, quæ non illibenter auditurus es. Nam legi nuper apud Lucam Gauricum, uirum adprimè doctum in omni doctrinarum genere, nempe, mu totiens se experientia didicisse. quonescunq; sanctissimum Pascha, à quo interstitia reliquorum festorum mobilium, pendent, non ritè fuerit celebratum, iuxta mandata, quæ Moysi à Deo Omnipotente sunt data, & synodus Nicena magno & maturo Cõsilio suscepit. Quod semper in Europa maximas perpetratas fuisse hominum strages, & pestes horrendas, mirum in modum sæuisse, in nos miseros homines, aut Annonæ, ac rerum omniũ magnam caritatem fuisse. Profectò cùm statum huius anni 1571. currentis mecum consi dero experientia, & obseruatio, non omnino fallunt, & ni breuitati studerem, & id eam ob rem, quod propositum meum erit satis prolixum, addere sanè plura exempla, habes ne plura, quæ tibi ab illo Laico (quem ego iudico multatum tum non pœnitẽdam habuisse experientiam, maximè cum hæc animaduerterit) obiecta sunt? *Discipulus.* Addebat etiam hoc mirum sibi uideri, quod, cùm hoc tempore nihil non ueterum schismatum reuocetur quod cõtrouersiæ quæ olim in primitiua Ecclesia agitatæ sint, de celebratione diuini Paschatis non rursus excitentur, quas dicebat, mirum in modum non tantum uehementes. Imò etiam Ecclesiæ ualde tam damnosæ, quàm periculosæ fuisse. Postquàm hæc ab illo audiueram aspiciebam hominem animo attonito & admirabundo, hoc animaduerso, rursus me amicè alloquebatur, ac dicebat, nẽpe quidquid dixerit, id ita se habere, & si nolim illi fidem habere, liberum mihi sit, ut eos, qui nõ minus quam se istarum rerum habeant cognitionẽ, & fortassis se maiorem interrogẽ. Quare præceptor, & pater amãtissime rogo te, uelis me, siquidẽ sciam te harũ rerum minimè esse ignarũ ex istis & alijs in hac re dubijs edocere. *Magister.* Tu nosti animum meum, erga te benignum. Nam quantum mecum colligere possum ille Laicus, quicunq; fuerit, ut constitutionum patrum primitiuæ Ecclesiæ ualde amans fuit. Quid multis? quod petis æquum est. Et ut rem clariùs, & rectiùs intelligas, uolo primum aliquot controuersias, apud ueteres acerrimè exagitatas de Paschatis celebratione, ex quibus multa hęreses exortæ sunt, in medium proponere. Deinde septem Calendaria cum suis debitis descriptionibus schematibus, & Canonibus. quomodo scilicet singulis annis sint dirigenda ad usum, proponam. Nempe Romanorum, Alexandrinorum, Hebræorum, Arabum, Aegyptiorum ueterum, Persarum, & Atheniensium seu Græcorum, & singulorum horum populorum annos cum habuerint inuicem diuersos, describã. Postremò etiam meum calculum addam de reformatione Romani Calendarij, quod iam prorsus collapsum est. Adeò quod nos Christiani non parum ab infidelibus irrideamur, in nostris solennitatib, anniis celebrandis. *Discipulus.* Hæc omnia, ut uenerande magna cum attentione, & oblectatione ex te audiam.

Magister. Ante synodum Nicenam profectò multæ, ac diuersæ fuerunt dissensiones de hoc negotio fuerunt namq;, qui asserebant Christum ante passionem suam discipulis suis legem dedisse de celebratione Paschatis, uidelicet, ut celebretur eo die, quo resurrecturus sit à mortuis, nempe die Dominico, in ea opinione fuit Sanctus Cyrillus Episcopus Alexandrinus, & alij complures ueteres. Ita etiam postea per annos multos celebratum fuit hoc festum ab Alexãdrinis, & Aegyptijs die Dominico post lunam decimam quartam primi mensis usque ad uigesimam primam eius mensis, & sunt qui dicunt D. Marcum hanc regulã celebrandi Pascha accepisse à magistro suo D. Petro, & Petrus à Christo Saluatore uniuersi generis humani. Sunt deinde alij qui aliter sentiunt, nempe Ioannem Euangelistam, & Philippum Asianis præscripsisse legem de Paschatis celebratione. Petrum uerò Romanis, & Latinis quoniam constat Asianis in Mino-

ri Asi-

ri Asia, unà cum Hebræis in memoriam cœnæ Dominicę, Luna decima quarta primi mensis, hoc Festum celebrasse, qui asseruerūt se ita esse institutos à Ioanne Apostolo & Euangelista, & Philippo. Reperiuntur insuper, qui constanter confirmant in exordio primitiuæ Ecclesię de celebritate huius festi, à quo reliqua festa mobilia omnia pendent, neq; à Christo, neq; ab Apostolis suis ullam legem fuisse promulgatam, siquidem Ecclesia Dei incipiens iam paulatim coalescere, propter horrendas persecutiones, non tantum habuisse ocij quòd potuisset aliquid antequam adultior est facta, & stabilita, statuere de eiusmodi rebus. *Discipulus.* Ego profectò, quod dictū uolo tua uenia, in ea sum sententia scilicet, quod Apostoli, quibus totus mundus erat infensus, eosq; persequebatur, ista non curare potuerint. *Magister.* Vera est tua opinio, sed postquam Ecclesia eo creuit atque aucta est, quod ab ipsis persecutionibus fuerit quieta, tunc intestinæ cōtentiones, à nonnullis pestiferis hominibus exortæ sunt, cùm in alijs rebus fidē Catholicam labefactantibus, tum maximè de celebrando festo hoc sacratissimo, & cū uarij uarie de hoc sentirent, Satan hostis sęuissimus excitauit in Phrigia quendam impijssimum hominem, Montanum nomine, qui nuper ad fidem Christi fuerat conuersus, & cum erat Phrix secutores eius Cathaphrigę appellabantur. Qui unà cum suis sequacibus peregrinam quandam doctrinam introducebant secūdum quam Pascha celebrabat. *Discipulus.* Qualis quæso erat illa? *Magister.* Illi solebant eos culpare, qui cursum Lunæ requirunt, pro hoc negotio & dicūt, Solares cyclos esse sequendos, ac menses singulos triginta tantum dierum esse definiendos, ac inchoandum esse primum ab æquinoctio Verno nempe, octauo Calendas Aprilis, & ut huius suę assertionis haberent argumentū, dixerunt tunc duo luminaria fuisse creata, quibus anni, & tempora mensurantur. *Discipulus.* Quod Sol & Luna annos, & tempora manifestent, ac mensurent, in hoc nō male senserunt, & eò minus quod circa æquinoctium Vernum, illi duo luminaria sint facta, siquidem multi alij uiri præclari in hoc non dissentiant. Sed, ut mihi uidetur præceptor uenerande. habuerunt etiam plura, quibus suū uenenum saccaro condierunt. (uellem equidem ut haberem nunc meum Laicum mecū, est enim certè talis, qui nihil nō extorquere conatur, sed sinamus illum) rogo te enixe ut pergas. *Magister.* Sum tuus ad uota, porrò dixerunt hoc indicari ex eo quod Luna octauo anno cum Sole ueniat ferè ad prius, & tanquam principiū sit primi mensis, & computant diem eiusmodi quartam decimam cuius in scripturis mentio fit, dicuntq; quod talis dies sit octauus Caland. Aprilis, in hoc die semper celebrarunt festum sanctum Paschatis. *Discipulus.* Non eo equidem inficias aliquando festum Paschatis in octauum Calendas Aprilis, cadere, sed quod hoc semper fiat, ut ipse opinantur id omnino falsum est, sicuti persæpe ex ore tuo audiui. obsecro te siquid amplius habes de hac re, euā illud mihi, uti discipulo tuo docili, reueles. *Magister.* En præter hos fuere alij in primitiua Ecclesia, & fortassis non omnes mali, qui putabant non inconueniens esse, ut eo die, quo ab angelo humani generis Redemptio est annunciata, celebretur Festum sacratissimum Paschatis, die 25. uidelicet Martij. *Discipulus.* O cœlum, ô mare, ô terra, quid audio, ubi est meus Laicus? *Magister.* Multò plures opiniones recenserem ni breuitas temporis aliud suaderet. *Discipulus.* Rogo te per tuam humanitatem, qua erga me semper fuisti affectus, si plures habes, eas mihi recensere nō graueris. *Magister.* Cū uideā te ualdè auidè audire de statu, qui fuit in principio Ecclesiæ Christianæ. Et propter recensitas spinosas opiniones, emerserunt multæ aliæ non minus damnosæ quàm superiores. Quoniam alij inuenti sunt, qui anni initium constituerunt ad 25. diem Martij, in quem tum temporis inciderat æquinoctium Vernum, & ab eo die numerarunt quatuordecim dies, scilicet, usque ad septimum diem Aprilis, in quo semper celebrarunt Pascha, & hoc modo existimauerunt, cùm præcipiat lex celebrandum esse hoc sacrum festum

decima quarta die primi mensis, se satis fecisse diuino præcepto, & quod præcipitur de Luna decima quarta, illi traxerunt ad solem. Nunc, ut satis faciam tuæ petitioni, quæ non minus pia est, quam iusta, & necessaria, uenio ad Manicheos seuissimos lupos, & turbatores Ecclesiæ Christi, præciosissimo sanguine Christi, redemptæ. qui aliquando nullum Pascha seruarunt, & aliquando si seruarūt, id tepidissimè fecerunt, & ut satis irriderent resurrectionem Christi, in quē non crediderunt, indixerunt ad contemptum huius diei, nempe, resurrectionis ieiunia. *Discipulus.* Venerande præceptor, etiam nostris temporibus eiusmodi absurda contingere uidi. Nam quando adhuc essem puer, ac in quadam urbe celebri tyrocinium literarum faciebam, audiui in templo canere, *Christ ist erstanden*, in die natalis Domini, ad uesperas, & multa alia, quæ non sunt dissimilia deliramentis Manichæorum, quorum antesignanus à rege Persarum, cute direpta, cū summa ignominia necatus est, perge nūc, obsecro, in tuo incepto. *Magister.* Ex fecibus Manichæorum emerserunt, qui contempserunt mandatum Dei, & celebrauerunt Pascha ante æquinoctium uernale. Hæc certè magna fuit insania ita tesulis exorbitare à recta uia Domini. Asiani sicuti suprà memini, qui asserebāt se à Ioanne, & Philippo Apostolis institutos, prorsus cum Hebræis habebant festum Paschatis, & non curarunt diem Dominicum, uti debebant. unde exorta est contentio inter Asianos & Romanos ualde acerba. Siquidem Romani & Latini, ne uiderentur imitari perfidos Iudæos sacratissimæ Paschæ celebrationem peragebant proxima die Dominica post lunam decimam quartam primi mensis, hæc contentio facile potuisset sedari, nisi inimicus humani generis excitasset Arrium, mancipium omnium inferorum turpissimum & omnis rectæ ac Catholicæ Doctrinæ deuastatorem. qui fecit quod omnes Aegyptij propter illius peruersam doctrinam de diuulsione filij ab æterno Patre tumultuarentur. Orientales antehac discordes, cœperunt in suo proposito de Paschate pertinaciores fieri, & peragere Pascha more Hebræorum. *Discipulus.* Miror profectò quod imperator, & alij sua potentia eminentes non interposuerunt suam authoritatem. *Magister.* Equidem interposuerunt. Nā Imperator Constantinus mouit omnem lapidem quò sedaret, & extingueret tales impias dissensiones. Qui postquam ad aures illius fuerat delatum Asianos minoris Asiæ contra omniū decreta Paschatis festiuitatem Iudaicè celebrare. monuit eos non ut Imperator sed uti pater, quo uelint desinere Iudaisare, imò in recta uia manere, & celebrare Pascha die Dominico, & hoc in memoriam Salutiferæ Resurrectionis Christi. *Discipulus.* Nihil ne effecit? *Magister.* Prorsus nihil, neq; uerbis neq; scriptis, hoc pijssimus imperator peregrè & grauiter tulit, neq; paternas admonitiones, & neq; literas suas quidquam ponderis habere apud Aegyptios, & Asianos populos duræ ceruicis. *Discipulus.* Quid quęso deinde factum est. *Magister.* Hoc dicam, postquam bonus princeps uideret huic malo non alium remedium superesse quā Concilium, tunc in Nicea urbe, magnis sumptibus, illud famosissimum Concilium coēgit, in quo doctrina Arrij, & suorum sectatorū, & aliorum, qui sinistrè sentiebant de celebratione festi Paschatis, & explosa est, & condemnata, & authores talium dissensionum in exilium, ex iussu imperatoris, acti sunt. Adhæc, sub anathemate seriò decretum est, ut Pascha die Dominico à decima quarta Luna, usq; ad uigesimam primam primi mensis, qui incipit à proxima cōiunctione ante æquinoctium Vernum, aut proximè post celebretur. *Discipulus.* En Laicus ille, cuius supra memini, inter alia etiam huius sanctæ constitutionis, atq; sanctionis pijssimi Imperatoris Constantini, pluribus uerbis mentionem fecit: sed hoc addebat quod rursus alia dissensio orta sit, de Paschatis obseruatione inter Asianos (homines à natura inconstantes, & neq; pacta, neque literas seruantes,) & Orthodoxos. *Magister.* Quicunque sit tuus Laicus, ille dixit quod res est. Etiamsi Asiani proprio Chirographo sese obstrinxerint, quod firmiter

uelint

uelint obseruare Nicænæ synodi decreta quid multis? totus ipsorum consensus fuit Græcus, atque simulatus, quid obsecro dicam? paucis annis lapsis, ille contempserunt, ut est hæreticorum natura & consuetudo, decreta sacræ synodi & redire & priscum suum uolutabrum, hoc est, suam consuetudinem ueterem, & obseruauerunt celebrationem Paschatis unà cum Iudæis. Nam Asiani, & quartadecimani hæretici, pertinacissimè, ut mos est hæreticorum, in sua opinione durauerunt, quod nimirum Pascha sit celebrandū Luna decima quarta primi mensis, non obseruato die Dominico in laudem resurrectionis Saluatoris humani generis, quibus Romani, Aegyptij, & Græci contradixerunt sacratiss. Pascha, scilicet, die Dominico post lunam decimam quartam primi mensis celebrandū esse, iuxta decreta celebratissimæ synodi Nicænæ, cuius decretum sic sonat. Omnis qui non celebrat sanctum diem Paschatis secundùm regulam Catholicæ Nicænæ Ecclesiæ, sit Anathema. *Discipulus.* Ita me Deus amet, nunc rursus redigo in memoriam id quod suprà ex te audiui, uidelicet quod anni, in quibus Pascha non celebretur iuxta decretum illius synodi, sint plerunq; mali & infelices, quod dubio procul uenit ex illo anathemate, cuius iam fecisti mentionem. *Magister.* Tu non male sentis de hac re, quid male sentis? imò ipsissimam dixisti ueritatem. *Discipulus.* Ita dij me ament, etiam meus Laicus affirmabat idem quod tu, qui retulit quædam, quorum sanè admirabar. *Magister.* Quæ obsecro ea fuerunt. *Discipulus.* Ille mihi seriò narrauit. Nempe quod ante dies non multos fuerit apud uiros non spernendæ eruditionis, inter quos fuerit unus, qui, ut opinabatur, sapiebat multum, & cùm mouebatur, (uti fieri solet, ubi boni uiri sunt unà, quæstio) hanc dicam nomine mei Laici, ut uideas etiam apud nos, nunc temporis inueniri homines, non multum dissentientes ab illis, quorum hactenus meministi, qui ut patet pessimè sentiunt de solennitate Paschatis. Quæstio, inquā, erat talis. quare festum Paschatis non celebratetur iuxta decretum patrum Nicænæ synodi, ille de quo dico cum uidebatur sibi sapere præ reliquis assidentib. prorumpebat in hæc uerba, scilicet, parum referre quocunq; tempore celebretur, modo celebretur semel in anno. Ego profecto dixit Laicus uix mihi temperabam à risu, idq; propterea quod ille homo de re tanta non circumspectius, & prudentius dissereret apud uiros doctos. *Magister.* Nihil ne amplius tuus Laicus addidit? *Discipulus.* Imò multa, & ne, dicebat, ille ignauus homo plus uideretur sapere, quàm æquum foret, retento, & uix risu dicebam, fare tu sentis idem quod hæretici Nouatiani, hoc malè habebat hominem, & tamen tacebat. Sed sinamus illam quæstionem, ad locum commodiorem, magister colende, & priusquam rursus redeamus ad propositum nostrum, cupio abs te doceri, quæ fuerit causa quod Christus Saluator noster, uerus Deus, & homo uoluerit potius nasci sub Solstitio Hyemali quam alio tempore, & pati post æquinoctium Vernale in plenilunio, scilicet, & nō Autumnali. *Magister.* Tuæ petitiones sunt breues, sed multa & ardua in se continent, quas ut libenter audiui, ita ut fert tempus libenter sed breuiter soluam. Ad hoc rectè intelligendum necesse est ut scias sphæram mundi. Nam cum quando Sol suo motu attigerit primum punctū Arietis, tunc superius hemisphærium incipit illuminari, & inferius tenebrescere, & quando ingreditur punctum primum Libræ, fit contrà, nempe superius tenebrescere & inferius illuminari, hoc facilè intelliges ex ortu & occasu Solis hic apud nos. Deinde cum uenerit ad principium Capricorni superius hemisphærium, ubi maior pars est habitabilis, est tenebricosissimum, & in inferiori fit contrà, ubi, propter uastissimum mare, perparua est habitatio. Porrò tempore æquinoctium in die naturali tota machina terrestris à Sole illuminatur, & aliàs per totum annum nunquam, hoc ex circulo illuminationis non difficile est intellectu: sicuti sæpissimè à me est demonstratum. Si hæc, uti spero, satis intelligis. siquidem Astrorum scientiæ non sis ignarus reliqua erunt facilia. *Discipulus.* Hæc

à te iam dicta perdoctè, uitumq; percepi, atq; intellexi. Atqui nondum uideo quò uel ſitis uerbis. *Magiſter.* Hoc fundamento iacto, atque intellecto, nunc porrò dicam, quò uelim, & quare prædicta in medium protulerim. En quando rem rectius perpenderimus, inueniemus quod quemadmodum tum temporis, ſole exiſtente, circa Solſtitium Hyemale omnia horrent, & ſummum omnium rerum minantur interitum. Ita etiam naſcente Chriſto, nihil non in orbe terrarum horreſcebat, & interiebat. Siquidem refrixerat charitas in cordibus hominum mundus totus obductus erat tenebris uiciorum, Reges & monarchæ ſimul cum ſubditis coluerunt pro uero Deo lapides, lignaq; quid dicam? ſupplicabat his, qui omni mente erant deſtituti, ac ne ſibijpſis quidem opitulari poterant nedum alijs, & quod plus mirandum eſt, eò ueſania deueneriūt quidam populi, quod ſimias, canes, ſerpentes, & multa alia animalia adorauerint & ueneratì ſint, & alij infantulos ſuos incendio abolíuerunt, & ita putarunt Deo cū hac inſania obſequium præſtare. non'ne hæc erat nox altiſsima, hoc profectò non ſolum apud Ethnicos fiebat, imò etiam poplus Iſraeliticus hoc ueneno erat infectus, qui filios ſuos dilectos dęmonio Moloch, deuouebat atq; immolabat. Si nunc uellem de bachanalibus alijsq; impietatibus dicere, quibus totus orbis terrarū, ante natū lumē feruebat, & à Sathana cęcus ducebat, nō ſufficeret mihi annus. Deinde quæſiuiſti, quare Deus uoluerit Filiū ſuū dilectū, potius pati poſt ęquinoctiū Vernale, q̃ Autumnale, aut alio quoq; tēpore anni. Suprà dixi q̃ Sole peragrāte primū punctū Arietis, aut Librę, q̃ tūc tota machina terreſtris in die naturali undiquaq; illuminetur à Sole. *Diſcipulus.* Antè dicta libenter audiui, & hęc q̃ porrò dicturus es multò libētius audiā pgas modo. *Magiſter.* Pergā, motus cœleſtes multa myſteria ad hæc inferiora in ſe habent. Siquidem cœlum eſt liber in quo omnia ſcripta ſunt. Nam ſicuti Sol à quo omnia reliqua aſtra ſuum lumen accipiunt, & hæc inferia radijs ipſius Solis uegetantur, aluntur & fouentur. Atq; nullo alio tempore anni totus orbis terrarum circumquaq; illuſtratur niſi in æquinoctijs & in æquinoctio Vernali ad nos aſcendit à bruma horrida, ita Filius Dei, cum totus mundus immerſus erat tenebris ſummis & horribilib. nempe Idololatrijs omnibus, & alijs uicijs, de quibus melius eſt obticere quā quidquā dicere, ſua amatiſsima paſſione & hoc nullis humani generis meritis, genus humanum redemit & illuminauit, uicia, ex diabolo nata extinxit, omnemq; Idololatriam, qua diabolus mundum cæcum duxit, depulit, detexit, ſtimulum mortis confregit, & mundum ſuum exacta illuminauit & reſtituit. *Diſcipulus.* Ego hoc nunquam animaduerti, antea equidem magna delectatione raptus ſum ad ſtudium Aſtrorum, nunc deinceps uehementius rapiar. Sed qui fit quod paſſionem ſuam non in æquinoctio Autumnali ſubierit? *Magiſter.* Quia tunc Sol recedit ab hemiſphærio ſuperiori, quod tunc tenebreſcere incipit. Et cùm ipſe ſit Sol illuminans corda hominū, & depellens tenebras, æquius fuit hoc fieri in acceſſu Solis ad nos quam receſſu. Poſtremò, quęrebas quare uoluerit pati ſub plenilunio, & non nouilunio, hoc æquidem non fruſtrà factū eſt, quia uoluit per illam eclipſim miraculoſam, etiam gētibus innoteſcere, easq; ad æternam ſalutem adducere. nunc habes paucis quæ quęrebas ſcire ex me. *Diſcipulus.* Venerāde præceptor, hæc magna cum uoluptate ex te audiui, & iam rurſus mihi incidit id quod Laicus meus inter alia, mihi in aurem ſuſurrauit. *Magiſter.* Quid quæſo eſt? *Diſcipulus.* Quam plurimos eſſe Chriſtianorū, qui hæc non tantum non intelligant, imò irrideant, inter quos reperiantur homines, qui deberent alios hæc docere cauſasq; oſtendere: quare Deus tam ſerio mandaſſet populo ſuo, ut celebret ſacratiſs. Paſca decimo quarto die primi menſis, cuius nouilunium aut proximè præcedat, aut ſequatur æquinoctium Vernale. Inſuper deberent hominibus imperitis inculcare, & ingeminare indeſinenter, articulum fidei noſtræ, ſcilicet, & Reſurrexit à mortuis. *Magiſter.* Tu ſanè hactenus

nu

tui Laici sæpe fecisti mẽtionem, qui mihi, quamuis ignotus, eò charior est, quod animaduertat, quæ etiam illi, quorum officium est, non tantum non animaduertunt, sed ne curant quidem, hęc per digreßionem proposito nostro inserta sunt, sed, ut spero, non inutiliter. Nunc reuocamur ad propositum, & institutum nostrum. Tu nosti quod suprà de uarijs, & scelerosis heresibus, ac heresiarchis facta fit mẽtio, iam porrò, priusquam deueniatur ad ea, quæ suprà proposita sunt, hoc est, ad descriptionem septem Calendariorum, conueniens uidetur esse, ut ueterum quorundam principum, & conciliorum, nec non nostrorum, qui magnis conatibus attentarunt sacræ Nicenæ synodi decretum firmum, quod sub Anathemate est promulgatum, conseruare, ostendamus hoc facto, aggredietur institutum profectò ex paulò antè dictis facile intellectu est. Quare mancipia diaboli conata sint sacratiss Pascha aut corrumpere aut delere. *Discipulus.* Hæc, ut alia antè dicta animo beneuolo ex te audiam. *Magister.* Incipiam à Moyse primo populi Israëlitici & rege, & legislatore, qui iussu Dei, ut est uidere in libris Exodi, Numerorum, Leuitici, Deutheronomij, populo israëlitico iussit sacratißimi Paschatis diem, tanquam primum legis sacramentum, semper obseruare, qui etiam illis qui temerè eius celebrationem præterirent, exterminium animæ minatus est, & summam Dei ultionem. *Discipulus.* Ex his, quæ nunc dixisti, multa colligo, quibus uolo te molestare, sed expecto auidè quid porrò, dicturus sis. *Magister.* De Moyse longe plura dicerem nisi studerem breuitati. Nunc igitur ad reges deuenio, primo ad Ezechiam, qui Pascha iam diu abolitum magnis sumptibus restaurauit. Hunc sequitur Iosias, qui iussit & populo suo diem Paschatis ritè, & iuxta præceptum Dei celebrari qui, ut hoc aptius fieret, dedit pro sacrificio fiendo populo tria millia taurorum, & triginta millia ouium, non' ne hi sumptus fuerunt maximi, & optimo rege dignißimi? Nunc uenio ad Imperatores primorum Christianorum, inter quos Constãtinus primum se offert, qui, quantis sumptibus, periculis & laboribus Concilium Nicenum coëgerit, quisque cordatus secum facile coniectare potest. fuerunt etiam præter hunc alij Imperatores, qui anxiè laborarunt ut sacrum Pascha ritè perageretur propter resurrectionem Saluatoris nostri, ne excidat è memoria hominum. *Discipulus.* Rogo te ut plures mihi enumeres priusquam stilum aliò uertas. *Magister.* fiat. Nam Theophilus Imperator, magnus Christianismi & amator, & restaurator, Theophilum Alexandrinum Patriarcham Astronomiæ apprimè eruditũ multis precibus rogauit, ut nouos & quidem ueros Paschatis cyclos conscriberet. Sed posset aliquis dicere Quid imperatori cum eiusmodi rebus? huic respondum uolo uidelicet, quod ille bonus princeps & multi alij uiderint, multas indies exoriri contentiones, & hereses, propter sacri Paschatis celebrationem, à quo festo omnia reliqua festa mobilia pendent, & si corrueret, & deleretur quod reliqua omnia pessum irent, & resurrectio Christi, ascensio & Pentecostes unà cum cæteris laberentur è memoria hominum. quid deinde futurum foret tibi iudicandum relinquo. Hũc secutus, est Marcianus Clementißimus Princeps à quo Protherius antistes Alexandrinus, rogatus est, ut de Paschatis festo scriberet. Ita etiam fecerunt plerique alij principes in primitiua Ecclesia. Nunc transeo ad nostros quorum duos tantum recensebo, quorum alter præfuit imperio Romano, alter uero sedi Apostolicæ, nempe ad Diuum Maximilianum primum, & Leonem decimum, quorum uterque summis uiribus, ut Calẽdarium Romanum, iam uetustate temporum, ferè totum collapsum est ad suum pristinum nitorem, per uiros Astrorum scientiæ doctos, reduceretur, ne aliquando, ut factum est in primæua Ecclesia, contentiones, & hereses nouæ nascerentur, aut ueteres rursus renascerentur. Si Ethnici imperatores curam habuerunt ut solennitates suæ, quæ nihil nisi mera idolatria fuerunt, certis ac statutis temporibus peragerentur, uti fecit Iulius Cæsar, qui annum in rectum ordinem, ut mox audies, redegit, & Au

 gustus,

gustus, qui uiderat, nisi maturè succurreret, annū corrumpi, & eū, quo festa quæq; suis temporibus celebrarentur, rursus correxit. Quāto magis nostri, quibus gubernacula utrarumq; rerum publicarum sunt à Deo commissa debent tempestiuè curare ut Calendarium Romanum corrigatur. *Discipulus.* Nunc priusquā digrediaris audi paucis, quid meus Laicus amicus mihi obijecerit, quod uerbis tuis, ita me Deus amet, non est dissimile. *Magister.* Quid obsecrò est? *Discipulus.* Me non sine cachinno dicebat, impijssimos Manichęos, Machumetanos crudelissimos, Turcas, Saracenos, Arabes, aliosq; populos, cultores impij Machameti, illius diem quo infœlicissimā animā euomuit, nam Biathanatos sublatus est. Quotannis magno cū apparatu die certo celebrare, sed nos Christianos Pascha nostrū sacratissimū, uago & deuio calculo celebrare. Cachinnus illius male me habebat, sed postquam hæc ab illo audiui, pudore suffundebar, ac cogitabam mecum nos Christianos irrisione esse dignos, qui hoc anno Pascha 15. Aprilis celebrauimus cùm sub Anathemate sacri Niceni concilij debebamus celebrasse 18. Martij. *Magister.* Si nunc uellem in medium proferre fanos, quos impijssimi Iudæi in nos effundunt, tu sane multo magis mirareris. Sed hæc uolumus ad locum suum reseruare. Atqui cùm Calendarium Iulij Cæsaris, reliquorum sex, sit regula certa, placuit de eo primum dicere. Siquidem initiò propositi mei, pollicitus sum me acturum in hoc libello, de septem Calendarijs, septem præcipuorum, in orbe terrarum, populorum. Visum est illud primum in manus accipere, à quo reliqua pendent, Iulij Cæsaris scilicet, quo Catholica utitur Ecclesia. Nihil me mouebit Plinij opinio, qui asserit lib. 18. rationem dierum anni esse inexplicabilem. Nam constat Latinos iuxta triplicem anni obseruationem triplex habuisse Calendarium. Horum primum editum est à Romulo, qui primus fuit Romanorum Rex, quiq; ordinauit annum suum, ut esset trecentorum quatuor dierum, nempe decem mēsium, & inchoauit annum suum à Martio, & attribuit cuilibet mensi triginta dies, ubi uerò quatuor residuos intercalauerit non certò constat. De quantitate autem annorum Arcbadum, & Acharnanum ac aliarum gentium in præsentia nihil dicam. Siquidem ad propositum nostrum nihil faciant. De anno Græcorum agam hîc paucis, magis necessaria reseruabo in suum locum. Secundum autem Calendarium ædidit Numa Pompilius, alter Romanorum Rex ad hoc motus est, quod uiderat annum Romuli concisiorē, atq; diminutiorem esse, quàm quod cum anno Solari coëquari possit, à quo distabat spacio duorum mensium. Nam Numa fortasis instructus à Græcis, qui usi sunt anno lunari, adiecit anno Romuli 50. dies, & compleuit annum suum trecentis, quinquaginta quatuor diebus, in quibus conficiuntur duodecim lunationes, alternatim currētes, uidelicet 30. diebus, & 29. diebus, iuxta ipsius Lunæ cursum respectu Solis quæ à coniunctione eius cum Sole usque ad sequentem coitum absumit 29. dies, cum dimidio, relictis minutijs horarijs. Cæterùm ut haberetur ratio imparis numeri, qui magnificebat à Pythagoricis Numa subtraxit ex Februario unum diem, quem adiecit Ianuario, ut tam in anno, quàm in mensibus singulis, impar seruaretur numerus, præter Februarium. *Discipulus.* Quare numerum imparem pluris fecerunt antiqui, quàm parem, & Numa potius Februarium constituit parium dierum, quàm quemuis alium mensem.

Magister. Quamuis temporis breuitas non patiatur me prolixiorem esse, attamen me paucis explicabo è quæstione tua. Veteres, inquam, asseruerunt numerum imparem esse superorum, & parem inferorum, hinc dici solet, Deus impari numero gaudet. Februarius autem sumpsit nomē à Prisco uerbo Februo, quod significat lustro. Nam hoc mense ueteres lustrabant ciuitates, & iusta soluebant dijs manibus, & populus erat intentus sacrificijs cum facibus cereis pro impetranda animabus mortuorum uenia, & quiete. Unde non immeritò pari numero gaudet. en habes paucis quod petebas, nunc redeo ad institutum. Ex tali am-

putatio-

putatione unius diei à Februario manifestum est. Ianuarium, Aprilem, Iunium, Sextilem, Septembrem, Nouembrem, & Decembrem, undetricenos habuisse dies, Martium uero Maium, Quintilem, & Octobrem tricenos dies, & Solus Februarius uiginti octo, quasi inferis ex causa dicta, diminutio & par numerus cõuenit. Et cùm ueteres Romani secundum distributionem, Numæ Pompilij, ad cursum Lunæ, quemadmodum Græci, annum suum cõputarent coacti sunt mense intercalare uti Græci. Qui postquam animaduerterunt, se temerè ordinasse annum 354. dierum, siquidem Sol absoluat unum cursum sub Zodiaco in 365. diebus & una quarta ferè diei artificialis hoc animaduerso excogitarunt dies intercalares, & quolibet anno octauo 90. dies intercalarunt, distributos in tres menses tricenum dierum, hi 90. dies reseruati sunt ex undecim diebus, & quarta unius, quibus annus Græcorum minor erat solari. Hi dies nascuntur ex ductione 8. in illud residuum, uel incrementum. *Discipulus.* Vti audio quilibet annus octauus fuit quindecim mensium, & talis annus habuit 444. dies. *Magister.* Tu rectè opinaris, hic nouus appellabatur, seu hyperbolitus. Cæterùm cùm hæc talia sint, quæ longam expostulent narrationem, & ad nostrum propositum non multum faciant nunc ea missa faciam, usque ad locum suum, nempe Calendarium Atticorum seu Græcorum, & uertam me ad tertium Calendariũ, quod nostræ institutioni accõmodum est, nempe ad illud, quod Iulius Cęsar cõposuit, qui non tantum in rebus bellicis fuit excellentiss. imò etiam in Astrorum scientia peritiss. mus. Nam postquam Cæsar Aegyptum Romano Imperio subiecerat, ab Aegyptijs ueram anni quantitatem didicit, & rursus Romam ueniens, ac Pontifex maximus fuerat creatus, appulit animum ad ordinandum rempublicam in meliorem statum, quod erat primum, deinde uertit animum suum ad corrigendos fastos, negligentiam pontificum intercalando adeo turbatos, ut neque messium feriæ æstati, neque uindemiarum autumno conuenirent. *Discipulus.* Vellem profectò ex animo, ut haberemus nunc quoque tales Põtifices, & alios Ecclesię proceres, qui aliquando euigilarent, & crassos errores, ac turbatum Romanum Calendarium suo pristino nitori restituerent. *Magister.* Ergo uel, lem, his porrò erroribus à Cæsare animaduersis. accommodauit annum ad Solis cursum & non Lunę ac mensem intercalarẽ prorsus abstulit, & quolibet quarto anno unum diem ex 6 horis integratum, intercalauit, & posterum perpetuò intercalandum censuit. Et initurus exordium nouæ ordinationis, dies omnes, qui confusionem adhuc poterant facere, consumpsit atque exterminauit. hinc annus confusionis ultimus protensus est in 444. dies. In his omnibus imitatus est Aegyptios qui Solis omnium rerum cœlestium erant conscij, &, ut dictum est supra, ad numerum Solis, qui 365 diebus & quadrante, cursum absoluit, annum dirigere conatus est. *Discipulus.* Iam ex re intellexi quarto quolibet annò propter quadrantem diei, unum esse intercalandum diem. Sed nondum dixisti, cui mensi, & cui diei mensis, iste dies, qui collectus est, ex quadanti diei, iam sæpius nominati, sit inserendus, ne annus turbetur. *Magister.* Sine quæsò me pertinentèr quo nolo. *Discipulus.* Sino. *Magister.* Hoc negocij dedit sacerdotibus, uidelicet ut unum intercalarent diem, eo scilicet mense & loco, quo etiam apud ueteres mensis intercalabatur, scilicet ante quinque ultimos dies Februarij, hoc est, sexto Calendas Martij, talisque annus bisextus siue bisextilis appellabatur, & id propterea, quod sextus Calẽdarum bis ponunciabatur. Hoc sanè ualde mirum erat, quod annus confusionis continens 444 dies, quando Iulius Cæsar erat emendaturus Calendarium immediatè præcesserit emendationem dictam. *Discipulus.* Sed cupio scire num emendationem immediatè præcesserit annus confusionis, ubi menses intercalares, suo inseruerit Calendario. *Magister.* De his dicam tibi alias, quia hæc paucis explicari non possunt. Hanc, anni Ciuilis, reformationem ac constitutionem Cæsar publico edicto palàm promulgauit per to

BBB 5 tum

tum Romanum Imperium, & iste annus prudentissimè reformatus meritò possit nominari annus promulgationis, atq; publicationis. *Discipulus.* Si nostri aliquando summi magistratus tam seculares, quam Ecclesiastici, euigilarent, & periculum imminens, propter Calendariũ Romanum iam collapsum considerarent, illudq; emendarent, quomodo putas, illum annum quo talis emẽdatio fieret appellandum? ego certe ut uerum fatear, appellarem annum Iubileum. *Magister.* Tu sentis idem quod ego, & si aliquis titulus hoc maior foret, ego eo talẽ annum dignarer. Iam eò redeo unde digressus sum. Ceterùm talis promulgatio dicti anni saltem per annum dilata est. Siquidem tam cito fieri non poterat per imperium tam late patens, nisi spatio unius anni, & hoc anno publicationis, immediatè sequens annum emendationis, ille incomparabilis heros C. Iulius Cæsar occisus est in senatu Idibus Martij. quod factum est post correctionem anno uno, mensibus duobus cum dimidio transactis. *Discipulus.* Hoc audio magno cum dolore, quod tam insignis, tam prudens, & peritus in omnibus rebus cum in illis, quæ ad pacem, & tum in illis quæ ad bellũ in magno principe requiruntur, quibus adiunxit etiam summam in Astrorum scientia, peritiam, nõ alia præmia suorum maximorum laborum, nec non meritorum ex hoc mundo acceperit, quàm mortem uiolentam. Quid porrò factum est, mansitne talis emendatio firma? *Magister.* Non. *Discipulus.* Quare, aut quomodo obsecro? *Magister.* Post mortem Cæsaris, sacerdotes aut malitia, aut negligentia inconsulte introduxerunt alium errorẽ, qui postea ab Augusto Imperator fuit emendatus. *Discipulus.* Fueruntne sacerdotes, in re tanta tam negligentes, quod permiserint alium errorem irrepere? dic quibus rationibus hoc contigerit. *Magister.* Nam cùm oporteret diem ex quadrantibus collectum quarto quoq; anno absoluto antequã quintus inciperet intercalare, illi quarto nondum confecto, sed incipiente intercalabant. Et iste error durauit triginta annis. In his annis duodecim intercalati sunt, cum debebant tantum nouem intercalari. ut iste error emendaretur iussit optimus ille imperator, duodecim annos, sine intercalatione diei intercalaris, transire, & ita illi tres dies absorpti sunt. Hunc annum Iulius Cæsar, à quo Iulianus appellatur in duodecim menses distribuit, & tribuit Ianuario 31. dies. Februario 29. Martio 31. Aprili 30. Maio 31. Iunio 30. Quintili 31. Sextili 30. Septembri 30. Octobri 31. Nouembri 30. Decembri 31. *Discipulus.* Tu iam numerasti mihi menses, in quos Annus Iulianus est distributus. Nunc cupio scire ex te, à quo mense Cæsar annum suum inceperit. *Magister.* Ab Ianuario & non à Martio, sicut annus Romuli inceptus est, & mensis qui Quintilis antea appellabatur. Is postea Iulius est appellatus, & hoc in honorem Iulij Cæsaris. Insuper Sextilis postea quoq; aliud nomen induit, qui Augustus est uocatus. *Discipulus.* Ob quam causam Augustus dictus est? *Magister.* Hoc dicam lubenter. en id factum est, quod respublica ab eo aucta sit, & tres triumphos in urbem intulerit, & ex Ianiculo tres legiones ab eo deductæ sint atq; eius fidem, & auspicia secutæ, ad hæc Aegyptus hoc mense redacta est sub imperium populi Romani, præterea quod fere maximum rerum est iam recensitarum: hoc mense bellis ciuilib. impositus est finis. Et cùm iste mensis huic imperio fuerit fœlicissimus placuit Senatui, Augustum, in honorem Cæsaris Augusti, hunc mensem in posterum uocari, & est unus dies, subtractus Februario & huic mensi additus est, ut quoque esset 31. dierum. Hactenus ad longum tibi proposui anni Iuliani ordinationem, emendationem, & distributionem. Quid amplius quæris? *Discipulus.* Nihil aliud nisi ut mihi deinceps paucis dicas in quot partes, seu species annus Iulianus partiatur. *Magister.* Ego dicam en primo diuisus est in politicum, seu solarem & Ecclesiasticum, licet, alij aliter diuidant, & hoc propter diuersa initia. Siquidem ille, qui est rerum ciuilium consideratio, iuxta prædicta, sumit principium à primo die Ianuarij. Hic autem à lunatione, quę proximè pręcedit, aut se-

quitur

quitur æquinoctium Vernum. nisi suprà copiosiùs de hac re dixissem, nunc plura dicerem, sed hoc scias hunc annum aliàs dici Lunarem ad Solarem accõmodatus, qui Ecclesiasticus appellatur, eò quod in Ecclesia festa queq; pendentia à festo Paschatis, secundùm initium huius anni peraguntur. Deinde, Politicus rursus diuiditur. *Discipulus.* Quomodo? *Magister.* In Astronomicum Medium & apparentem, seu tropicum. *Discipulus.* Quò referuntur initia horum duorum annorum. *Magister.* Initium medij, refertur ad æquinoctium seu Solstitium medium. Et apparentis ad uerum æquinoctium siue Solstitium. *Discipulus.* Vt intelligere possum ex tuis uerbis, quantitas annorum Astronomicorum, alia est quàm quantitas anni Politici siue Solaris, cuius suprà fecimus mentionem. *Magister.* Nimirum Nam annus Astronomicus tempore Ptolemæi, priusquã motus trepidationis est inuentus. fuit dierum 365. hor. 5. minutorum 55. secundorum 12. Inchoans ab equinoctio, quod nunc medium appellamus, in tanto, inquam, tempore Sol eò reuertitur unde digressus est. Posteriores autẽ, ut est Alphonsus, & multi alij doctissimi Astronomi repererunt huius anni quantitatẽ suis temporibus, minorem fuisse, nempe 365. dierum, horarum 5. minutorum 49. & secundorum 17. *Discipulus.* Quo tempore obsecro hæc quantitas anni fuit obseruata. *Magister.* Anno scilicet, à recuperata salute 1251. Nostris aũt temporibus non multum distat à quantitate Ptolemaica. *Discipulus.* Quanta est illa distantia. *Magister.* 5. m̃. 55. secundorum. Sed à Iuliano anno est Ptolemaica distantia, 4. m̃ 48. secund & Alphonsina 10. m̃. 43. sec. Hinc natus est error in Paschatis celebratione, siquidem puncta æquinoctiorum recesserint in antecedẽtia à suis sedibus, in quibus hęserunt tempore cõcilij Niceni scilicet, Anno Christi 323. quo tempore Sol ingressus est in Arietem die 21. Martij, hoc anno uerò quo hæc scribere cœpi ingressus est in Arietem, die undecimo Martij, hunc errorem etiam Lunæ reciprocatio in antecedentia promouit causa aurei numeri, seu cycli lunaris. Sed de his suo loco plura dicam. *Discipulus.* Vt intelligo ex uerbis tuis annus sydereus non est constant ac immobilis, qui maior fuit temporibus Ptolemæi, & minor temporibus Alphonsinorum, & nunc rursus petit, crescendo, quantitatem Ptolemaicam. *Magister.* Huius incrementi & decremẽti quantitas in multis annis non est, ual de perceptibilis, & cum 5. horæ 55. m̃. 12. secundæ seu 5. horæ 49. m̃ 16. secun. ultra dies 365. in quadriennio non conficiat integrum diem, & in quinquennio plus quam diẽ, Iulius Cæsar Astronomus ex-excellentiss. non sine magno cõsilio, cum solaris, siue ciuilis annus in multis annis, non haberet perceptibilem aliquem uariationem, & esset quasi fixus, accepit pro 5. horis, 55. m̃. 12. sec. aut 5. hor. 49. m̃. 16. sec. integras sex horas quæ in quadriennio simpliciter integrum diem constituit, adijciendum 365. dieb. pro anno bisextili habendo. *Discipulus.* Optarẽ, ita me Deus amet, sicuti suprà quoque dixi, ut nostro tempore, haberemus in utroq; regimine cùm seculari, tum Ecclesiastico, qui tanta solicitudine laborarent, ut, Romanum Calendarium iam ferè totum collapsum reformaretur, quãta Ethnici principes Iulius Cæsar, nimirum, & Augustus multiq; alij, olim laborarunt, ut conuenientem pro historijs, & seculari regimine, haberent annum. *Magister.* Non dubito quin facerent, sed cùm nunc omnia in Christianissimo, sint exulcerata, & minãtur, propter crebra bella, seditiones, atq; in religione dissensiones, summam ruinam, illi aliò, uelint nolint, trahuntur. *Discipulus.* Quæ hactenus à te dicta sunt de anni solaris speciebus, & rebus alijs libenter audiui, & non tantum libenter audiui, imò etiam multa inde didici, quæ antehac me fugierunt. Crede mihi senex obseruande, quòd magnam apud me initurus es gratiam, si porrò mihi etiam de anno lunari, cuius suprà aliquam fecisti mentionem, uerba feceris, siquidem celebratio diuini Paschatis inde pendeat. *Magister.* Tu rectè dicis, inde pendeat. Et pendet sanè. Nam Ecclesiasticus filius Sirach enarraturus magnitudinem diuinę maie-

statis

statis cucurrit ad Solis mirabiles operationes, & motus, & consimiliter Lunæ, inquiens, & Luna in omnibus in tempore suo, ostensio est temporis, & signum æui. A Luna signum diei festi, luminare quod minuitur in consumatione. Mensis secundum nomen eius est crescens mirabiliter, &c. Per signum diei festi nihil aliud uult dicere, nisi quòd celebratio illius festi sacri pendeat à Luna, profectò hinc colligere possumus quod nō sine causa factum sit, Deum tam sedulo præcepisse nouiluniorum obseruationem, sed de his aliàs plenius. Nunc redeo ad id quod à me petijsti. Primò sciendum est, sicuti suprà paucis tactum est, cùm dicerem de anno Numæ Pompilij, uidelicet, quod annus lunaris, qui solam lunā respicit, constet mensibus lunaribus synodicis & non periodicis, duodecim, & isti menses currunt alternis uicibus, scilicet, 29. & 30. diebus, & eius anni quantitas sit 354. dierum 8. horarum 48. m̄. 36. secundorum. Mensis autem lunaris synodicus, uti nosti, constat 29 die. 12. hor. 44. m̄. 3. secun. his, inquam, in 12 ductis, nascitur annus lunaris. *Discipulus.* Vti mihi uidetur ex uerbis tuis, annus lunaris est duplex quemadmodum solaris. *Magister.* Tu rectè sentis, est equidem duplex, nam alius est politicus ad solā lunam adcommodatus & potest dici annus lunaris politicus simplex. alius est lunaris politicus mixtus, respiciēs periodos cum Solis, tum Lunæ. *Discipulus.* Apud quos populos fuit simplicis politici lunaris anni usus? *Magister.* Apud Iudæos ante diluuium, & ueteres Romanos, sicuti suprà memini. Sed nunc temporis est eius usus apud Arabes & Mahometistas quemadmodum, quum peruentum fuerit ad explicationem Calendarij Arabum, clarius uidebis, & cōstat duodecim mensibus synodicis sicuti solaris annus. *Discipulus.* Quot uerò mensibus constat, annus lunaris mixtus? *Magister.* Hic annus constat aliquando duodecim mensibus lunaribus synodicis, aliquando tredecim, & insuper quolibet quadriennio uno die intercalari. *Discipulus.* Quis fuit usus, huius diei intercalaris, & similiter mensis intercalaris, seu embolismici? *Magister.* Fuit certè usus permagnus, nam nisi talis fieret intercalatio cū die intercalari quolibet quadriennio, & mensis, quolibet tertio, sexto, octauo undecimo, decimo quarto, decimo septimo, & decimo nono. Tunc æquinoctium Vernum prorsus turbaretur, ita quod non incideret æquinoctium in mēsem Nisan, in quo Pascha apud populum Israeliticum semper celebratur. *Discipulus.* Quæ hactenus de anno solari, & lunari abs te, uir uenerande, dicta sunt: sunt profectò satis perspicua nec non clara, fierent certè longè clariora, si ea uiderem in rotulis & circulis præ oculis depicta, nempe in talibus, quæ continerent menses distinctos, & similiter dies, cum debitis numeris, uti uidere est in dorso Astrolabij, ad hæc faceres, ita me Deus amet, mihi rem gratissimam, si me edoceres quo pacto, meo in posterū Marte possem eiusmodi rotulas, & Calendaria describere ac conficere. *Magister.* Non equidem grauabor huic tuæ petitioni satis facere maximè cùm sit & necessaria, & æqua. Cùm itaq; uolueris lunarem annum in præparata charta aut membrana in suos diuidere menses & dies. Primùm describas limbum Romani Calendarij in aliqua magna Tabula uel alia superficie plana cum numero dierum, atq; mensium nominibus suis uides in rotula papiracea, A, B, C, D, cuius limbus diuisus est in duodecim menses, & trecentos sexaginta quinq; dies, & cum numerus dierum sit impar, circulus dierum in sua diuisione habet aliquam difficultatem. Huic uerò difficultati hoc pacto obuiare poteris, & spaciola dierum in suo circulo æqualiter diuidere, quod per necessarium est, accipias, inquam, seorsum alium circulum eiusdem cū priore, quantitatis, & diuidas eum in duodecim æquales partes, deinde unā earum partium diuidas in tres partes, & rursus harum partium in decem partes æquales, quo facto, accipias intercapedinem quatuor talium partium seu graduum, quinquaginta quinq; minutarum, hanc intercapedinem transferas in circulum Calendarij pro 5. die. *Discipulus.* Quid quæsò deinde faciendum erit? *Magister.*

postquam

postquam translatio prædicta facta est, tunc diuidendum erit residuum Calendarij in 360. æquales partes. Primum scilicet, in sex partes, quarum quælibet deinde subdiuidenda erit, in 60 partes, & postquam hæc perfecta est diuisio, numeres cuilibet mensi suos dies competentes, uidelicet. Ianuario 31. dies, Februario 28. & Martio quoq; 31. dies, & sic agendum erit cum reliquis mensibus, secundùm partitionem Iulij Cæsaris, de qua audiuisti suprà multa. Atqui postquam absoluisti condecentem Romani Calendarij descriptionem, procedas ulterius ad describendum Calendarium anni lunaris. *Discipulus.* Dic quæso, quo pacto hoc absoluendum erit? *Magister.* Primò parato rotulam ex membrana, uel chartæ, hæc intra Calendarium Romanum adaptetur, & habeat tres columnas, unã pro primo anno, alteram pro secundo, tertiam pro anno tertio lunari. Prima columna signata est literis a b c, secũda literis e f g, tertia uero cum literis h i o. Istæ tres columnæ habent circulos suos diuisos in dies æquales anni lunaris, & deinde cuilibet columnæ adiectæ sunt diuisiones mensium lunarium, qui, inquam, menses alternatim sunt diuisi, scilicet, primus habet 30. dies, & secundus 29 & tertius rursus 30. dies, ac quartus 29. & sic deinceps. *Discipulus.* Hæc diuisio uti uideo longè distat à diuisione mensium solarium. *Magister.* Nimirum *Discipulus.* Dic, quæso, unde ueniat hæc disparitas diuisionum. *Magister.* Tu es profectò in re facili nimium curiosus. *Discipulus.* Sum, ut solent, qui rerum cupiunt rectum intellectum *Magister.* Suprà audiuisti, quando anni lunaris, ac mensium lunarium, synodicorum feci mentionem, nempe, quod mensis lunaris synodicus, de reliquis suo loco dicam. à ueteribus Astrorum inspectoribus diligentissimis, depræhensus sit, & hoc laboribus maximis, in se continere 29. dies, 12. horas, 44 m̃. & 3. secund ferè. his diebus, horis, & minutis atq; secundis, per 12. ductis, nascitur annus lunaris communis 354. dierum, 8. horarum, 48. minutorum, & 36. secundorum. Cæterum cùm hominibus illis incomparabilibus in Astrorum scientia uidebatur per difficile esse præcise singulos menses distribuere iuxta quantitatem mensis suprà scriptam, acceperunt pro primo anni mense 30. dies. Siquidem ex his duodecim horis nascatur dies integer, pro sequenti mense ordinarunt 29. dies, minuta uerò, & secunda aliò reseruarunt. *Discipulus* Hæc profectò eò libentius ex te, præceptor plurimum obseruande, audiui. quod nũquam non ex animo cupiuerim annorum rectè habere cognitionem. Atqui adhuc unum me torquet, postquam rectè inspexi rotulam annorum lunarium. *Magister.* Miror equidem quid hoc sit. *Discipulus.* Dicam, non uideo cur tria spatiola in circulis annorum lunarium nigra, & breuia ac non ita longum extensa, sint in Calendario Romano, complectente, anni Solaris, excepus sex horis, quãtitatem, & sunt singula distincta in undecim partes æquales. *Magister.* Laudo equidem tuam curiositatem, eamq; magis laudarem si non mediocritatem, quæ in omnibus rebus debet principem locum tenere, excederet. Sed ut habeas tui dubij solutionem debes, dico rursus in memoriam reuocare ea, quæ paulò antè dicta sunt de annorum tam solarium quàm lunarium quantitate, quæ rectè inspecta reperies, eorum differentiam exactiorem esse 10. di. 21. hor. 12 m̃. proximè, & pro horis, & horarum minutijs non sine causa integer dies accipitur & ponitur differentia prædictorum annorum 11. dierum. Hinc fit quod, quando Sol suam periodum, hoc est, annum solarem absoluit, quod Luna a qua lunaris annus describitur. Relinquatur post terminum, ac finem solaris anni, in quantitate undecim dierum. Sicuti uideri est in tribus spaciolis trium circulorum, in longum circulariter extensis. Esto exempli gratia, quod Sol sit in principio Ianuarij, & in circulo exteriori, nempe Calendario Romano, & Lunę coniunctio cum Sole in puncto, A. circuli primi anni lunaris quoq; in principio Ianuarij, & cum Sol (siquidem ambo simul inceperunt descriptionem annorum) rursus peruenerit ad principium Ianuarij, quod fit in 365. diebus, Luna non peruenit

uenit ad principium Ianuarij, nempe punctum, A imò facit anni sui finalem terminum, in puncto, n. die scilicet 20. prope ipsius Decembris. Sic fit in secundo, & tertio anno lunari, ut semper annus lunaris minor sit anno solari spacio undecim dierum, & ut hoc plenius intelligas, secundus annus terminatur in puncto h. tertius uerò in m. puncto, in Calendario Romano in uigesimo octauo die ipsius Nouembris scilicet. Pro tertio anno intercalatur mensis unus, qui appellatur mensis embolismicus, ut est spaciolum, m. p. in rotula annorum lunarium, & fit annus tertius semper tredecim dierũ mensium, & hoc etiã scias quòd mẽsis embolismicus sit 30. dierũ inuariabilis semper. *Discip.* Hęc profectò quę mihi non solũ prolixè exposuisti, imò etiã tã clare, ut nihil clarius potuisset fieri. Verum adhuc unum desydero. *Magister.* Dic illud, si potero te, cùm uideam te nòn esse hominem ignauum, ex eo explicare reperies me non tantum paratum, uerum paratissimum. *Discipulus.* Paulò antè quęsiui, quid uelint sibi tria spaciola nigra in circulis annorum lunarium curue in longum extensa, quæ singula ęqualiter distincta sunt in undecim partes. Non dubito quin illæ undecim distinctiones, per quas dies denotantur, habeant proprias appellationes: Rogo te ut facias me certiorem earum appellationum. *Magister* Id libenter faciam, appellantur, inquam, illi dies denotati, per prædictas distinctiones, epactæ, nempe dies superadditi, & hoc uocabulum uenit à uerbo Græco ἐπάγω, composito ab ἐπὶ, & ἄγω, & sunt illi dies, qui essent addendi ut annus lunaris fieret æqualis anno solari, quemadmodum ex prædictis satis superque intellexisti, & in sequentibus, ubi de his uberior fiet declaratio melius intelliges. *Discipulus.* Nunc mihi, senex, & præceptor, multis nominibus, plurimum uenerãde, in memoriam uenit. quod, quando legi Calendarium Io. Stoffleri, olim in Academia Tubingensi, (in qua semper floruerunt, in omni genere scientiarum, & maximè his temporibus, uiri celeberrimi.) fuit Mathematicus, & Astronomus, quod nominet istos dies sucaras epactas, qua ratione hoc factum sit scire equidem percupio. *Magister.* Sicuti hactenus, paratus fui, pro uirili mea, uotis tuis, utrumque respondere, ita deinceps, adolescens perchare, ero. Cæterùm, priusquàm huic tuæ petitioni, ratione epactarum respondeam, uidetur me operæprecium facturum, aliquid de cyclo decemnouẽnali in medium proferre, & ut rem melius intelligas definiam ac describam in genere, quid sit Cyclus. qui Latinè dicitur orbis, seu circulus, ut si quid ab aliquo puncto certo tanquam initio, certo quodam tempore exire incipit, & post definitam quandam temporis, intercapedinem in idem redit, dicitur tunc suum cyclum absoluisse. Exempli gratia. Esto quod Luna fuerit hodie in primo gradu geminorum à quo digrediens moueatur suo motu in consequentia donec rursus perueniat ad primum gradum geminorũ, quod fit in 23. diebus, 7. hor. 44. m̃. Ista periodus, dicitur cyclus, & hoc non ignorandum est, nempe quod iste cyclus decemnouenalis dicatur, etiam Aureus numerus, quare autem Aureus dicatur reperio duas à nonnullis adsignari causas, quarum altera est, quod quemadmodũ mediante auro omnia fiũt uenalia, ita per hunc numerum in Ecclesia reperiãtur fere omnia festa mobilia, altera uerò est, quod Alexandrini, (alij hoc adscribunt Babylonijs,) rerum cœlestium inuestigatores excellentissimi, uarias, ac multiplices Lunæ peragrationes ad Romanos tum temporis rerum dominos, in Tabella quadam argentea Aureis scripta literis miserunt, undè edocti sunt Romani lunares cum Sole coniunctiones, & oppositiones, cum reliquis aspectibus inuenire. Huius cycli inuentores fuêre, ut refert Ruffus festus, Harpalus, author uetustissimus, & Methon Atheniensis. Sunt etiam qui adscribunt huius cycli scilicet, 19. annorum ad inuenienda nouilunia inuentionem Alexãdrinis, & quod Iulium Cæsare adnitẽte M. Flauio scriba, & Sosigenæ rerum cœlestium peritiss. Hunc cyclum decemnouenalem Romam ab Alexandria secum portasse, & suo anno solari præfixisse, testis est Macrobius.

us. *Discipulus.* Hactenus abs te dicta, animo attento audiui. Nunc cupio, tua uenia, mihi officium huius cycli clarius exponi, deinde an sit simplex, aut duplex, & an præcipui populi orbis terrarum usi sint hoc cyclo solo, aut an habuerint proprios cyclos. *Magister.* Sciendum est tibi, quod paulò antè in genere descripserim, quid sit cyclus, quod si rectè intellexisti, uti non dubito, nunc scire debes, quod cyclus decemnouenalis sit reuolutio nouemdecim annorum solariū, in qua omnis Lunæ primationis diuersitas ad pristinam reuertitur positionem, quod antiquitas credidit, sed posterior ętas longa obseruatione repent hoc non esse præcisè uerum. Nam exempli gratia, iuxta antiquitatem, hoc est, institutores primos huius cycli, qui est, ita me Deus amet, magnum, & nobile inuentum, si fiat aliqua media coniunctio Lunæ cum Sole in principio Arietis, in ipso Meridie, scilicet, hora duodecima, tunc, lapsis nouemdecim annis, deberet rursus eo tempore fieri, sed fit anticipatio unius horæ, & aliquot minutorum. *Discipulus.* Quamuis uerba tua sint satis clara, & perspicua, tamen intellectus meus est crassior, & obscurior quā ut hoc possim intelligere, quare, ne graueris mihi hoc calculo, quo quæq; intricata fuit, plerumq; clariora, exponere. *Magister.* Faciam, quod petis libenter, sed hoc memori memoria tibi tenendum est, nempe quod prisci Romani, & Greci, lunares, sicuti suprà etiam commemini, obseruauerunt annos, quos per embolismos ad solares reduxerunt. Sed Alexandrini, & iuniores Romani, authore Iulio Cæsare, solares annos, cum intercalatione, quarto anno quolibet, unius diei, teceperunt. Si itaq; 365. dies, & 6. horas, tantus est, inquam, annus solaris seu Iulianus, duxeris in 19. annos, hoc est, unum cyclum decemnouenalem, prodibunt tibi 6939. dies, 18. horæ, modò uiè operatus sis. In his annis, nempe 19. fiunt 235. lunationes & in uno cyclo, sunt 7. anni embolismales, uidelicet, 3.6.8.11.14.17. & 19. quorum singuli complectuntur 13. mēses, & si itaque 13. duxeris in 7. habebis, 91. rursus si reliquos duodecim annos, qui sunt communes, quorum singuli taxantur duodecim mensibus duxeris in duodenarium numerum prodibunt 144. lunationes quibus iunctus cum 91. lunationibus habebis 235. lunationes, totidem continet unus cyclus, constans ex 19. annis solaribus, lunationes. Nunc porrò per dies, horas, minuta, & secunda, unius mensis lunaris, nempe 29. di. 12. hor. 44. m̄. prædictæ lunationes multiplicabuntur, nascentur 6939. di. 16. hor. 31. min. 45. secund. his diebus, horis, &c. collatis, cum 6939. di. & 18. hor. uidebis differre inuicem in 1. hor. 29 min. & 20. sec tantum, inquam, temporis lunationes 19. annorum lunarium minores sunt 19. annis solaribus Iulij Cæsaris, pro his possumus sine errore ponere 1 hor. 30. m̄. Hic uides manifestè unde oriatur anticipatio de qua dixi paulò antè & quod cyclus ille non præcisè præstet quod antiquitas de eo pollicebatur. Quamuis anticipatio prædicta nō erat tunc temporis perceptibilis in paucis annis, attamen, à constitutione huius cycli in Ecclesia, usq; ad nostra tempora ualde perceptibilis est facta, uidelicet ferè 5. dierum, uti suo loco satis abundè, si Deus uoluerit, audies. Et ut res manifestior sit, calculata est à me Tabella sequens de anticipatione Aurei numeri, seu lunationum ab uno cyclo, scilicet, 19. annorum usque ad ducentos, & quinquaginta sex cyclos decemnouenales utpote 4864. annos.

Aurei numeri Anni	Hor.	M.	Anni	Dies.
19	1	30	304	1
38	3	0	608	2
57	4	30	912	3
76	6	0	1216	4
95	7	30	1520	5
114	9	0	1824	6
133	10	30	2128	7
152	12	0	2432	8
171	13	30	2736	9
190	15	0	3040	10
209	16	30	3344	11
218	18	0	3648	12
247	19	30	3952	13
266	21	0	4256	14
285	22	30	4560	15
304	24	0	4864	16

Præterea petijsti suprà certior fieri an simplex, aut multiplex sit cyclus iste, ad hanc tuam petitionem respondeo paucis, utpote, plures alios ex hoc prædicto cyclo fluere cyclos, nam Calippus, qui uixit temporibus Alexandri Magni, constituit alium cyclum ex quatuor cyclis Metonticis compositum, qui continuit 76. annos uulgares, in quo complectebantur 28. menses embolismici, & præterea dies 19. quia annus Metonticus non satis erat accommodatus ad dies embolismicos, seu intercalares. *Discipulus.* Vnde obsecrò nascuntur 28. menses embolismici, & 19. dies ad quos annus Metonticus non satis est adcommodatus. *Magister.* Tu queris, quæ non admodum sunt necessaria. En si in uno cyclo conflato ex 19. annis solaribus, sunt 7. anni intercalares siue embolismici, sicuti dictum est. erunt igitur sine dubio in quatuor cyclis solaribus seu Metonticis 28. anni intercalares. Et consimiliter 19. dies præcisè bisextiles, siquidem diuisis 76 anni, per quatuor totidem dies oriantur exactè. *Discipulus.* Comprehendit ne ista periodus Calippi omnem uarietatem intercalationis si anni magnitudo habebit ultra 365. dies, sex horas unius diei? *Magister.* Maximè iuxta Metonis sententiam, quia nulla uel collatio, uel emendatio ex antiquioribus obseruationibus, quarum nulla fuit, institui potuit. Sed à posterioribus, quib fuerunt obseruationes longè antiquiores, quàm Metoni & alijs u ris, aliàs satis diligentibus, unde factum est, quod aliā anni quantitatem repererunt. nempe minorem 4. m. 48. secund. Cæterùm cum hoc negotium longam requirat tractationem, reseruabitur in alium locum fortassis commodiorem. Ad hæc, cùm petieris an plures forent cycli huic rei seruientes, hoc etiam paucis habeas, utpote quod alium habuerint Aegyptij, aliū Arabes, & alium etiam Hebræi. *Discipulus.* Quales isti fuerunt, hoc est, quot annos in se comprehenderunt. *Magister.* Audies, en Aegyptiorum erat 25. annorum, Arabum 30. annorum, Hebræorum autem 247. annorum. *Discipulus.* Quare posuerunt tot annos pro suo cyclo? habuerūt ne Hebræi etiam minorem cyclum? *Magister.* Habuerunt equidem, & adhuc etiam habent cyclum decemnouenalem sicuti nos habemus. Sed ut ad maiorem & exactiorem peruenirent in hac re præcisionē, posuerunt tredecim cyclos decemnouenales pro uno, quoniam opinati sunt, & nō malè, uidelicet, quod post 247. annos omnia Festa legis redeant eodem modo sicuti prius celebrata sunt. Sic etiam, ut tibi satis faciam, Pascha nostrum, uti uolunt Canones, ab Ecclesia

hacte-

hactenus obseruati, redit semper post 532. annos, qui comprehendunt 28. cyclos decemnouenales eodem modo, quo initio horum annorū celebratū fuit.

Cæterùm ex quo non absentaneum literam de hoc cyclo magno, scilicet, 532. annorum, hoc loci, propter commoditatem, & utilitatem eius in Ecclesia, aliquid in medium producere, sed priusquam ueniam quo uolo, uisum est hic apponere Tabulam, quæ à natiuitate Christ extensa est. usque ad bis mille, & octoginta quatuor annos, hæc, inquam Tabula non immeritò dici potest Tabula perpetua temporum & Festorum mobilium, quamuis tantum sacratissimi festi Paschatis, in ea fiat mentio, quo mense & qua die mensis ueniat celebrandum, tamen facile, modo rationis festorum mobilium aliquis habeat rectā cognitionem quo pacto ab inuicem distent, reliquorum festorum menses & dies, in quibus celebranda sint intelliget. Ad hęc Tabula ista habet sex columnas seu lineas descendentes, quid significet habetur in capite columnarum, scriptum. Prima columna habet Aureum numerum, altera cyclum solarem demonstrat. Tertia continet literam Dominicalem, Quarta ostendit literas Bisextiles, Quinta habet festum Paschatis quo mense scilicet, & quoto die mensis eius sit celebratio. Sexta demonstrat annos à natiuitate Christi, & hoc per singulas facies foliorū usque ad finem eius. Quando itaque uolueris ex ea quęrere festum Paschatis, tunc quæras annum tuum propositum ascendendo in columnis quorum titulus est (Anni à natiuitate Christi, & e uestigiò in quinta columna, quæ præcedit columnam) Annorum à natiuitate Christi, obuiam habebis quoto die mensis, & quo mense festum Paschatis celebrandum sit. Insuper Aureum numerum, cyclum Solarem literam Dominicalem habebis, & similiter literam Bisextilem. Si annus fuerit Bisextilis, & hoc te non lateat nempe quod termini celebrationis Paschatis uersentur tantum intra duos menses, utpote, Martium ac Aprilem, hi menses, inquam Paschales, ostendūtur in quinta columna, cum litera A. & cum litera M. Exempli gratia, uolo ex hac Tabula inuestigare, quo mense, & quo die mensis, Anno 1453. quo anno truculentissimus hostis Christianorum Constantinopolim cœpit, festum sacratissimum Paschatis celebratum sit, quod, nimirum maiores nostri, eo anno multis lachrymis & fletibus, proch dolor, celebrarunt. Sed ut parum digrediar à proposito meo, nō possum nō adducere illā horribilem & ab omnibus Christifidelibus deplorandam expugnationem, quæ facta est anno prædicto 29. die Maij. Nam postquam Machometes Turcarum Imperator crudelissimus, cuius crudelitatem, quam exercuit, postquam potitus est urbe, nulla, profectò, oratione explicare potest, quid multis? Cæsar Constantinus inter fugiendum trucidatus est, eius caput amputatum cuspidi infixum circumferri in urbe iussit. Insuper Christi imaginem in urbe exigi iussit, & stercoribus proiectis conspurcari. Ad hæc, filiæ & coniux Cæsaris, unà cum alijs uirginibus & matronis honestissimis, ut tractæ sunt ad conuiuium, & post perpetratā stuprationem, frustulatim dissectæ sunt, nonne hoc est, horrendum, quid obsecrò horrendum, imò diu noctuq; à nobis, si modi essemus, quod esse uolumus, deplorandum. *Discipulus* Tu profectò excussisti mihi lachrymas narrando hæc truculentissima facta. *Magister.* Nunc redeo ad propositum unde parū digressus sum. Et postquam in columna annorum à natiuitate Christi inueni annos, scilicet, 1453 statim uerti oculos ad sinistram, & uidi primum diem Aprilis in columna, cui titulus est (Pascha resurrectionis, & in alijs columnis sinistrorsum, G, literam Dominicalem, cyclum Solarem 6. & Aureum numerum 10. Dico itaque quod eo anno miserrimo & horrēdo nostri maiores multis lachrymis, & magna tristicia celebrauerint Paschatis festum, primo die Aprilis, & sic etiam in alijs agendum est. Nihil scrupuli tibi inijciatur, quando uideris in columna annorum Domini à natiuitate eius, quatuor lineas descendentes, quarum singulę habent suos annos, hoc non frustrà fit, imò breuitatis causa nam in columna,

Tabella cycli Solaris.		
1	G	F
2	E	
3	D	
4	C	
5	B	A
6	G	
7	F	
8	E	
9	D	C
10	B	
11	A	
12	G	
13	F	E
14	D	
15	C	
16	B	
17	A	G
18	F	
19	E	
20	D	
21	C	B
22	A	
23	G	
24	F	
25	E	D
26	C	
27	B	
28	A	

Tabula mensium Martij & Aprilis.

Dies Mensis.	Literę Dominicales	Aureus numerus.
Martius		
1	D	III.
2	E	
3	F	XI.
4	G	
5	A	XIX.
6	B	VIII.
7	C	
8	D	XVI.
9	E	V.
10	F	
11	G	XIII.
12	A	II.
13	B	
14	C	X.
15	D	XVIII
16	E	
17	F	VII.
18	G	
19	A	XV.
20	B	IIII.
21	C	
22	D	XII.
23	E	I.
24	F	
25	G	VIIII
26	A	
27	B	XVII.
28	C	VI.
29	D	
30	E	XIIII.
31	F	III.

Dies menses	Literę Dominicales	Aureus numerus.
Aprilis		
1	G	
2	A	XI.
3	B	
4	C	XIX.
5	D	VIII.
6	E	XVI.
7	F	V.
8	G	
9	A	XIII.
10	B	II.
11	C	
12	D	X.
13	E	
14	F	XVIII
15	G	VII.
16	A	
17	B	XV.
18	C	IIII.
19	D	
20	E	XII.
21	F	I.
22	G	
23	A	IX.
24	B	
25	C	XVII.
26	D	VI.
27	E	
28	F	XIIII.
29	G	III.
30	A	
	B	

in qua

in qua sunt 1453. anni propositi uidelicet exempli, in illa linea transuersali, reperiuntur quoque 389. 921. & 1985. isti anni conueniunt in omnibus cum anno 1453. quod facilè experiri poteris per doctrinam datam de inuentione Aurei numeri, & cycli Solaris, & hoc non tantum in his numeris annorum imò etiam in omnibus alijs totius Tabulæ. *Discipulus.* Tabulam confectam iam, eiusq; usum uideo, sed quomodo sit conficienda si ad aliud tempus, quàm ad natiuitatem Domini esset constituenda, non assequor, neque quomodo sit confecta. *Magister.* Quando quis uoluerit operari in hac re, necesse est ut habeat in promptu Tabellam cycli Solaris cum literis Dominicalibus. Deinde Tabellam in qua fuit duorum mensium Martij nimirum, & Aprilis in quibus celebratio Paschatis solet fieri à Christianis Aurei numeri unam cum diebus mensium, & literis Dominicalibus, has duas Tabulas habes hîc adiectas, scilicet. *Discipulus.* Video eas, quid deinceps fiet. *Magister.* Tabula magni cycli, scilicet 532. annorum initium sumpsit à primo anno natiuitatis Christi, sicuti in ea uidere est. In ea, inquam, pro singulis annis à natiuitate Christi usque ad annum 2084. numeri Aurei, & numeri cycli Solaris, de cyclo in cyclum ordine à primo anno natiuitatis Christi usque ad finem eius, additi sunt Aurei numeri, utpote, pro inuentione coniunctionis mediæ luminarium, qua habita statim habebitur dies decimus quintus, tunc, aut in eodem si incidit in diem Dominicum eius anni aut in proxime sequenti die Dominico, celebrabitur sacratiss. festum Paschatis. Numeri uero cycli Solaris, ostendunt literam Dominicalem per totam Tabulam, & per eosdem numeros etiam, si error foret in literis dominicalibus, ille error, inquam, mediante Tabella cycli Solaris, facilè emendari posset Mensis, & dies Paschatis pro primo anno à natiuitate Christi ubi cyclus magnus, uti dixi, sumit initium. Quando itaque uolueris scire in quem mensem, mensium Paschalium, primo anno à natiuitate Christi, & similiter in quem diem mensis, ceciderit festum sacratiss. Paschatis, in memoria habeas quod, quando Christus natus est, sicuti suo loco habes, Aureus numerus fuit 1. & cyclus Solaris 9. Accipias igitur pro inuentione literæ Dominicalis primi anni à natiuitate Christi 10. pro cyclo solari, & statim habebis ad dexram Tabellæ cycli solaris b. literam Dominicalem, habita litera Dominicali, accipias 2. Aureum numerum, scilicet, primi anni, eumq; quæras in columna mensis Martij in linea Aurei numeri, & uidebis ad sinistram 12. in linea dierum Martij, in eum, inquam, diem cadit media coitio luminarium, ab eo deinde numeres inclusiuè, quindecim dies & peruenies ad 26. diem Martij, quæ habet in linea dierum Dominicalium literam a, & cum non sit litera Dominicalis pro anno proposito, imò b, litera immediatè sequens, dicas igitur. quòd Pascha eo anno, si fuisset celebrandum, inciderit in 27. diem Martij, eodem die etiam in consequentibus annis, scilicet 533. 1065. & 1597. celebrandum fuit. siquidem in his omnibus Aureus numerus est, 2. & cyclus Solaris 10. Ex his dubio procul, compositionem huius magnæ Tabulæ, eiusq; usum, & quo pacto, ad aliud initium, quàm ad primum annum Christi Saluatoris nostri foret componenda alia.

Aureus numerus	Cyclus Solaris.	Litera Dominicalis.	Literæ Biſſextiles.	Paſcha reſurrectionis.		Anno Domini à natiuitate eius.			Aureus numerus.	Cyclus Solaris.	Litera Dominicalis.	Literæ Biſſextiles.	Paſcha reſurrectionis.			Anno Domini à natiuitate eius.		
15	22	A		2	A	489	1021	1553	12	1	G	F	7	A	Pri-	524	1056	1588
16	23	G		25	M	490	1022	1554	13	2	E		30	M	mus	525	1057	1589
17	24	F		14	A	491	1023	1555	14	3	D		19	A	an-	526	1058	1590
18	25	E	D	5	A	492	1022	1556	15	4	C		4	A	nus	527	1059	1591
19	26	C		18	A	493	1025	1557	16	5	B	A	26	M	ana	528	1060	1592
1	27	B		10	A	494	1026	1558	17	6	G		15	A	tiui	529	1061	1593
2	28	A		26	M	495	1027	1559	18	7	F		31	M	tate	530	1062	1594
3	1	G	F	14	A	496	1028	1560	19	8	E		20	A	chri	521	1063	1595
4	2	E		6	A	497	1029	1561	1	9	D	C	11	A	ſti.	532	1064	1596
5	3	D		29	M	498	1030	1562	2	10	B		27	M	1	533	1065	1597
6	4	C		11	A	499	1031	1563	3	11	A		16	A	2	534	1066	1598
7	5	B	A	2	A	500	1032	1564	4	12	G		8	A	3	535	1067	1599
8	6	G		22	A	501	1033	1565	5	13	F	E	23	M	4	536	1068	1600
9	7	F		14	A	502	1034	1566	6	14	D		12	A	5	537	1069	1601
10	8	E		30	M	503	1035	1567	7	15	C		4	A	6	538	1070	1602
11	9	D	C	18	A	504	1036	1568	8	16	B		24	A	7	539	1071	1603
12	10	B		10	A	505	1037	1569	9	17	A	G	8	A	8	540	1072	1604
13	11	A		26	M	506	1038	1570	10	18	F		31	M	9	541	1073	1605
14	12	G		15	A	507	1039	1571	11	19	E		20	A	10	542	1074	1606
15	13	F	E	6	A	508	1040	1572	12	20	D		5	A	11	543	1075	1607
16	14	D		22	M	509	1041	1573	13	21	C	B	27	M	12	544	1076	1608
17	15	C		11	A	510	1042	1574	14	22	A		16	A	13	545	1077	1609
18	16	B		3	A	511	1043	1575	15	23	G		8	A	14	546	1078	1610
19	17	A	G	22	A	512	1044	1576	16	24	F		24	M	15	547	1079	1611
1	18	F		7	A	513	1045	1577	17	25	E	D	12	A	16	548	1080	1612
2	19	E		30	M	514	1046	1578	18	26	C		4	A	17	549	1081	1613
3	20	D		19	A	515	1047	1579	19	27	B		24	A	18	550	1082	1614
4	21	C	B	3	A	516	1048	1580	1	28	A		9	A	19	551	1083	1615
5	22	A		26	M	517	1049	1581	2	1	G	F	31	M	20	552	1084	1616
6	23	G		15	A	518	5050	1582	3	2	E		20	A	21	553	1085	1617
7	24	F		31	M	519	1051	1583	4	3	D		5	A	22	554	1086	1618
8	25	E	D	19	A	520	1052	1584	5	4	C		28	M	23	555	1087	1619
9	26	C		11	A	521	1053	1585	6	5	B	A	16	A	24	556	1088	1620
10	27	B		3	A	522	1054	1586	7	6	G		1	A	25	557	1089	1621
11	28	A		16	A	523	1055	1587	8	7	F		21	A	26	558	1090	1622

Aureus

De ſeptem Calendariis.

Aureus numerus.	Cyclus solaris.	Litera Dominicalis.	Literæ biſextiles.	Paſcha reſurrectionꝭ.		Anni à natiuitate Domini.					Aureus numerus.	Cyclus Solaris.	Litera Dominicalis.	Literæ Biſextiles.	Paſcha reſurrectionꝭ.		Anni à natiuitatē Domini			
9	8	E		13	A	27	559	1091	1623	Paſ	7	16	B		3	A	63	595	1127	1659
10	9	D	C	28	M	28	560	1092	1624	ſio	8	17	A	G	22	A	64	596	1128	1660
11	10	B		17	A	29	561	1093	1625	chri	9	18	F		14	A	65	597	1129	1661
12	11	A		9	A	30	562	1094	1626	ſti	10	19	E		30	M	66	598	1130	1662
13	12	G		25	M	31	563	1095	1627	an	11	20	D		19	A	67	599	1131	1663
14	13	F	E	13	A	32	564	1096	1628	no	12	21	C	B	10	A	68	600	1132	1664
15	14	D		5	A	33	565	1097	1629	33.	13	22	A		26	M	69	601	1133	1665
16	15	C		23	M	34	566	1098	1630		14	23	G		15	A	70	602	1134	1666
17	16	B		10	A	35	567	1099	1631		15	24	F		7	A	71	603	1135	1667
18	17	A	G	1	A	36	568	1100	1632		16	25	E	D	22	M	72	604	1136	1668
19	18	F		21	A	37	569	1101	1633		17	26	C		11	A	73	605	1137	1669
1	19	E		6	A	38	570	1102	1614		18	27	B		3	A	74	606	1138	1670
2	20	D		29	M	39	571	1103	1635		19	28	A		23	A	75	607	1139	1671
3	21	C	B	17	A	40	572	1104	1636		1	1	G	F	7	A	76	608	1140	1672
4	22	A		9	A	41	573	1105	1637		2	2	E		30	M	77	609	1141	1673
5	23	G		25	M	42	574	1106	1638		3	3	D		19	A	78	610	1142	1674
6	24	F		14	A	43	575	1107	1639		4	4	C		4	A	79	611	1143	1675
7	25	E	D	5	A	44	576	1108	1640		5	5	B	A	26	M	80	612	1144	1676
8	26	C		25	A	45	577	1109	1641		6	6	G		15	A	81	613	1145	1677
9	27	B		10	A	46	578	1110	1642		7	7	F		31	M	82	614	1146	1678
10	28	A		2	A	47	579	1111	1643		8	8	E		20	A	83	615	1147	1679
11	1	G	F	21	A	48	580	1112	1644		9	9	D	C	11	A	84	616	1148	1680
12	2	E		6	A	49	581	1113	1645		10	10	B		3	A	85	617	1149	1681
13	3	D		29	M	50	582	1114	1646		11	11	A		16	A	86	618	1150	1682
14	4	C		18	A	51	583	1115	1647		12	12	G		8	A	87	619	1151	1683
15	5	B	A	2	A	52	584	1116	1648		13	13	F	E	30	M	88	620	1152	1684
16	6	G		25	M	53	585	1117	1649		14	14	D		19	A	89	621	1153	1685
17	7	F		14	A	54	586	1118	1650		15	15	C		4	A	90	622	1154	1686
18	8	E		20	M	55	587	1119	1651		16	16	B		27	M	91	623	1155	1687
19	9	D	C	18	A	56	588	1120	1652		17	17	A	G	15	A	92	624	1156	1688
1	10	B		10	A	57	589	1121	1653		18	18	F		31	M	93	625	1157	1689
2	11	A		26	M	58	590	1122	1654		19	19	E		20	A	94	626	1158	1690
3	12	G		15	A	59	591	1123	1655		1	1	D		12	A	95	627	1159	1691
4	13	F	E	6	A	60	592	1124	1656		2	2	C	B	27	M	96	628	1160	1692
5	14	D		29	M	61	593	2125	1557		3	3	A		16	A	97	629	1161	1693
6	15	C		11	A	62	594	1126	1558		4	4	G		8	A	98	630	1162	1694

Aureus numerus.	Cyclus Solaris.	Litera Dominicalis.	Litera Bissextilis.	Pascha resurrectionis.		Anni à natiuitate Christi.				Aureus numerus.	Cyclus Solaris.	Litera Dominicalis.	Litera Bissextilis.	Pascha resurrectionis.		Anni à natiuitate Domini.			
5	24	F		24	M	99	631	1163	1695	3	4	C		18	A	135	667	1199	1731
6	25	E	D	12	A	100	632	1164	1696	4	5	B	A	9	A	136	668	1200	1732
7	26	C		4	A	101	633	1165	1697	5	6	G		25	M	137	669	1201	1733
8	27	B		24	A	102	634	1166	1698	6	7	F		14	A	138	670	1202	1734
9	28	A		9	A	103	635	1167	1699	7	8	E		6	A	139	671	1203	1735
10	1	G	F	31	M	104	636	1168	1700	8	9	D	C	25	A	140	672	1204	1736
11	2	E		20	A	105	637	1169	1701	9	10	B		10	A	141	673	1205	1737
12	3	D		8	A	106	638	1170	1702	10	11	A		2	A	142	674	1206	1738
13	4	C		28	M	107	639	1171	1703	11	12	G		22	A	143	675	1207	1739
14	5	B	A	16	A	108	640	1172	1704	12	13	F	E	6	A	144	676	1208	1740
15	6	G		8	A	109	641	1173	1705	13	14	D		29	M	145	677	1209	1741
16	7	F		24	M	110	642	1174	1706	14	15	C		18	A	146	678	1210	1742
17	8	E		13	A	111	643	1175	1707	15	16	B		3	A	147	679	1211	1743
18	9	D	C	4	A	112	644	1176	1708	16	17	A	G	25	M	148	680	1212	1744
19	10	B		24	A	113	645	1177	1709	17	18	F		14	A	149	681	1213	1745
1	11	A		9	A	114	646	1178	1710	18	19	E		30	M	150	682	1214	1746
2	12	G		1	A	112	647	1179	1711	19	20	D		19	A	151	683	1215	1747
3	13	F	E	20	A	116	648	1180	1712	1	21	C	B	10	A	152	684	1216	1748
4	14	E		5	A	117	649	1181	1713	2	22	A		26	M	153	685	1217	1749
5	15	C		28	M	118	650	1182	1714	3	23	G		15	A	154	686	1218	1750
6	16	B		17	A	119	651	1183	1715	4	24	F		7	A	155	687	1219	1751
7	17	A	G	1	A	120	652	1184	1716	5	25	E	D	29	M	156	688	1220	1752
8	18	F		21	A	221	653	1185	1717	6	26	C		11	A	153	689	1221	1753
9	19	E		13	A	222	654	1186	1718	7	27	B		3	A	158	690	1222	1754
10	20	D		29	M	223	655	1187	1719	8	28	A		22	A	159	691	1223	1755
11	21	C	B	17	A	224	656	1188	1720	9	1	G	F	14	A	160	692	1224	1756
12	22	A		9	A	225	657	1189	1721	10	2	E		30	M	161	693	1225	1757
13	23	G		25	M	226	658	1190	1722	11	3	D		19	A	162	694	1226	1758
14	24	F		14	A	227	659	1191	1723	12	4	C		11	A	163	695	1227	1759
15	25	E	D	5	A	228	660	1192	1724	13	5	B	A	26	M	164	696	1228	1760
16	26	C		28	M	229	661	1193	1725	14	6	G		15	A	165	697	1229	1761
17	27	B		10	A	230	662	1104	1726	15	7	F		7	A	166	698	1230	1762
18	28	A		2	A	231	663	1195	1727	16	8	E		23	M	167	699	1231	1763
19	1	G	F	21	A	232	664	1106	1728	17	9	D	C	11	A	168	700	1232	1764
1	2	E		6	A	233	665	1167	1729	18	10	B		2	A	169	701	1233	1765
2	3	D		29	M	234	666	1198	1730	19	11	A		23	A	170	702	1234	1766

De ſeptem Calendariis.

Aureus numerus.	Cyclus Solaris.	Litera Dominicalis.	Literæ biſextiles.	Paſcha reſurrectionis.		Anni à natiuitate Domini.				Aureus numerus.	Cyclus Solaris.	Litera Dominicalis.	Literæ Biſextile.	Paſcha reſurrectionis.		Anni à natinitate Domini			
1	12	G		3	A	171	703	1235	1767	18	20	D		5	A	207	739	1271	1803
2	13	F	E	30	M	172	704	1236	1768	19	21	C	B	24	A	208	740	1272	1804
3	14	D		19	A	173	705	1237	1769	1	22	A		9	A	209	741	1273	1805
4	15	C		4	A	174	706	1238	1770	2	23	G		1	A	210	742	1274	1806
5	16	B		27	M	175	307	1239	1771	3	24	F		14	A	211	743	1275	1807
6	17	A	G	15	A	176	708	1240	1772	4	25	E	D	5	A	212	744	1276	1808
7	18	F		31	M	177	709	1241	1773	5	26	C		28	M	213	745	1277	1909
8	19	E		20	A	178	710	1242	1774	6	27	B		17	A	214	746	1278	1810
9	20	D		12	A	179	711	1243	1775	7	28	A		2	A	215	747	1279	1711
10	21	C	B	3	A	180	712	1244	1776	8	1	G	F	21	A	216	748	1280	1812
11	22	A		16	A	181	713	1245	1777	9	2	E		13	A	217	749	1281	1813
12	23	G		8	A	182	714	1246	1778	10	3	D		29	M	218	750	1282	1814
13	24	F		31	M	183	715	1247	1779	11	4	C		18	A	219	751	1383	1815
14	25	E	D	19	A	184	716	1248	1780	12	5	B	A	9	A	220	752	1384	1816
15	26	C		4	A	185	717	1249	1781	13	6	G		15	M	221	753	1285	1817
16	27	B		27	M	186	718	1250	1782	14	7	F		14	A	222	754	1286	1818
17	28	A		16	A	187	719	1251	1783	15	8	E		6	A	223	755	1287	1819
18	1	G	F	31	M	188	720	1252	1784	16	9	D	C	28	M	224	756	1288	1820
19	2	E		20	A	189	721	1253	1785	17	10	B		10	A	225	757	1289	1821
1	3	D		12	A	190	722	1254	1786	18	11	A		2	A	226	758	1290	1822
2	4	C		28	M	191	723	1255	1787	19	12	G		22	A	227	759	1291	1823
3	5	B	A	16	A	192	724	1256	1788	1	13	F	E	6	A	228	760	1292	1824
4	6	G		8	A	193	725	1257	1789	2	14	D		29	M	229	761	1293	1825
5	7	F		24	M	194	726	1258	1790	3	15	C		18	A	230	762	1294	1826
6	8	E		13	A	195	727	1259	1791	4	16	B		3	A	231	763	1295	1827
7	9	D	C	4	A	196	728	1260	1792	5	17	A	G	25	M	232	664	1296	1828
8	10	B		24	A	197	729	1261	1793	6	18	F		14	A	233	765	1297	1829
9	11	A		9	A	198	730	1262	1794	7	19	E		6	A	234	766	1298	1830
10	12	G		1	A	199	731	1263	1795	8	20	D		19	A	235	767	1299	1831
11	13	F	E	20	A	220	732	1264	1796	9	21	C	B	10	A	236	768	1300	1832
[illegible]	14	D		5	A	201	733	1265	1797	10	22	A		2	A	237	769	1301	1833
13	15	C		28	M	202	734	1266	1798	11	23	G		22	A	238	770	1302	1834
14	16	B		17	A	203	735	1267	1799	12	24	F		7	A	239	771	1303	1835
15	17	A	G	8	A	204	736	1268	1800	13	25	E	D	29	M	240	772	1304	1936
16	18	F		24	M	205	737	1269	1801	14	26	C		18	A	241	773	1305	1837
17	19	E		13	A	206	738	1270	1802	15	27	B		3	A	242	774	1306	1838

Aureus numerus	Cyclus Solaris	Literæ Dominicales	Literæ Biſſextiles	Paſcha reſurrection.		Anni à natiuitate Chriſti.				Aureus numerus	Cyclus Solaris	Literæ Dominicales	Literæ Biſſextiles	Paſcha reſurrection.		Anni à natiuitate Domini.			
16	28	A		26	M	243	775	1307	1839	14	8	E		13	A	279	811	1343	1875
17	1	G	F	14	A	244	776	1308	1840	15	9	D	C	4	A	280	812	1344	1876
18	2	E		30	M	245	777	1309	1841	16	10	B		27	M	281	813	1345	1877
19	3	D		19	A	246	778	1310	1842	17	11	A		16	A	282	814	1346	1878
1	4	C		11	A	247	779	1311	1743	18	12	G		1	A	282	815	1347	1879
2	5	B	A	26	M	248	780	1312	1844	19	13	F	E	20	A	284	816	1343	1880
3	6	G		15	A	249	781	1313	1845	1	14	D		12	A	285	817	1349	1881
4	7	F		7	A	250	782	1314	1846	2	15	C		28	M	286	818	1350	1882
5	8	E		23	M	251	783	1315	1847	3	16	B		17	A	287	819	1351	1883
6	9	D	C	11	A	252	784	1316	1848	4	17	A	G	8	A	288	820	1352	1884
7	10	B		2	A	253	785	1317	1849	5	18	F		24	M	289	821	1353	1885
8	11	A		23	A	254	786	1318	1850	6	19	E		13	A	290	822	1354	1886
9	12	G		8	A	255	787	1319	1851	7	20	D		5	A	291	823	1355	1887
10	13	F	E	30	M	256	788	1320	1852	8	21	C	B	24	A	292	824	1356	1888
11	14	D		19	A	257	789	1321	1853	9	22	A		9	A	293	825	1357	1889
12	15	C		11	A	258	790	1322	1854	10	23	G		1	A	294	826	1358	1890
13	16	B		27	M	259	791	1323	1855	11	24	F		21	A	295	827	1359	1891
14	17	A	G	15	A	260	792	1324	1856	12	25	E	D	5	A	296	828	1360	1892
15	18	F		7	A	261	793	1325	1857	13	26	C		28	M	297	829	1361	1893
16	19	E		23	M	262	794	1326	1858	14	27	B		17	A	298	830	1362	1894
17	20	D		12	A	263	795	1327	1859	15	28	A		2	A	299	831	1363	1895
18	21	C	B	3	A	264	796	1328	1860	16	1	G	F	24	M	300	832	1364	1896
19	22	A		23	A	265	797	1329	1861	17	2	E		13	A	301	833	1365	1897
1	23	G		8	A	266	798	1330	1862	18	3	D		5	A	302	834	1366	1898
2	24	F		31	M	267	799	1331	1863	19	4	C		18	A	303	835	1367	1899
emerserunt, 574538. & post diuisionem per 60. habui 2. quartas, 39. tertias, 35. secũdas, 37. primas, his adieci, 59. primas, ad latus Februarij positas quia est communis annus, unâ cum 14. diebus, bis omnibus ita collectis, tẽpus fuit aptatum pro operatione futura. *Discipulus.* Quid porrò fit? *Magister.* Ita præparato tempore, nunc 2. 4. acceptæ in linea descendente, & linea transuersali habent in angulo cõmuni, 2. dies, eodem modo, 39. tertiæ habent 1. diem 36. secundæ uendicant sibi in communi angulo 4. dies, & 51. prim. habent in cõmuni angulo 2. dies, bis congregatis in unum prouenerunt 9. dies, addito septenario ipsi, radicis oblati sunt, 16. dies hinc ablatis 7. diebus, quoties fieri potuit, residuati sunt, 2. dies Vnde patet, quod 15. dies Martij in anno præsupposito inciderit in feriam secundam, nempe diem Lunæ, hoc idem patet in Tabulis præmissis, in litera Dominicali C, ita quoque in reliquis omnibus instituas tuas operationes in hoc negotio. *Discipulus.* De inuentione feriarum mẽsium nihil dubij habeo, neque de inuentione concurrentium, & literę Dominicalis. Cæterùm suprà inter alias Tabellas, addidisti tabellam, quæ inscribitur Tabella clauiũ communium, & Aurei numeri, cupio: itaque abs te doceri, quid sit clauis in hoc loco, & quomodo claues formentur. *Magister* Hæc duo à te petita paucis absoluam. Est itaque clauis pro ut hîc sumitur, numerus in quolibet anno cycli decemnouennalis, diuersus, festorum mobilium certitudinem per terminum ostẽdens, ita quod per numeros istos in notitiam festorum mobilium deueniamus. Et quilibet annus in cyclo decemnouennali habet clauem, sicuti suprà in Tabella clauium cõmunium & Aurei numeri indisti Hactenus quid sit clauis, nunc ad formationem ex Tabula prædicta offertur prima clauis festorum mobilium, sub primo numero Aureo 26. ab ea, inquam, reliquæ claues hoc pacto formabis, una habita claue, ei adijcias 19. & habebis consequentem, sed hoc notabis. si, ex tali additione excreuerit numerus maior 40. ut abijcias 30. ex tali producto, quod residuabitur erit clauis quæsita, exempli gratia. Quando primæ claui 26. scilicet, addideris 19. prodibunt, 45. post abiectionem 30. reliquuntur, 15. pro claue secunda & sic in reliquis, opereris. Portò inuestigaturus terminum alicuius festi mobilis, accipias ex Tabula prædicta clauem illius festi, quam inuenies per numerũ Aureum anni tui propositi, habito clauis numero, numeres illum à sede propositi festi, inclusiuè, & ubi terminatur, ibi erit Terminus festi quęsiti, ad hoc etiam priùs habeas literam Dominicalem, immediatè sequẽtem terminum, & in eam Dominicam cadet, illud festum. Sed hoc etiam tibi sciendam est, si festum, & terminus cadent in eundem diem Dominicum, quod aliquando contingere solet, tunc transferatur festum in sequentem Dominicam, hoc præcauerunt ueteres patres, ne uideamur nostra festa mobilia celebrare cum Iudæis, qui festa sua celebrent in terminis. *Discipulus.* Iam denuo mihi oritur dubium, uidelicet, quid uelis, per uocabulum, Sedes, quid, scilicet, sint sedes & quo modo loca earum inueniantur. *Magister.* Sedes clauium sunt certa loca in Calendario, à quibus singu-

singulorum festorum mobilium claues, incipiuntur numerari, usque ad terminos eorum. *Discipulus.* Pone mihi eas ordine in Tabellam. *Magister.* En habes. Cæterùm, si uis earum sedium loca inuenire accipias regulas consequẽtes. Prima, A 16. Calendas Februarij usque in 16. Calendas Martij Luna decima declarabit tibi terminum septuagesimæ. Altera, à sexto Idus Februarij usque in nonas Martij secunda Luna ubicunque occurrerit terminum quadragesimæ indicat. Tertia, à duodecimo Calendas Aprilis usque in quartum Calendas Maij, Luna decima quarta occurrens, terminum Paschatis portat. Quarta, à septimo Calendas Maij usque in decimum Calendas Iunij terminum Rogationum uigesima Luna declarat. Regula quinta A septimo Idus Maij usque in octauum Idus Iunij quarta Luna occurrens terminum Pentecostes indicat. *Discipulus.* Vti nunc audio omnia festa mobilia pendent à Luna. *Magister.* Quid ni? putas Deum Opt. Max frustra, tam sedulò paulò Israelitico mandasse, in lege ut obseruent nouilunia, & ut celebrent Pascha sacrum, omnium festorum præcipuum, Luna decima quarta mense primo. Cùm igitur placuerit tibi inuenire, per regulas præscriptas, alicuius festi mobilis terminum tunc accipias clauem illius festi, & numeres à termino in antecedentia, & ubi clauis terminabitur in linea dierum Ianuarij, Martij, aut Aprilis, è regione eius diei ad sinistrum in Calẽdario, quod suprà posuimus, erit Sedes festi, cuius sedis diem inuenire proposuisti, prima clauis & primus annus cycli decemnouennalis reliquis commodior est huius rei copias, hoc exemplum, ex Tabula, inquam, clauium communium suprà posita accipe primã clauẽ 26. scilicet sub unitate Aurei numeri & à termino, nempe Luna decima post 16. Calend. Feb ruarij, numera deorsum seu in antecedentia, 26. utrinque inclusiuè, pro sede septuagesimæ, & uidebis quod numerus clauium, terminabitur 7. die Ianuarij non secus etiam in alijs opereris. Et priusquam fiat transitus ad alia, dabo tibi exemplum de hoc anno 1574. currente, quomodo quinque festa mobilia sint inuenienda per clauas, ex doctrinis, scilicet præhabitis, constat quod huius anni litera Dominicalis sit, litera C, Aureus numerus 17. cyclus Solaris 15. sub Aureo numero 17. in linea clauium festorum, inuenta est clauis festorum huius anni 30. Iam pro septuagesima, si numerabuntur 30. dies ascendendo in Calendario à septima die Ianuarij inclusiue, usque ad finem 30. peruenitur ad sextum diem Februarij & literam A, & lunam decimam, quę est terminus septuagesimæ, litera Dominicalis est C, quæ ad dexteram in linea literarum Dominicalium ponitur, unde dico quod hoc anno septuagesimæ festum cadat in 7. diem Februarij. Deinde à uigesimo secundo die Ianuarij inclusiuè, quoque 30. ascendendo numerati sunt dies, & terminus incidit in 26. Februarij, & literam A, & lunam secundam in Calend. Romano sub Aureo numero 17 & ex quo festa mobilia ueniunt celebranda in die Dominico, litera C, Dominicalis à dextra habet in linea dierum 28. quare dico quadragesimam celebrari die 28. Februarij. Nunc ad inuestigandum sacratissimum festum Paschatis properandum est, cuius sedes est undecimus Martij, ab hac sede inclusiuè, numeratis triginta diebus claue scilicet huius festi peruentum est ad 9. diem Aprilis, & lunã 14. hinc progressum est, usque ad C, literam Dominicalem, unde dico hoc festum celebratũ esse 11 April. his tribus festis cognitis, etiam reliqua duo cognoscenda sint, & primum, festum Rogationum, cuius sedes occupat 15. Aprilis. postquam inde

Sedes quinque	Festorum mobilium	Sedes nouę.	
Septuagesim.	7	Ianuarij.	3 Ianuar.
Quadrages.	28	Ianuarij.	24 Ianuar.
Paschatis.	11	Martij.	7 Mart.
Rogationum	15	Aprilis.	11 April.
Pentecost.	29	Aprilis.	25 April.

numeraui, 30. dies, perueni in 14. Maij, & lunam uigesimam, terminum scilicet, & literaram A, in linea literarum Dominicalium, quæ cùm non sit litera Dominicalis anni, imò litera C, è cuius regione, est dies decimus sextus. Maij in hunc, inquam, incidit festum Rogationum. Postremò, nequid tibi desit ostendam etiam terminum festi Pentecostis, & deinde diem mensis huius festi. Ex Tabella sedium clauium festorum cognouisti, dubiò procul quod 29. Aprilis huius festi sit sedes. *Discipulus.* Cognoui equidem. *Magister.* Si igitur ab hac sede numeraueris clauem, utpote 30. perueniens in 28. diem Maij & lunam quartam, inde litera Dominicalis C, incidit in 30. diem Maij, quo hoc anno festum Pentecostes est celebrandum Reliquorum festorum mobilium, nempe cineris Trinitatis, & corporis Christi, his cognitis, notitia nihil habet difficultatis, & siquis laborum patiens, uelet hæc, quæ hactenus de terminis, sedibus clauium, & clauibus ipsis dixi extendere ipse posset Tabulas festorum mobiliũ, in paucis mensibus ad multa milia annorum cõficere. *Discipulus.* De hoc nihil dubito In hoc uero dubito, si Calendarium Romanum restitueretur, ut meritò debet, in integrum, an prædicti termini, & similiter sedes clauium festorum mobilium adhuc retinerent sua loca. *Magister* Nequaquam, imò alterum esset mutandum, aut sedes clauium aut termini, quod facilè fieret. Nam sedes quadragesimæ foret ponenda in tertium diem Ianuarij quadragesimæ in 24. Ianuarij, Paschatis in 7. Martij, Rogationum in 11. Aprilis, & Pentecostes in 25. Aprilis, hoc poteris facile cognoscere ex Calendario correcto suprà posito. *Discipulus* Declara mihi hoc exemplo, ut melius rem intelligam. *Magister.* Luna decima quarta lunationis Paschalis, in Calend. Romano cadit in 9 diem Aprilis, in nouo autem Calendario cadit in diem 5. eiusdem mensis, hinc patet quod quando Luna pronunciatur in Calend. Romano decima quarta, quod re uera in Calendario emendato sit decima octaua, quod etiam calculo si necesse foret, probarem. *Discipulus.* Ego profectò, quando omnia, quæ hactenus ex te audiui in hoc negotio mecum considero, non possum aliter cogitare quàm quod ex animo candido, & fideliter profecta sint. Quare si quod porro habes quod putas mihi profuturum in hac re, ne graueris quæsò mihi ostendere. *Magister.* Duo adhuc sunt, quæ te nosse prodest. Alterum est typus, qui docet diem festi sacratiss. Paschatis omni tempore, faciliter inuenire. Aureum autem est, de die uerò, quo Saluator noster subiuit passionem suam amariss. pro humano genere redimendo in quo, quantum certum sit, miraberis, sine dubio. Cæterùm, primum, ego describam tibi typum illum, de cuius præciositate. Lucas Gauricus, uir meo iudicio nulli, in omni genere doctrinarum, secundus, dicit scilicet, Aureus iste typus docet inuenire perenni tempore sacrati Paschatis ecce dies. Crede mihi, iste typus uerè dicendus est Aureus, partim propter perennitatem, & partim propter facilitatem inueniendi sacratiss. diem Paschatis *Discip.* Dic, quæsò, quomodo inueniatur. *Magister.* Quando uolueris elicere ex hoc typo festũ Paschatis, tunc accipias in linea descendente numerum Aureum anni tui, & literam Dominicalẽ in linea transuersali, tunc rectà à litera Dominicali descendendo usq; ad lineam Aurei numeri, tunc in angulo communi habebis diem Paschatis, & mensem in quo fit, exempli gratia. Cupio diem Paschatis inuenire hoc anno 1574. currente ex supradictis commemoratis, litera Dominicalis huius anni est C, Aureus numerus 17. facto igitur utrinq; introitu reperi in angulo communi 11. diem mensis Aprilis, quem inuenire uolui, sic quoque agendum est in cæteris.

Aureus num.	A	B	C	D	E	F	G	Litt. Dñi.
1	Apri. 2	Apri. 3	Apri. 4	Apri. 5	Apri. 6	Apri. 7	Apri. 1	
2	Mart. 26	Mart. 27	Mart. 28	Mart. 29	Mart. 23	Mart. 31	Mart. 25	
3	Mart. 12	Mart. 13	Mart. 14	Mart. 15	Mart. 16	Mart. 17	Mart. 18	
4	Apri. 2	Apri. 3	Apri. 4	Apri 5	Mart 30	Mart. 31	Apri. 1	
5	Mart. 19	Mart. 20	Mart. 21	Mart. 22	Mart. 23	Mart. 24	Mart. 25	
6	Apri. 9	Apri. 10	Apri. 11	Apri. 12	Apri. 3	Apri. 7	Apri. 8	
7	Apri 2	Mart. 27	Mart. 28	Mart. 29	Mart. 30	Mart. 31	Apri. 1	
8	Mart. 19	Mart. 20	Mart. 21	Mart. 22	Mart. 23	Mart. 17	Mart. 18	
9	Apri. 9	Apri. 10	Apri. 4	Apri. 5	Apri 6	Apri. 7	Apri. 8	
10	Mart. 26	Mart. 27	Mart. 28	Mart. 29	Mart. 30	Mart. 24	Mart. 25	
11	Mart. 19	Mart. 13	Mart. 14	Mart. 15	Mart. 16	Mart. 17	Mart. 18	
12	Apri. 2	Apri. 3	Apri. 4	Apri. 5	Apri. 6	Apri. 7	Apri. 18	
13	Mart. 26	Mart. 27	Mart. 21	Mart. 20	Mart. 23	Mart. 24	Mart. 25	
14	Mart. 12	Mart. 13	Mart. 14	Mart. 15	Mart. 16	Mart. 17	Mart. 18	
15	Apri 2	Apri. 3	Apri. 4	Apri. 5	Mart. 30	Mart. 31	Apri. 1	
16	Mart 19	Mart. 20	Mart. 21	Mart. 22	Mart. 23	Mart. 24	Mart. 25	
17	Apri 9	Apri. 10	Apri. 11	Apri. 5	Apri. 6	Apri. 17	Apri. 8	
18	Mart. 26	Mart. 27	Mart. 28	Mart. 29	Mart. 30	Mart. 31	Mart. 25	
19	Mart. 19	Mart. 20	Mart. 14	Mart. 15	Mart. 16	Mart. 17	Mart. 18	

Verùm enimuerò, ut tibi, satis superquẽ morem geram, addam typum Vniuersalem ex quo ille desumptus est, quam non minus libenter habebis quam illum. *Discipulus.* Si hoc feceris, sicut te facturum non diffido, erit mihi tam gratum, quàm id quod gratiss. En tibi typus, huius typi operatio est ferè eadem, quæ superioris. Nam quando habueris Aureum numerum, tunc ad dextram è regione eius habebis, in ea linea festa mobilia, quoto, scilicet, die celebrãda sint, si minus, descende in linea literarũ Dominicaliũ, usq; ad literã Dominicalẽ tui anni, sed non obliuisceris bisextilitatis, & habebis quod petis.

Tabula interualli & festorum mobilium.

Aureus numerus	Litera Dominicalis.	Interuallum ad Esto mihi.	Concurrentes.	Ianuarij. Septuagesima.	Februarij. Quadragesima.	Martij. Pascha.	Aprilis Rogationes.	Maij. Pentecostes.	Maij Corporis christi.	Hebdomada à Pentecost ad Ioan. Baptist.	Dies residui	Hebdomada à Pentec. ad Aduētũ Domini.	Nouembris. Aduentus Domini.	Hebdom. ab aduentu ad Natalẽ Domini.	Dies superflui.
5	D	5	3	18	8	22	26	10	21	6	3	29	29	3	5
	E	5	4	19	9	23	27	11	22	6	2	29	30	3	4
13	F	5	5	20	10	24	28	12	23	6	1	29	1 Decemb.	3	3
2	G	5	6	21	11	25	29	13	24	6	0	29	2	3	2
	A	6	0	22	12	26	30	14	25	5	6	29	3	3	1
10	B	6	1	23	13	27	1 May	15	26	5	5	28	27 Nouember	4	0
	C	6	2	24	14	28	2	16	27	5	4	28	28	3	6
18	D	6	3	25	15	29	3	17	28	5	3	28	29	3	5
7	E	6	4	26	16	30	4	18	29	5	2	28	30	3	4
	F	6	5	27	17	31	5	19	30	5	1	28	1 Decemb	3	3
15	G	6	6	28	18	1 Ap.	6	20	31	5	0	28	2	3	2
4	A	7	0	29	19	2	7	21	1 Iun.	4	6	28	5	3	1
	B	7	1	30	20	3	8	22	2	4	5	27	27 Nouember	4	0
12	C	7	2	31	21	4	9	23	3	4	4	27	28	3	6
1	D	7	3	1 Feb	22	5	10	24	4	4	3	27	29	3	5
	E	7	4	2	23	6	11	25	5	4	2	27	30	3	4
9	F	7	5	3	24	7	12	26	6	4	1	27	1 Decemb.	3	3
	G	7	6	4	25	8	13	27	7	4	0	27	2	3	2

Aureus

De ſeptem Calendariis.

Aureus numerus.	Literæ Dominicales.	Interuallum ad Eſto mihi.	Concurrentes.	Februarij. Quadrageſima.	Februarij. Quadrageſima.	Aprilis. Paſcha.	Martij. Rogationes.	Martij. Pentecoſtes.	Iunij. Corporis Chriſti.	Hebdomad à Pentecoſt ad Ioann. Baptiſt.	Dies ſuperflui.	Hebdomad à Pentecoſt ad aduentū Domini.	Decembris. Aduentus Domini.	Hebdomad. ab aduentu ad Natalem Domini.	Dies ſuperflui.
17	A	8	0	5	26	9	14	28	8	3	6	27	3	3	1
6	B	8	1	6	27	10	15	29	9	3	5	26	27 Nouember	4	0
	C	8	2	7	28	11	15	30	10	3	4	16	28	3	6
14	D	8	3	8	Mar. 1	12	17	31	11	3	3	26	29	3	5
3	E	8	4	9	2	13	18	1 Iunij	12	3	2	26	30	3	4
	F	8	5	10	3	14	19	2	13	3	1	26	1 Decemb.	3	3
11	G	8	6	11	4	15	20	3	14	3	0	26	2	3	2
	A	9	0	12	5	16	21	4	15	2	6	26	3	3	1
19	B	9	1	13	6	17	22	5	16	2	5	5	27 Nouember	4	0
8	C	9	2	14	7	18	23	6	17	2	4	5	28	3	6
	D	9	3	15	8	19	24	7	18	2	4	5	29	3	5
16	E	9	4	16	9	20	25	8	19	2	3	5	30	3	4
5	F	9	5	17	10	21	26	9	20	2	1	5	1 Decemb.	3	3
	G	9	6	18	11	22	27	10	21	2	0	5	2	3	2
13	A	10	0	19	12	23	28	11	22	1	6	5	3	3	1
2	B	10	1	20	13	24	29	12	23	1	5	4	27 Nou.	4	0
	C	10	2	21	14	25	30	13	24	1	4	4	28	3	6

Diſcipulus Hoc exemplũ uerè probat pręcioſitatẽ, & facilitatẽ eliciẽdi diẽ Paſchatis & alia feſta ex his typis. Recipe igiť nunc alterã partẽ propoſiti tui. *Magiſter.* Nẽpe de die uero, quo Chriſtus Saluator humani generis ſubiuerit Paſsionẽ amariſſimã. *Diſci.* Ita eſt, ſed de uerò die Paſsionis Chriſti antea nõ aliter credidi quàm quod eodẽ die, quo carnem aſſumpſit etiã paſſus ſit, uidelicet 25. Martij. Siquidem erat præceptum in Veteri Teſtamento ut agnus Paſchalis immolaretur, poſt quartum decimum diem lunationis Aprilis ad ueſperam. *Magiſter.* Præceptum de immolatione Paſchatis uerum eſt, ſed uidebis rem aliter ſe habe-


FFF 3 re, quàm

re, quàm tu credidisti, ac crediderunt, & docuerunt doctissimi & pientissimi uiri, quos ego summè ueneror, & uenerari abomnibus ex animo cupio, quamuis ipsi inter se de uero die aliquantulum inter se dissentiant. Nam Theophilus Alexandrinus Episcopus, & sui coetanei fuerunt in ea opinione quod Christus uoluerit eodem die pati pro primo homine, & suo genere redimendo, quo ipsum formauit, nempe decimo Calendas Aprilis, uipote 23. mensis Martij. Sed alij sicut Hieronymus, & sui sequaces adseruerunt ipsum passum esse eo die, quo carnem adsumpsit, uidelicet, octauo Calendas Aprilis, nempe 25. Martij. In hac sententia maior pars nostrorum Theologorum fuit, & adhuc est, sicuti alibi cognosces. Atqui quæ exinde à me, de hac re, audies non cogites me dicturum ex mea authoritate, aut in alicuius contumeliam & offensionem, imò ex authoritate aliorum uirorum, tam pietate, quàm doctrina uaria clarissimorum, uti est, Ioannes Lucidus Samotheus, & alij, quorum nomina, breuitatis causa obticere placuit, qui inquam, Samatheus in libro de uero die Passionis Christi, & tempore totius uitæ eius, doctissimè probat ex Euangelistarum doctrina, & annis conditæ urbis Romanæ, & similiter ex Olympiadibus, Christū subijsse passionem suam anno ætatis suæ 33. currente, & non anno 34. quemadmodum nonnulli asseruntur, sed falsò, ac feria sexta nempe die Veneris. *Discipulus.* Quæ nunc protulisti magna cum animi oblectatione audiui, & miror sanè, quod per tot secula res iam feria non sit animaduersa. *Magister.* Nolo rem copiosius tractare, siquidem tempus hoc non ferat, quia properandum est ad alia Calendaria. Sed tantum ostendam quod tertio die Aprilis, feria sexta passus sit, si rem plenius cognoscere cupis lege libellum suprà citatum, ad cognoscendum tempus passionis duo in primis memoria tenenda sunt, uidelicet quòd Christus mortem passus sit Luna 15 primi mensis, quis ille sit dictum est suo loco, & quod tunc erat feria sexta. *Discipulus.* Sed unde hæc duo discere possum? *Magister.* Per ordinē literarum Dominicalium, nimirum, & per lunationes. Et quando lunam 15. inuenire uolueris, recurras ad cyclum 19. annorum, de quo superiùs multa dicta sunt per quem disces Aureum numerum ad annum 33. Manifestum & certum est ex historijs quod Iulius Cæsar ante natiuitatem Christi, quadraginta quinque annis Calendarium Romanum correxit, & annotauit unitatem Aurei numeri ad Calendas Ianuarij. His nunc habitis & uolueris scire aureum numerum Cæsaris tempore passionis Christi tunc coniunge 45. annos ante natiuitatem Christi 33. annis ætatis Christi, & habebis 78. his diuisis per 19. emerget Aureus numerus 2. & anno sequenti 34. Aureus numerus 3. Si itaque cum hoc Aureo numero intra ueris in Calendarium Iulij Cæsaris, more solito, & offeretur tibi dies 20 Martij quare constat quod lunatio primi mensis lunaris inciderit in diem uigesimum Martij, & non in diem 9. Martij qui ponitur è regione 3. Aurei numeri opinantium quod passus sit anno 34. ætatis suæ, & ideo Luna 15. fuit die 23. eiusdem mensis non ergo passus est Christus 25. Martij, uti quidā opinati sunt, quia tunc fuit Luna 17. & non 15. hinc patet clarè quod falsa sit opinio affirmantium Christum passum anno 34. ætatis suæ currente, die 25. Martij. Sed potius 33. anno, in die Veneris 3. Aprilis, quod tibi constat si numeraueris lunam 15. primi mensis, inclusiuè à 20. die Martij, qui terminatur 3. die Aprilis. *Discipulus.* Nunc accedo sententiæ tuæ potiùs quam illorum, quamuis fuerint uiri magnæ & autoritatis, & existimationis sed unum adhuc habeo quod me torquet, ac in dubium uocat. *Magister.* Quid hoc est? *Discipulus.* Litera dominicalis, quæ illo anno, fuerit. *Magister.* Dicam tibi paucis D, fuit litera Dominicalis, quia cōstat quòd, quando Christus natus est, cyclus Solaris fuit 9. hoc numero adiecto 33. fient 42 & post diuisionem remanserunt 14. quibus immissis in Tabulam A, superius exaratam, habebis D, pro litera Dominicali. Sed secundùm opinionem erraneam C, foret litera Dominicalis, quàm si contuleris cum eorum

Luna

Luna 15. passus fuisset feria quinta, hoc est in die Iouis, & non in die Veneris, feria sexta. Idem tibi probabo Hebræorum calculo, qui constitutus est à Gamaliele, discipulo Christi, & præceptore D. Pauli, ad meridianum Hierosolymitanũ. Hebræi, quemadmodum patebit in tractatione Calendarij Hebræorum, incipiunt annum suum communem à Septembri. Habent Hebręi annum tam communem quam embolismicum triformem, nempe abundantem, ordinatũ & deficientem, sed annus 33. ętatis Christi fuit illis communis & ordinatus, ac cœpit apud illos, eo tempore tres menses ante nostrum annum, quē reperi sedulo calculo, incepisse feria quinta, nempe 25. Septembris nostri, & celebrationem Paschatis illorum in feriam septimam cecidisse, ac 15. lunam in 4. Aprilis, illi, in quã, comederunt agnum Paschalem, ad uesperam 15. & die sequente, Luna 16. celebrarunt magnum festum Paschatis in Sabatho, scilicet feria 7. *Discipulus.* Nunc aliud dubium me urget, nempe quomodo Christus Pascha cum discipulis suis comederit. *Magister.* Etiam hoc te non celabo, nam quæ in calendario Hebræorum plenè, ac copiose docebo te, ea paucis nũc dicam, quò ex parte aliqua à tuo libereris dubio. *Discipulus.* Tu profectò, præceptor uenerande, fungeris officio fideliss. institutoris *Magister.* Ita decet, animaduerte nunc. *Discipulus.* Animaduerto. *Magister.* Ex prædictis satis superq; tibi constat quod Christus passus sit anno ætatis suæ 33. currente, feria sexta, Luna 15. Atqui Iudæi peruersi dicunt quod Christus non subierit passionem in die festo Paschæ Iudęorum, si die 3. Aprilis feria sexta mortuus sit, ô malitia hominum, ipsi profecto negare nõ possunt, quod eo anno quo Christus passus est, Paschæ festum eorum patres celebrarũt feria septima, nempe in die Sabbathi, die 4. Aprilis, Luna 16 & ad uesperam Luna 15 comederunt agnum Paschalem, & sequenti habuerunt festum in Sabatho magno. Et hoc non secundum legem Mosaicam, sed secundum traditionem patrum. *Discipulus* Ex his iam intelligo, quod Iudęi duplex habuerint Pascha. *Magister.* Habuerunt equidem, nempe nouum, & antiquum. Et Iudæi uocant antiquum legitimum Nam à Moyse Exod. 12. Leuit 23. Num. 9. præcipitur Pascha debere immolari Luna 14. primi mensis ad uesperam Nouum autem Pascha ab illis uocatur iudiciale, de his, in Calendario Hebręorum à me omnia plenius audies. En Christus sciens moriturum eo die, quo multitudo filiorum Israel agnum Paschalem iuxta regulam iudicum immolaret, pridie anteq; moreretur discubuit cum discipulis suis, & seruauit legitimum, & comedit agnũ Paschalem cum azymis Luna 14. quę fuit feria quinta. Sed Iudæi iuxta normam Iudicum sequenti die ad uesperam fecerunt Pascha suum Luna 15 & festum ipsum feria 7. Quod autem Luna 15. agnum cõmederint, & non Luna 14. cum Christo, & festum non seruauerint Luna 15. feria sexta, imo transtulerint ad lunam 16. in feriam septimam. Hinc factum est quod scribæ, ac Iudices eorum statuerint post restaurationem secundam templi, ut in posterum festum Paschatis non celebretur neq; feria prima, neq; feria quarta, neq; feria sexta. Et quod Christus comederit agnum Paschalem cum discipulis suis Luna 14. & legitimè, non aliam ob causam factũ est, quàm quod nouerit festa Iudęorum post passionem suam delenda est. Ex hoc etiam manifestum est quod Græcorũ opinio sit prorsus falsa qui asserunt Christum anticipasse Pascha, & agnum Paschalem comedisse Luna 13. Hîc foret longa disputatio instituenda de eorum opinione erranea, & aliorum, quam consultò prætereo. *Discipulus.* Hæc omnia ut libenter audiui sic probè intellexi, & unum adhuc deesse uideo, nempe copiosiorem institutionem de æquinoctijs, quæ sedes suas mutant in antecedentia, non dubito quin retrocessio eorum non percipiatur in paucis annis, sed in multis ualdè perceptibilis fit, quod nunc manifestissimum est Siquidem temporibus Iulij Cęsaris æquinoctium Vernum hæserit in 25 Martij iam uerò in 10. die aut 9. eiusdem mensis. Quamuis suprà de hac re, quædam perappositè protuleris, tamen

pri[illegible] ad finem huius Calendarij Romani perueniatur, facies magnum o[illegible] [illegible] pro conclusione, adhuc quædam, quę uidebuntur ad rem face- re, ad[illegible] petis. *Magister.* Tu facis tuo more, petis equidem, quod non prætereun dum e[illegible] & hoc maximè eam ob rem, ut uideas, quæ incommoditas, si Calenda- rium Romanum non emendabitur ab illis, quorum intereſt hoc facere futura ſit, nempe quod nos Chriſtiani ſacratiſſimum Paſcha, succeſſu temporis in Fe- bruario, & non, neq; in Martio, neq; in April, celebraturi ſimus, quid tunc con- fuſionis, & turbę in Chriſtianiſsimo futurum ſit, iam non dicendi eſt locus. Ve- rùm ut hęc meliùs & uideas, & credas non ineptum eſſe puto, hic adſcribere unam atq; alteram Tabellam ex quibus poteris non incommodè inuenire in- troitum Solis in primum punctum Arietis, tam in diebus, quam minutis & ſe- cundis. Sed introitus Solis in reliqua puncta cardinalia & ſimiliter in principia reliquorum ſignorum, cùm ferè nihil faciat ad hoc negotium, tractabimus ali- à. *Discipulus.* Si antea habuiſti me auſcultatorem attentum, nunc, crede mihi, habebis me multò attentiorem. *Magister.* En, in hoc negotio abſolutè tractan- do habeas quadrantem ſatis magnum, eumq; diuiſum in 90. partes æquales & ſi fieri poterit, etiam in minuta partium, cuiuſmodi habes hîc ſubiectam. Et cùm habueris quadrãtem ſic affabrè præpara- tum tunc diſponas il lud ſuper lineam me ridianam horizonta liter, ſed ibi adhiben- da eſt diligentia ma- gna in erigendo qua drante, niſi hoc fiat conatus tuus erit pror ſus fruſtraneus, & cũ eo prope tempus æ- quinoctij, aut Verni, aut Autumnalis. Cæ terùm hæc duo, ſint tibi probè nota, nem pe poli altitudo tuæ regionis, ſeu loci in quo obſeruaturus es & maxima Solis de- clinatio, nec non ad ſingula puncta decli nationes. Et ſi inue- neris aliq̃ die, quod altitudo Solis in ipſo



Meridie fuerit præciſè æqualis complemento poli eleuationis tunc erit æquino- ctium in ipſo Meridie eius diei. *Discipulus.* Cæterùm ſi non coequabitur altitu- do Solis meridiana complemento poli altitudinis, quid tunc faciendum erit? *Magister.* Quod ſi non contigerit quemadmodum dixi, deinde ſi obſeruaueris iuxta æquinoctium uernale pro quolibet minuto minoris altitudinis meridia- næ, & complementi altitudinis poli, accipias unam horã, horisq; à meridie præ- dentis æquinoctium numerans, fit talis ingreſſus. Verùm, ſi fuerit obſeruatio tua iuxta æquinoctium Autumnale tunc conſimiliter tot horas à meridie præ- cedente æquinoctium, computes quot ſint minuta maioris altitudinis meridia- næ & complementi poli altitudinis, tunc fiet æquinoctium, ſed tempus autum- nale

nalepro hoc negotio propter puritatē aeris est cōmodius. Solstitiorū verò puncta difficulter deprehendi possunt, siquidem declinatio Solis, in aliquibus diebus non sit variabilis sensibiliter, sicuti apud puncta æquinoctialia, ubi in uno dieb. depræhendes declinationem Solis variari 24. minuta, sensibiliter. Insuper quando habueris æquinoctium unum rectè ac præcisè obseruatum, facilè, reliqua ad reliquos annos consequentes, quot quot fuerunt, ex Tabula quam mox subijciemus, tuo marte, inuenicns. Quid autem alibi, de anni syderei quantitate, dictum à me sit, dubio procul, adhuc in memoria tenes, uidelicet. Alphonsinos anni quantitatem constituisse 365. die. 5. hor. 49. m̃. 16. S. ista anni syderei quantitas media est inter Ptolemaicam, & Albategnicam, & uidetur esse accipienda. Ciuilis uerò anni quantitas constituta est à Iulio Cæsare 365. di. 6 hor. & hoc propter commoditatem bisextilitatis. Si igitur una anni quantitas ab altera subducta fuerit, differentia erit singulis annis 10. m̃. 44. S in quatuor annis excrescet hęc differētia, ad 42. m̃. 56. S. Quando igitur anno quarto solari unus intercalatur dies pro bisextilitate, ut annus ille bisextilis sit 366. dierum, plus equidē intercalatur quam iustum est 42. m̃ 56. S. Cū igitur uolueris subsequentem formare Tabulam accipias ad annum aliquem certum, radicem introitus Solis in primum punctum Arietis, in diebus horis, minutis, & secundis, sicuti hic uides radicem introitus Solis in Arietem, ad annum 1500. hoc facto, subscribeas anni syderei quantitatem in horis & minutis, atq; secundis, primi anni post bisextum, nempe 5. hor. 49. m̃. 16. sec. huius duplo, scilicet, 11. hor. 38. m̃. & 32. sec. adijcias rursus 5. hor. 49. m̃. & 16. sec. emergent, 17. hor. 27. m̃. 48. sec. his in ordinem redactis adscribas signū, A, pro quarto anno subscribas 0. hor. 42. m̃. 56. S. cum signo M per totam tabulam. Si annus sydereus concordaret cum ciuili anno, nempe quod in quatuor annis sydereis integrarentur uiginti quatuor horæ, hæc molestia non esset, sed quater 5. hor. 49. m̃. 16. sec. faciunt 23. hor. 17. m̃. & 4. sec. hinc patet quatuor annos ciuiles superare quatuor sydereos in 42 m̃ 56. sec postquam hæc habueris, subsequētes numeros annorum bisextilium per additionē, sine difficultate formabis, exempli gratia, si cupis, hor. min. & sec. anni bisextilis, 88. tunc præcedentis bisextilis nempe 84. horis, minutis, & secundis, quæ sunt, 15. hor. 1. m̃. 38. sec. adijcias prædictum excessum puta 42. m̃. 56 sec. & habebis 15. hor. 44. m̃. 34. sec. Sed quādo perueneris ad cen-

Anni	D.	H.	M.	S.	
1500	10	6	54	57	Rad.
1	0	5	49	16	Ad.
2	0	11	38	32	Ad.
3	0	17	27	48	Ad.
4	0	0	42	56	Min.
8	0	1	25	52	Min.
12	0	2	8	48	Min.
16	0	2	51	44	Min.
20	0	3	34	40	Min.
24	0	4	17	36	Min.
28	0	5	0	33	Min.
32	0	5	43	29	Min.
36	0	6	26	25	Min
40	0	7	9	21	Min.
44	0	7	52	27	Min
48	0	8	35	13	Min.
52	0	9	18	9	Min.
56	0	10	1	5	Min.
60	0	10	44	1	Min.
64	0	11	26	57	Min.
68	0	12	9	53	Min
72	0	12	52	49	Min.
76	0	13	35	46	Min
80	0	14	18	42	Min.
84	0	15	1	38	Min.
88	0	15	44	34	Min.
92	0	16	27	20	Min.
96	0	17	10	26	Min.
100	0	17	53	22	Min.
200	1	11	46	44	Min.
300	2	5	40	6	Min.
400	2	23	33	28	Min.
500	3	17	26	50	Min.
600	4	11	20	12	Min.
700	5	5	13	35	Min.
800	5	23	6	57	Min.
900	6	17	0	19	Min.
1000	7	10	53	41	Min.

tenarium tunc respice eius proportionẽ ad consequentes numeros si fuerit dupla, duples. si autem tripla, triples, & sic de reliquis. *Discipulus.* Iam habeo compositionem Tabellæ, ne graueris obsecrò, etiam eius usum manifestare. *Magister.* Hoc nunc conor, habita uernalis æquinoctij radice ad annum Domini 1500. facilis erit subsequentium annorum cognitio, de præcedentibus non opus est dicere, siquidem quod hic minuitur illic additur. Si uolueris itaq; ad aliquem annum propositum habere æquinoctium uernum tunc præscribas tibi radicẽ tuam, & aufer annum ad quem radicem constituisti ab anno proposito cuius æquinoctium, cupis habere cum residuo siue differentia, intres in Tabulam præmissam, ut fieri solet, & alibi edoctus es, omnibus rite extractis numeris, & post factam subtractionem & additionem, ubi operatio id requiret, hoc facto residuum collectum, si habuerit signum additionis radici tuæ adde, si uerò signum subtractionis dictæ radici subducas, & præsto erit tempus æquinoctij Verni. Hoc exemplo clarius intelliges. *Discipulus.* De hoc minime dubito. *Magister.* En habeas exemplum huius anni 1574. quo hæc scribebam, ab hoc anno subduxi 1500. qua ad hunc annum radix constituta est, quæ est 10. di. 6. hor. 54. m. & 57. sec. & residuaui, 74. annos, cùm his feci introitum in Tabulam præcedentem, & cùm non inuenerim in linea annorum 74. accepi proximè minorẽ, scilicet 72. quibus ad dextram adscribuntur 12. hor. 52 m̃. 49. sec. cum signo M. seu minue, sublatis his horis, & minutijs à radice, residuati sunt 9. di. 18 hor. 2. m̃ & 8. secund. postea rursus cum 2. annis ingressus sum in eandem tabulam, & e regione eorum reperi 11. hor. 38. m̃. 32. sec. cum signo A, scilicet adde, & emerserunt pro tempore æquinoctij Verni, propositi anni, nempe 10. di. 5. hor. 40 m̃. & 40 sec Mensis Martij. Cæterùm ut plenius intelligas hanc retrocessionem æquinoctiorum magnam perituram confusionem in Ecclesia si illi, quorũ interest, huic malo non occurrerint, adeò quod Ecclesia sua festa mobilia, ut est festum Paschatis & septuagesimæ, ac alia in Februario celebrabit. *Discipulus.* Hoc certè foret magna admiratione dignum. *Magister.* Atqui ut hoc & uideas & credas, non grauabor adducere exemplum, in quo hæc pulchrè uidebis. Sit itaq; pro exemplo annus 3900 cuius æquinoctium Vernũ quæram, facta subtractione, uti uisum est suprà, differentia prodit 2400. annorum. Deinde pro 2000. ingressus sum in tabulam, & cum non inuenerim accepi tempus scriptũ à dextra 100. annorum, bis, nempe 14. di. 21. hor. 47. m̃ 22. sec his adiunxi 2. di. scriptos è regione 400. annorum, & 23. hor. 33. m̃. 28. sec. omnibus in simul congregatis, prodierunt 17. di. 21. hor. 20. m̃. 50. sec. cum signo M. minutionis, scilicet. Et cùm isti dies, hor. m̃. & secun. non possint auferri à radice, scilicet 10. di. 6. hor. 54 m̃. & 51 sec. ipsius Martij, adijciendi sunt 29. di. Februarij, quia annus propositus est bisextilis, & fient 39. di. 6. hor. 54. m̃. 57. sec. facta subductione, reliqui fuerunt 21 di. 9. hor. 34. m̃. & 7. sec. Nunc uides quod æquinoctium Vernum, anno termillesimo nongentesimo, continget 21. di. 9. hor. 34. m̃. 7. sec Februarij. Si igitur continget tum temporis lunatio Paschalis, quæ est initium primi anni in Ecclesia 9. die Februarij, uti plerunq; contingere solet, nónne Pascha celebrabitur circa diẽ 23. Februarij? Quid rides te rogo? *Discipulus.* Quis obsecrò inter nos laicos non deberet ridere, cùm secum perpenderit eos, quorum uertici mundus insidet tam egregie, in re tam seria, stertere? *Magister.* Magnates hæc non magni faciunt an intelligant dubito, sed de his aliàs. *Discipulus.* Iam porrò, priusquam ad alia digrediaris, cupio ex te cognoscere modo huic rei possit præueniri. *Magister.* Tu petis equidem rem, quæ per longam requirit disputationem, & tempus non breue. Sed cum sit nunc properandum ad tractationem reliquorum Calendariorum, paucis quoad fieri potest, petitioni tuæ satis facere studebo. Tu nosti quod suprà ostenderim tres præcipuas extare obseruationes quãtitatis anni, nempe Ptolemæi, Albategni Arabis, & Alphonsi, qui fuit

fuit pofitemus. Ptolemæus reperit 365.di.5.hor.55.m̄.12.sec. Albategnius Arabs 365.di 5.hor.46.m̄.24.sec. Alphonfus Rex Hifpaniarum 365.di.5.hor. 49.m̄.16.sec. hunc fequutus fum in compofitione Tabulæ præmiffæ, tanquam eum qui medium teneat, quare hic annum maiorem repererit quàm Albategnius, & minorem quam Ptolemæus, redderem rationem, fed tempus hoc nō fert. Secundum Ptolemæum in 300. annis fit anticipatio æquinoctij Verni quantitate unius diei, fecundum Albategnium in 106. annis, 1. diei, & fecundum Alphonfum in 132. annis, 23. hor. 36. m̄. 48. fec. in 136. uerò fit anticipatio, 1. di. 0. hor. 19. m̄. 44. fec. inter has duas anticipationes Alphonfina prior, facilitatis gratia, accipienda eft. Et ut error præfens, ac deinde futurus ipfius æquinoctij emendetur, duæ potiffimæ formæ funt. Altera, ut maneat in fede fua, in qua noftro tempore eft. Altera autem ut reducatur ad fedem fuam ueterem, prima forma uidetur mihi, ob certas caufas, de quibus non dicam, commodior, quæ fiat hunc in modum, fcilicet, figatur æquinoctium ad diem decimam, & undecimū Martij, fiquidem æquinoctium uerfetur intra limites horum duorum dierum, quare hi duo, & non unus, pro fede æquinoctij funt conftituendi. *Difcipulus.* Quo pacto hoc fieri debet? *Magifter.* In fixione æquinoctij, ne amplius in eo anticipatio fiat, ita eft procedendum, uidelicet, ut in 132. annis qui funt bifextiles, omittatur dies unus, & aliquando in annis 136. qui quoque funt bifextiles & pro fixione æquinoctiorum apti. Sed hoc deberet fieri confenfu fummi Pontificis, per quem, ne talis omiffio unius diei in prædictis annis in obliuionem abiret, Iubileus inftituatur, quemadmodum fapiens antiquitas, Græcorum fecit, cùm uideret omiffione diei intercalaris, bifextilis, nimirum, turbari totam noui lunariorum anni rationem, inftituit quarto anno fub exitū Olympiadis curfufuis certamen olympicum, ut tota Græcia admoneretur diei bifextilis feu intercalaris celebrandum, qui dies, ex quatuor quadrantibus, integratur, de his alibi. En habes omnia, quæ uolui hîc fcribere de Calendario Romano, quod eft certè, & indubitanter reliquorum fex, quæ fequentur, regula & fundamentum pulcherrimum. *Difcipulus.* Antea fui tibi deuinctus, uti præceptori meo longè uenerandiffimo, & iam ob hanc tuam, in hac re perneceffaria, inftitutionem tam claram, & tam fidelem, fum tibi fane multò deuinctior, imo deuinctiffimus.

CALEN-

CALENDARIVM ALEXANDRINORVM.

M*Agister.* Iam proximum est ut transeam ad tradendum tibi Calendarium Alexandrinorum cuius tractatio non opus habet multis ambagibus, igitur breuis esse studebo. *Discipulus* Rectè facis. *Magister.* Alexandrinorum mensium initia non conueniũt, cum initijs Latinorum seu Romanorum mensium. *Discipulus.* Quomodo hoc. *Magister.* Audies. Nam primus mensis Thot, incipit à quarto Calendas Septembris, secundus Phaophi, à quarto Calen Octob. Tertius Atyr, à quinto Calend. Nouembris. Quartus Chæac, à quinto Calend. Decembris. Quintus Tybi, à sexto Calend. Ianuarij. Sextus Mechir, à septimo Calend. Februarij. Septimus Phamenoth, quinto Calend. Martij. Octauus Pharmuthi, à sexto Calend Aprilis. Nonus Pachon, à sexto Calend. Maij. Decimus Pauni, à septimo Calend. Iunij. Vndecimus Epiphi, à septimo Calend Iulij. Duodecimus Mesori, ab octauo Calend. Augusti. *Discipulus.* Nunc habeo initia mensium Alexandrinorum, & uideo eos differre plurimum à Latinorũ mensibus. sed quomodo hoc fiat non intelligo. *Magister.* Quemadmodum initia mensium Alexandrinorum alia sunt, sicuti uisum est, ita etiam distributio dierũ mensium alia est à distributione Latinorum mẽsium. *Discipulus.* Qua ratione id fiat etiam cupio scire. *Magister.* En Alexandrini unicuiq; mensi triginta attribuunt dies, & quinq; dies residuos, quos intercalares aut additos uocant, quibus etiam quarto anno, diem sextum, qui ex quadrantibus conficitur adnectunt, & ponunt eos in fine anni sui. *Discipulus.* Ex his iam intelligo quod Alexandrini quoq; obseruent bisextilitatem suorum annorum. *Magister.* Maximè, nisi hoc fieret haberent annum uagum sicuti Aegyptij, & menses uagos, sed nulli populi habent menses, & annos stabiles, sicuti Alexandrini, & Romani. *Discipulus.* Ex quo facta est mentio anni bisextilis, & Alexandrini non incipiant annũ suũ unà cum Romanis, nempe à Calendis Ianuarij, imò primus eorũ mensis Thoth incipiat, à quarto Calend. Septembris, uigesimo nono, scilicet Augusti peto igitur à te enixè, ut explices mihi hoc. *Magister.* Fiat, est tibi sciendum, quod dieb. intercalaribus, quos post ultimum mensem suum, Mesori, annectunt quarto anno diem bisextum, qui ex quadrantibus conficitur adiungunt, hinc, inquam, fit ut eorum anni primi à bisexto, tertio Calendas Septembris reliqui autẽ à quarto Cal. incipiant, ipsi autem bisextiles anni quarto. cæteri uerò quinto Cal. terminentur, quæ uidentur tibi hic esse obscura ea in Calendario sequenti erunt tibi clariora. Nunc nihil ampliùs restat explicandum nisi ut Calendarium annectem. *Discipulus.* Coc Calendarium non est tam scrupulosum, ac Romanorum Calendarium. *Magister.* Est profectò inter omnia reliqua, quæ explicandum in animo habeo facilimum. & hoc Calendarium hanc ob causam etiam alia præcellit, Romano excepto quod ratione suorum mensium non adeò conturbat æquinoctialia puncta, atq; reliqua. Nam si illud rectè intueberis, uidebis quod menses eius in Calendario Romano statos dies, in quibus & non alijs, sumunt initium. Si uerò consideraueris Calendarium Aegyptiacum, in quo si primus mensis Thoth hoc anno incepit apud Aegyptios, uigesimo octauo die, lapsis quatuor annis, incipiet die uigesimo septimo & sic anticipando deinceps. Et si porrò respexeris ad Arabum Calen. reperies in inceptione mensium longè maiorem uariationem, sicuti suo loco omnia ad plenum, si uoluerit Deus, uidebis. Nunc ad Calendarij Alexandrinorum descriptionem. *Discipulus.* Rectè facis.

Aureus numer.	Mensis Tybi.	Menses Rom.	Literę Domin.	Kal. Non. Idus.	Festa fixa & stabilia.
13	1	27 Decēb.	D	6 Kal.	Ioan. Euangelistæ & Apostol.
2	2	28	E	5 Kal.	Innocentes martyres.
	3	29	F	4 Kal.	Thomæ Archiepisc. martyris.
10	4	30	G	3 Kal.	
	5	31	A	2 Kal.	Siluestri Papæ confessoris.
19	6	1 Ianu	A	Kal. Ian.	Circũcisio Domini.
8	7	2	B	4 Nõ.	
	8	3	C	3 Nõ.	
16	9	4	D	2 Nõ.	
5	10	5	E	Nonæ.	
	11	6	F	8 Id.	Epyphania Domini.
13	12	7	G	7 Id.	
2	13	8	A	6 Id.	Erhardi.
	14	9	B	5 Id.	
10	15	10	C	4 Id.	Pauli Eremitę. ○ in ♒.
	16	11	D	3 Id.	
18	17	12	E	2 Id.	
7	18	13	F	Idus.	Octaua epyphaniæ.
	19	14	G	19 Kal.	Felicis.
15	20	15	A	18 Kal.	
4	21	16	B	17 Kal.	Marcelli.
	22	17	C	16 Kal.	Anthonij.
12	23	18	D	15 Kal.	Priscæ.
1	24	19	E	14 Kal.	
	25	20	F	13 Kal.	Sebastiani martyris, & Fabiani.
9	26	21	G	12 Kal.	Agnetis.
	27	22	A	11 Kal.	Vincentij, & Anastasij.
17	28	23	B	10 Kal.	
6	29	24	C	9 Kal.	Timothęi.
	30	25	D	8 Kal.	Conuersio Pauli Apostoli.

Aureus numer.	Mechyr.	Mens. Roman.	Literæ Domini.	Kal. Non. Idus.	Festa fixa.	Aureus nume.	Phamenoth.	Mens. Roman	Literæ Domin.	Kal. Non. Idus.	Festa fixa.
14	1	Ianua. 26	E	7 Kal.		3	1	Febr. 25	G	5 Kal.	
3	2	27	F	6 Kal.	Ioan Chrisostomi.		2	26	A	4 Kal.	
	3	28	G	5 Kal.		11	3	27	B	3 Kal.	
11	4	29	A	4 Kal.	Valerij episcop.		4	28	C	2 Kal.	
19	5	30	B	3 Kal.		19	5	1 Mart.	D	Kal. Mart.	Herculani episc mart. Perusini.
8	6	31	C	2 Kal.		8	6	2	E	6 Nō.	
	7	1 Feb.	D	Kal. Feb	Brigidæ Virginis.		7	3	F	5 Nō.	
16	8	2	E	4 Nō.	Purificatio Mariæ Virg.	16	8	4	G	4 Nō.	Adriani.
5	9	3	F	3 Nō.	Blasij Episc.	5	9	5	A	3 Nō.	
	10	4	G	2 Nō.			10	6	B	2 Nō.	
13	11	5	A	Nonæ	Agathæ virg.	13	11	7	C	Nonæ.	S. Thomæ Aquinatis, & Perpetuæ.
2	12	6	B	8 Id.	Dorotheæ virginis.	2	12	8	D	8 Id.	
	13	7	C	7 Id.			13	9	E	7 Id.	☉ in ♈ Aequinoctij
10	14	8	D	6 Id.		10	14	10	F	6 Id.	
	15	9	E	5 Id.	Apoloniæ virginis.		15	11	G	5 Id.	
18	16	10	F	4 Id.	Scholasticæ.	18	16	12	A	4 Id.	Gregorij Papæ
7	17	11	G	3 Id.		7	17	13	B	3 Id.	
	18	12	A	2 Id.			18	14	C	2 Id	
15	19	13	B	Idus		15	19	15	D	Idus	
4	20	14	C	16 Kal.	Valentini.	4	20	16	E	17 Kal.	
	21	15	D	15 Kal.			21	17	F	16 Kal	Gertrudis.
12	22	16	E	14 Kal.	Iulianæ.	12	22	18	G	15 Kal.	
1	23	17	F	13 Kal.		1	23	19	A	14 Kal.	Iosephi confessoris.
	24	18	G	12 Kal.			24	20	B	13 Kal.	
9	25	19	A	11 Kal.		9	25	21	C	12 Kal.	Sancti Benedicti.
	26	20	B	10 Kal.			26	22	D	11 Kal.	
17	27	21	C	9 Kal.		17	27	23	E	10 Kal.	
6	28	22	D	8 Kal.	Petri Apostoli Cathedra	6	28	24	F	9 Kal.	
	29	23	E	7 Kal	Vigilia		29	25	G	8 Kal.	Annūciatio Mariæ virg.
14	30	24	F	6 Kal	Mathiæ Apostoli.	14	30	26	A	7 Kal.	

Aureus

Aureus nume.	Phamenoth.	Mens Roman.	Literæ Domin.	Kal Non. Idus.	Festa stabilia	Aureus numer.	Pachon.	Mens Roman.	Literæ Domin.	Kal. Non Idus.	Festa immobilia
3	1	Mart 27	B	6 Kal.			1	April 26	D	6 Kal.	
	2	28	C	5 Kal.		11	2	27	E	5 Kal.	
11	3	29	D	4 Kal.			3	28	F	4 Kal.	Vitalis martyris.
19	4	30	E	3 Kal.		19	4	29	G	3 Kal.	
8	5	31	F	2 Kal.		8	5	30	A	2 Kal.	
1	6	1 Apri	G	Kal. Apr.			6	1 Maij	B	Kal. Maij.	Philip & Iacob: Apostoli
16	7	2	A	4 Nō.		16	7	2	C	6 Nō.	
5	8	3	B	3 Nō.		5	8	3	D	5 Nō.	Inuentio sanctæ Cru
	9	4	C	2 Nō.	Ambrosij		9	4	E	4 Nō.	
13	10	5	D	Nonæ	Vincentij confessoris.	13	10	5	F	3 Nō.	
2	11	6	E	8 Id.		2	11	6	G	2 Nō.	Ioan. Ante p.
	12	7	F	7 Id.			12	7	A	Nonæ	
10	13	8	G	6 Id.	Mariæ Aegyp.	10	13	8	B	8 Id.	Apparitio.
	14	9	A	5 Id.	☉ in ♉.		14	9	C	7 Id.	
18	15	10	B	4 Id.		18	15	10	D	6 Id.	Epimachi.
7	16	11	C	3 Id.		7	16	11	E	5 Id.	☉ in ♊.
	17	12	D	2 Id.			17	12	F	4 Id.	Pancratij.
15	18	13	E	Idus		15	18	13	G	3 Id.	Seruatij
4	19	14	F	18 Kal.	Tiburtij.	4	19	14	A	2 Id.	
	20	15	G	17 Kal.			20	15	B	Idus	Sophiæ virginis.
12	21	16	A	16 Kal.		12	21	16	C	17 Kal.	
1	22	17	B	15 Kal.		1	22	17	D	16 Kal.	
	23	18	C	14 Kal.			23	18	E	15 Kal.	
9	24	19	D	13 Kal.		9	24	19	F	14 Kal.	Potentianæ.
	25	20	E	12 Kal.			25	20	G	13 Kal.	
17	26	21	F	11 Kal.		17	26	21	A	12 Kal.	
6	27	22	G	10 Kal.		6	27	22	B	11 Kal.	Vel nereg.
	28	23	A	9 Kal.	Georgij martyris.		28	23	C	10 Kal.	
14	29	24	B	8 Kal.		14	29	24	D	9 Kal.	
3	30	25	C	7 Kal.	Marci Euangelistæ	3	30	25	E	8 Kal.	Vrbani Papæ.

Aureus

Aureus numer.	Pauni.	Mens. Roman.	Literę Domini.	Kal. Non. Idus.	Festa fixa.	Aureus nume.	Epiphi.	Mens. Roman. Literę Domin.	Kal. Non. Idus.	Festa mobilia.
	1	Maij 26	F	7 Kal.		11	1	Iunius 25 A	7 Kal.	
11	2	27	G	6 Kal.			2	26 B	6 Kal.	Ioan & Pauli
19	3	28	A	5 Kal.		19	3	27 C	5 Kal.	
8	4	29	B	4 Kal.		8	4	28 D	4 Kal.	Vigilia.
	5	30	C	3 Kal.			5	29 E	3 Kal.	Petri, Paul.
16	6	31	D	2 Kal.	Petronellæ.	16	6	30 F	2 Kal.	Commemo.
5	7	Iun.	E	Kal. Iun.	Secundi martyris.	5	7	ult. G	Kal. Iulias	Octa. Ioan.
	8	2	F	4 Nō.	Marcellini		8	2 A	6 Nō.	Visitatio.
13	9	3	G	3 Nō.	Eras. Episc.	13	9	3 B	5 Nō.	
	10	4	A	2 Nō.		2	10	4 C	4 Nō.	Vdalrici
2	11	5	B	Nonæ	Bonifacij Episc.		11	5 D	3 Nō.	
10	12	6	C	8 Id.		10	12	6 E	2 Nō.	Octaua Petri
	13	7	D	7 Id.		18	13	7 F	Nonę	
18	14	8	E	6 Id.			14	8 G	8 Id	
7	15	9	F	5 Id.	Primi & Fel.	7	15	9 A	7 Id.	
	16	10	G	4 Id.			16	10 B	6 Id.	Septem fratrum.
15	17	11	A	3 Id.	Solstit. æstiuum ☉ in ♋	15	17	11 C	5 Id.	
4	18	12	B	2 Id.	Barnabe Apostoli.	4	18	12 D	4 Id	☉ in ♌.
	19	13	C	Idus	Antonij Patau. et Onoph.		19	13 E	3 Id.	Margarethe.
12	20	14	D	18 Kal.		12	20	14 F	2 Id.	
	21	15	E	17 Kal.	Viti mart. & Modesti atq;	1	21	15 G	Idus	Diuisio Apostolorum
1	22	16	F	16 Kal.	(Crescentij.		22	16 A	17 Kal.	
9	23	17	G	15 Kal.		9	23	17 B	16 Kal.	Alexij confessoris.
	24	18	A	14 Kal.	Marci.	17	24	18 C	15 Kal.	
17	25	19	B	13 Kal.	Geruasij.		25	19 D	14 Kal.	
6	26	20	C	12 Kal.		6	26	20 E	13 Kal.	
	27	21	D	11 Kal.	Albani.		27	21 F	12 Kal.	Praxedis.
14	28	22	E	10 Kal.	Achatij.	14	28	22 G	11 Kal.	Maria Magdalena.
3	29	23	F	9 Kal.	Vigilia.	3	29	23 A	10 Kal.	Apollina.
	30	24	G	8 Kal.	Ioan. Baptistæ natiuitas		30	24 B	9 Kal.	Vigilia.

C

Aureus

De septem Calendariis.

Aureus nume.	Mesori.	Menf. Roman.	Literę Domin.	Kal. Non. Idus.	Festa fixa	Aureus numer.	Epactę et Thoth	Menf Roman.	Literę Domin.	Kal. Non Idus.	Festa immobilia.
		Iulius.						Aug			
11	1	25	C	8 Kal.	Iacobi.		1	24	E	9 Kal.	Bartholom.
19	2	26	D	7 Kal.	Annæ	19	2	25	F	8 Kal.	
	3	27	E	6 Kal.		8	3	26	G	7 Kal.	
8	4	28	F	5 Kal.	Pantaleo		4	27	A	6 Kal.	
16	5	29	G	4 Kal.		16	5	28	B	5 Kal.	Augustini.
5	6	30	A	3 Kal.		5	1 Thoth	29	C	4 Kal.	Decol. oan.
	7	31	B	2 Kal.			2	30	D	3 Kal	
13	8	1 Aug	C	Kal. August	Petri ad.	13	3	31	E	2 Kal	
2	9	2	D	4 Nō.		2	4	1 Sep.	F	Kal. Sep.	Aegidij ab.
	10	3	E	3 Nō.	Steffani in.		5	2	G	4 Nō.	
10	11	4	F	2 Nō.		10	6	3	A	3 Nō.	
	12	5	G	Nonæ			7	4	B	2 Nō	
18	13	6	A	8 Id.	Sixti Pap	18	8	5	C	None	
7	14	7	B	7 Id.	Afra.	7	9	6	D	8 Id.	Nat. Mar. Con.
	15	8	C	6 Id.	Ciriaci &c.		10	7	E	7 Id.	
15	16	9	D	5 Id.	Vigilia.	15	11	8	F	6 Id.	Natal. Ma.
4	17	10	E	4 Id.	Laurentij.	4	12	9	G	5 Id.	Gorgonij.
	18	11	F	3 Id.	Tiburtij.		13	10	A	4 Id.	
12	19	12	G	2 Id.	Claræ uir.	12	14	11	B	3 Id.	Proti & Hi.
1	20	13	A	Idus	Hippoliti ⊙ in ♍.	1	15	12	C	2 Id.	
	21	14	B	19 Kal.	Vigilia.		16	13	D	Idus	⊙ in ♎
9	22	15	C	18 Kal.	Assum. Mar.	9	17	14	E	18 Kal.	Exaltatio Crucis.
	23	16	D	17 Kal.			18	15	F	17 Kal.	
17	24	17	E	16 Kal.		17	19	16	G	16 Kal.	Ephemiæ.
6	25	18	F	15 Kal.	Agapiti.	6	20	17	A	15 Kal.	
	26	19	G	14 Kal.			21	18	B	14 Kal.	
14	27	20	A	13 Kal.	Bernhardi.	14	22	19	C	13 Kal.	
3	28	21	B	12 Kal.		3	23	20	D	12 Kal.	Vigilia.
[illegible]	29	22	C	11 Kal.	Timothei.		24	21	E	11 Kal.	Mathei.
11	30	23	D	10 Kal.	Vigilia.	11	25	22	F	10 Kal.	Mauritij.

Aureus numer.	Thoth & Paophi	Mens. Roman.	Literæ Domini.	Kal. Non. Idus.	Festa fixa.	Aureus nume.	Paophi & Athyr.	Mens. Roman	Literæ Domin.	Kal. Non. Idus.	Festa fixa.
	thoth	Sept.					Paophi	Octo			
19	26	23	G	9 Kal.			26	23	B	10 Kal.	
8	27	24	A	8 Kal.		8	27	24	C	9 Kal.	
	28	25	B	7 Kal.			28	25	D	8 Kal.	Crispini &c.
16	29	26	C	6 Kal.		16	29	26	E	7 Kal.	
5	30	27	D	5 Kal.	Cosmi &c.	5	30	27	F	6 Kal.	Vigilia.
	1 Paophi	28	E	4 Kal.			1 Athyr	28	G	5 Kal.	Simon & Iudæ.
13	2	29	F	3 Kal.	Michaelis.	13	2	29	A	4 Kal.	
2	3	30	G	2 Kal.	Hieronymi.	2	3	30	B	3 Kal.	
	4	1 Oct	A	Kal. Octo	Remigij.		4	31	C	2 Kal.	Vigilia.
10	5	2	B	6 Nō.	Leodegarij.	10	5	1 Nou.	D	Kal. Nou	Omnium sanctor.
	6	3	C	5 Nō.			6	2	E	4 Nō.	Animarum.
18	7	4	D	4 Nō.	Francisci.	18	7	3	F	3 Nō.	
7	8	5	E	3 Nō.		7	8	4	G	2 Nō.	
	9	6	F	2 Nō.			9	5	A	Nonæ	
15	10	7	G	Nonæ		15	10	6	B	8 Id.	Leonhardi.
4	11	8	A	8 Id.		4	11	7	C	7 Id.	
	12	9	B	7 Id.	Dionysij episc.		12	8	D	6 Id.	
12	13	10	C	6 Id.		12	13	9	E	5 Id.	
1	14	11	D	5 Id.	Calisti Pap.	1	14	10	F	4 Id.	
	15	12	E	4 Id.			15	11	G	3 Id.	Martini Episc.
9	16	13	F	3 Id.	Galli Con. ☉ in ♏.	9	16	12	A	2 Id.	☉ in ♐.
	17	14	G	2 Id.			17	13	B	Idus	Bricij Episc.
17	18	15	A	Idus		17	18	14	C	18 Kal.	
6	19	16	B	17 Kal.		6	19	15	D	17 Kal.	
	20	17	C	16 Kal.			20	16	E	16 Kal.	
14	21	18	D	15 Kal.	Lucæ Euan.	14	21	17	F	15 Kal.	
3	22	19	E	14 Kal.		3	22	18	G	14 Kal.	
	23	20	F	13 Kal.			28	19	A	10 Kal.	Elisabeth.
11	24	21	G	12 Kal.	Vndecim M.	11	24	20	B	12 Kal.	
19	25	22	A	11 Kal.	Seueri.	19	25	21	C	11 Kal.	Præsenta.

Aureus

Aureus numer.	Athyr & Chiac	Mens. Roman.	Literę Domin	Kal. Non. Idus	Festa immobilia.
8	26 Athyr.	22 No uember	D	10 Kal.	
	27	23	E	9 Kal.	Clementis
16	28	24	F	8 Kal.	
5	29	25	G	7 Kal.	Catharinæ
	30	26	A	6 Kal.	Conradi
13	1 Chiac	27	B	5 Kal.	
2	2	28	C	4 Kal.	
	3	29	D	3 Kal.	Vigilia.
10	4	30	E	2 Kal.	Andreæ
	5	1 Dece.	F	Kal. Dece.	
8	6	2	G	4 Nō.	
7	7	3	A	3 No.	
	8	4	B	2 Nō.	Barbaræ
15	9	5	C	Nonæ	
4	10	6	D	8 Id.	Nicolai.
	11	7	E	7 Id.	
12	12	8	F	6 Id.	Conceptio.
1	13	9	G	5 Id.	
	14	10	A	4 Id.	
9	15	11	B	3 Id.	Damasi Pap ☉ in ♑.
	16	12	C	2 Id.	
17	17	13	D	Idus	Luciæ Vir.
6	18	14	E	19 Kal.	
	19	15	F	18 Kal.	
14	20	16	G	17 Kal.	Vigilia.
3	21	17	A	16 Kal.	Thom. Apost.
	22	18	B	15 Kal.	
11	23	19	C	14 Kal.	
[illegible]	24	20	D	13 Kal.	
19	25	21	E	12 Kal.	
8	26	22	F	11 Kal.	
	27	23	G	10 Kal.	
16	28	24	A	9 Kal.	Vigilia
5	29	25	B	8 Kal.	Natalis Domini.
	30	26	C	7 Kal.	

Magister. Hactenus tibi ob oculos posui Calendarium Alexandrinorū, in quo ad oculum uides, quæ sit dierum tam nostri quam Alexandrinorum, uariatio. Non solum profectò dierū imo etiam mensium, & inceptionis annorum. Nam nos incipimus annū ciuilem à Ianuario, ipsi à mense Thot, cuius initium incidit in 29. diem nostri Augusti. Insuper nos celebrauimus anno 1574 currente Pascha sacratissimum 11. die Aprilis, quarto mense, Alexandrini uero 16. die Pharmuchi mense, nimirum, octauo, prætereà æquinoctium Vernum incidit dicto anno in 10. diē Martij, tertij mensis nostri, apud Alexandrinos in diem 14. Phamenoth, qui illis est septimus, hęc rectè nosse re nō est tam iucundum quam etiā necessariū. *Discipulus.* Hęc quę hucusq; de Alexandrinorum Calendario & appositè, & clare in medium protulisti magna cū uoluptate audiui. Tu profectò, uir uenerāde, facies mihi rem gratissimam, si me instruxeris quomodo nouilunia in Calendario Alexandrinorum sint inuestigāda, & deinde plenilunia, quę res, ut fert mea sententia, magnum habet usum apud Christianos, qui habitant apud Alexandrinos in celebrandis festis mobilibus, & inprimis in celebrando festo Paschatis, & hoc nō solùm

GGG 2 nunc

[illegible] temporis, imò habuit in Eccleſia primitiua, hoc uel inde manifeſtum eſt, [illegible] quod temporibus Diocletiani, cuius imperium initium ſumpſit anno ducenteſimo octogeſimo quarto, poſt natiuitatem Saluatoris noſtri, apud Alexandrinæ Chriſtianos, horum annorum fuerit uſus. Nam Diocletianus iſte, quamuis alias fuerit princeps maturæ ſapientiæ, atq; prudentię, & multis factis præclaris exornatus, & Aegyptum, quod ante ipſum pauci potuerunt, Imperio Romano ſubiecerit, tamen in Eccleſia primitiua Chriſti, omnia, quæ maximè in Eccleſia ſunt neceſſaria ſubuertit & diſſipauit, cuius iuſſu ubiq; circumferebantur, & proponebantur mandata imperialia ut templa Chriſtianorum ſolo æquarentur, diuinæ ſcripturæ comburerentur, magiſtratus, & honores gerentes [illegible] Chriſtianos cum ignominia in ordinem redigerentur, & Eccleſiarum [illegible] uincirentur, teſte Nicephoro lib. VII. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, & multis [illegible] Hiſtoriographis. Hoc, dubio procul, non aliam ob cauſam fecit, quàm quod, [illegible] principes, ſtuduerit priſtinum ſtatum imperij ueteremq; reipublicæ formam reuocare, quod putabat non poſſe fieri in diſſenſione religionis [illegible] gredior: fac quæſo quod petij. *Magiſter.* Tu profectò, uideris [illegible] importunus petendo, præcipue cùm petas, quæ paucis abſolui non [illegible] poſſunt. *Diſcipulus.* Ita eſt natura eorum, qui cupiunt res ita ſcire à ſuis præceptoribus, ut poſtea ſuo marte, adhibita diligentia, poſsint eas rectiſſ. inueſtigare. *Magiſter.* Si hæc ſcire uis, habeas Tabulas iam confectas aut tibi conficias. *Diſcipulus.* Ego, ita me Deus amet, conficerem ſi ſcirem. *Magiſter.* Aſcribam duas Tabellas, quæ continent annos collectos communes ad annos Chriſti Alphonſi, Alexandri Cæſaris, & Diocletiani, ad hæc annos expanſos, & menſes. Cæterùm, ex quo anni expanſi ipſius Diocletiani, Alexandri & Cæſaris paululum diſcrepent ab annis expanſis Chriſti, adiungam tertiam Tabellam, etiam quartam pro annis expanſis Cęſaris. *Diſcipulus.* Vnde oritur talis diſcrepantia? *Magiſter.* Ex eo nimirum, quod Diocletiani anni exordium cœperint ab anno ſecundo poſt biſextum, Chriſti autem à primo poſt biſextum, Cæſaris denique à tertio ex his, inquam, Tabulis poteris, auxilio ætatum, omnes motus medios planetarum uenari, propoſito numero annorum, menſium, atq; dierum alicuius æræ notæ.

Anni

	Anni	quart.	tertia	secun.	Prim.		Anni		3.	2.	1.	m̄.
	40	0	4	3	30		1		0	6	5	15
	60	0	6	5	15		2		0	12	10	30
	80	0	8	7	0		3		0	18	15	45
	100	0	10	8	45		4	B	0	24	21	0
	200	0	20	17	30		5		0	30	26	15
Pri-	300	0	30	26	15	Se	6		0	36	31	30
ma	400	0	40	35	0	cū	7		0	42	36	45
Ta-	500	0	50	43	45	da	8	B	0	48	42	0
bu	600	1	0	52	30	Ta	9		0	54	47	15
la.	700	1	11	1	15	bu-	10		1	0	52	20
	800	1	21	10	0	la.	11		1	6	57	45
	900	1	31	18	45		12	B	1	13	3	0
	1000	1	41	27	30		13		1	19	8	15
	2000	3	22	55	0		14		1	25	13	30
	3000	5	4	22	30		15		1	31	18	45
	4000	6	45	50	0		16	B	1	37	24	0
	5000	8	27	17	30		17		1	43	29	15
	6000	10	8	45	0		18		1	49	34	30
	7000	11	50	12	30		19		1	55	39	45
	8000	13	31	40	0		20		2	1	45	0
Anni collecti.							Anni expansi.					

Menses ad annos Christi & Cæsaris.							Mēses Alphōsi incipiētes à Iunio.						
Nomina		2.	Prima		2.	Pri.		2.	Pri.		2.	1.	Nomina.
Ianuarius.		0	31		0	31		0	30		0	30	Iunius.
Februarius.	Mē	0	59	Mē	1	0	Mē	1	1	Mē	1	1	Iulius.
Martius.	ses	1	30	ses	1	31	ses	1	32	ses	1	32	Augustus.
Aprilis.	nō	2	0	Bi	2	1	nō	2	2	Bi-	2	2	September.
Maius.	Bi.	2	31	sex	2	32	Bi-	2	33	sex	2	33	October.
Iunius.	sex	3	1	til.	3	2	sex-	3	3	til.	3	3	Nouember.
Iulius.	ti	3	32		3	33	ti-	3	34		3	34	December.
Augustus.	les.	4	3		4	4	les.	4	5		4	5	Ianuarius.
September.		4	33		4	34		4	33		4	34	Februarius.
October.		5	4		5	5		5	5		5	5	Martius.
Nouember.		5	34		5	35		5	34		5	35	Aprilis.
December.		6	5		6	6		6	5		6	6	Maius.

Anni expanſi æræ Alexand. Dioclet.						Anni expanſi æræ Cæſaris.				
Anni	3.	2.	Pa.	m.		Anni	3.	2	Pa.	m.
1	0	6	5	30		1	0	6	5	45
2	0	12	10	45	B	2	0	12	11	0
3 B	0	18	16	0		3	0	18	16	15
4	0	24	21	15		4	0	24	21	30
5	0	30	26	30		5	0	30	26	45
6	0	36	31	45	B	6	0	36	32	0
7 B	0	42	37	0		7	0	42	37	15
8	0	48	42	15		8	0	48	42	30
9	0	54	47	30		9	0	54	47	45
10	1	0	52		B	10	1	0	53	0
11 B	1	6	58			11	1	6	43	15
12	1	12	3			12	1	13	3	30
13	1	19	8			13	1	19	8	45
14	1	25	13		B	14	1	26	14	0
15 B	1	31	19			15	1	32	19	15
16	1	37	24			16	1	37	24	30
17	1	43	29			17	1	43	29	45
18	1	49	34		B	18	1	49	35	0
19 B	1	55	40			19	1	55	40	15
20	2	1	45			20	2	1	45	30

Compoſitio harum Tabularum non eſt difficilis, ſi noueris numerum annorum, menſium & dierum à principio alicuius æræ, ut dixi notæ ſine Tabulis, reducere ad quarta, tertia, ſecunda, & prima quæ ſignant in Tabellis præmiſſis, hoc modo, ſcilicet, 4. 3. 2. & prima. nam ſi unum habueris exemplum, profecto ſine labore quaſi, poteris tales Tabulas, quales hîc habes, conficere. *Diſcipulus.* Tu recte loquereris, ſi ſcirem, ſed ego hoc prorſus ignoro, rogo ita, ſi te ut me hoc doceas. *Magiſter.* Faciam quod petis, ſed hæc in primis ſcito, nempe quod ultrà quarta non fiat progreſsio, & quod operatio in hoc opere perficiatur potiſſimum per ſexagenarium numerum tam in cõpoſitione quàm in reſolutione. Atqui ut paucis dicam, dies dicitur prima & 60. prima faciunt unum ſecundum, & 60. ſecunda unum tertium, 60. uero tertia, unum quartum, ulterius, ut dixi, non progreditur. Hæc, inquam, diuiſio tẽporum eſt conuenientiſsima, ad inueniendum motus

Menſes Ægyptiorum incipientes Septembri, ad annos Dioclet.				
Nomina menſium	Non Biſex		Biſextil	
Secun.	Pa.		2.	1.
Tuth	0	30	0	30
Bala.	1	1	1	1
Hetur.	1	31	1	31
Heybich.	2	2	2	2
Toba.	2	33	2	33
Annhur.	3	1	3	2
Barmaer.	3	32	3	33
Baraida.	4	2	4	3
Bixbiroxh.	4	33	4	43
Zuba.	5	3	5	4
Abih.	5	34	5	35
Mazræ.	6	5	6	6

Menſes Alexandrinorum incipientes à Septembri.				
Nomina Menſiũ	Nõ Biſextil		Biſextiles	
Secun.	Pa.		2.	1.
Thot	0	30	0	30
Paophi.	1	1	1	1
Athyr.	1	31	1	31
Chiac.	2	2	2	2
Tybi.	2	33	2	33
Mechyr.	3	1	3	2
Phamenoth	3	32	3	33
Pharmuti.	4	2	4	3
Pachon.	4	33	4	34
Pnuni.	5	3	5	4
Epiphi.	5	34	5	35
Meſori.	6	5	6	6

plane-

planetarũ, & id propterea quod distinctio motuũ fit per 60. nã cũ noueris quod planeta, in uno die suo motu progrediatur per unũ gradũ, tunc scies quod in 60. dieb. suo motu cõsumet unũ signũ, siquidẽ Zodiacus in Tabulis Alphonsinis, diuidatur in sex tantũ signa Physica, quid multis? quãdo uolueris operari tũc multiplica numerũ annorũ quẽ cupis reducere in 4. 3. 2. & 1. per 365. quo facto, numero, q ex tali multiplicatione pdibit, adde quartã partẽ annorũ ppositorũ, & partẽ, inquã, illã quartã inuenies hoc modo, diuide numerũ ppositũ p quatuor, & q resultauerit, addas, ut dictũ est producto numeri multiplicati per 365. Numerus uerò inde prouenieus erunt dies, quos per sexaginta diuidas, & quod remãserit post diuisionẽ, ponito in locũ primorũ, & sic p habendis, 2. 3. & 4 procedas p diuisionẽ sexagenariorũ, quãuis antea aliquid de hoc dixerim. tamen hic repetere nõ erit absurdũ uocabulo, quartũ, utimur in neutro & fœm. gen. Sit exempli gratia, numerus 5000. ex annis collectis Tabulæ pmissæ, in qua, postquã facta est diuisio per 4. prodierunt 1250. dies. Deinde 5000 anni multiplicati per 365. & oblati sunt 1825000. dies, his cũ prioribus reseruatis collectis, totũ collectũ fuit, 1826250. & post primã diuisionẽ sexagenariã remanserunt, 30. prima, post alterã 17. secun. post tertiã 47. tert. & quartã 8. 4. Non secus agẽdum est in annis expansis. Ex his iam dictis, patet satis quo modo Tabulæ prædictæ cõfectæ fient, quarũ usus, ut est utilis, ita est breuis & iucundus, quemadmodũ mox patebit. *Discipulus.* Hæc pbe intellexi, nihil iã restat, nisi ut usum ostendas exemplo uno, atq; altero. *Magister.* Id non recuso, & cũ intentũ meũ sit, post demonstrationẽ usus pcedentiũ Tabularũ, et ãte docere quomodo inuenias coniunctiones Lunæ medias, ac docẽdi gratia, locũ medij motus Lunæ in Zodiaco p Calend. Alexandrinorũ, q etiã tẽporibus Diocletiani tyranni sæuissimi in sanguinẽ Christianorũ, in usu fuit, & quando habueris tales cõiunctiones medias Lunæ, ad motus medios Lunę iuxta Alexandrinos, q incipiũt annũ suũ à Septẽbri, facilè ex Calendarijs pscriptis, habebis mẽsem & diẽ talis cõiunctionis, &c. in Romano Calen & uice uersa, his habitis in Rom. Cal. habebis quoq; in Calend. Alexandrino. Sed hæc operatio reqrit Tabulas pprias, & canones peculiares, de quib. scribã, postq; pmissioni meæ pbabitę, satis fecerim. En, si cupis numerũ annorũ ppositorũ reducere ad 4. 3. 2. & prima, auferas. ann. Diocletiani, scilicet 284. cõpletos ab annis tuis currẽtibus reliquũ, sed habeas obseruationẽ bisextilitatis, immittas in Tabulã annorũ completorũ, & etiã annorũ expansorũ, & mensiũ, si operatio hoc expostulat, & 4 3. 2. & prima, quodlibet sub suã speciẽ, hoc est, 4. sub 4. & 3. sub 3. & sic de reliqs scribas, & si numerus resultauerit ultra 60. adijcias pcedẽti unitatẽ more cõsueto. hoc, inquã, fit in addendo postq; ita annos tuos reduxisti, pductũ reserues Verùm ut pdicta clariora fiant addã exemplũ. *Discipulus.* Hoc erit mihi ualde gratũ. *Magister.* Sit, exempli gratia annus ppositus 1578. à die recuperatæ salutis, currẽs ab anno pterito subduxi 284. annos, & residuati sunt, 1293. anni à tẽpore Diocletiani usq; huc, facto introitu in primã Tabulã annorũ collectorũ. Primò cũ millenario, & oblata sunt 2. 44, 41. 34, 27. 21, & 30. prima. Secundò intraui in eandẽ Tabulã cũ ducentenario numero, & reperi 0. 44, 20. 34, 17. 24, 30. 14. Tertiò, idẽ feci cum denario, scilicet 80. & oblata sunt 8. 34, 7. 24, & 0. 14. Postremò, introiui in Tabulã alterã, uidelicet annorũ expansorũ, cũ 13. annis, & inueni 1. 34, 19. 24, & 8. 14 Hæc inuenta omnia collegi, iuxta doctrinã datã, superiùs, & resultarũt 2. 44, 11. 34, 11. 24, 8. 14, his adieci 6. 24, 5. 14, hoc est, integrũ annũ, & habui 2. 44, 11. 34, 17. 24, 13. 14. De mensib uerò, suo loco, dicã postq; Tabulas motuũ mediorũ descripserim. *Discipulus.* Ex hoc exẽplo pposito, etiã reliqua huius negotij facilè intelligã tu nunc ad alia, q polliceris pgas *Magister.* Cũ aũt intentũ nostrũ sit tantũ mediũ motũ Lunæ, & medias Solis ac Lunæ cõiunctiones ostẽdere, & id ppterea, ut uideas quare Ca. Alexandrorũ Romano adiunxerim Calend. & quomodo p Calend.

Alexandrorũ mediæ Lunæ & Solis cõiunctiones sint cognoscẽdę. & similiter medij motus Lunę in Rom. Cal. & uice uersa: his cognitis, reliquorũ planetarũ mot, ex Tabulis Alphõsinis ad tẽpora Diocletiani, & ultrã facile cognoscent.

Tabula medij motus Lunæ.

Quarta. Tertia. Secunda.										Quarta. Tertia. Secunda.									
Pri.	pa.	2	3.	4.						Pri.	pa.	2.	3.	4.					
1	0	13	10	35	1	15	11	4	35	31	6	48	28	5	38	50	43	22	5
2	0	26	21	10	2	30	22	9	10	32	7	1	38	40	40	5	54	26	40
3	0	39	31	45	3	45	33	13	45	33	7	14	49	15	41	21	5	31	15
4	0	52	42	20	5	0	44	18	20	34	7	27	59	50	42	26	16	35	50
5	1	5	52	55	6	15	55	22	55	35	7	41	10	25	43	51	27	40	25
6	1	19	3	30	7	31	6	27	30	36	7	54	21	0	45	6	38	45	0
7	1	32	14	5	8	46	17	32	5	37	8	7	31	35	46	21	49	49	35
8	1	45	24	40	10	1	28	36	40	38	8	20	42	10	47	37	0	54	10
9	1	58	35	15	11	16	39	41	15	39	8	33	52	45	48	52	11	58	45
10	2	11	45	50	12	31	50	45	50	40	8	47	3	20	50	7	23	3	20
11	2	24	56	25	13	47	1	50	25	41	9	0	13	55	51	22	34	7	55
12	2	38	7	0	15	2	12	55	0	42	9	13	24	30	52	37	45	12	30
13	2	51	17	35	16	17	23	59	35	43	9	26	35	5	53	52	56	17	5
14	3	4	28	10	17	32	35	4	10	44	9	39	45	40	55	8	7	21	40
15	3	17	38	45	18	47	46	8	45	45	9	52	56	15	56	23	18	26	15
16	3	30	49	20	20	2	57	13	20	46	10	6	6	50	57	38	29	30	50
17	3	43	59	55	21	18	8	17	55	47	10	19	17	25	58	53	40	35	25
18	3	57	10	30	22	33	19	22	30	48	10	32	28	1	0	8	51	40	0
19	4	10	21	5	23	48	30	27	5	49	10	45	38	36	1	24	2	44	35
20	4	23	31	40	25	3	41	32	40	50	10	58	49	11	2	39	13	49	10
21	4	36	42	15	26	18	52	36	15	51	11	11	59	46	3	54	24	53	45
22	4	49	52	50	27	34	3	40	50	52	11	25	10	21	5	9	35	58	20
23	5	3	3	25	28	49	14	45	25	53	11	38	20	56	6	24	47	2	55
24	5	16	14	0	30	4	25	50	0	54	11	51	31	31	7	40	58	7	30
25	5	29	24	35	31	19	36	54	35	55	12	4	42	6	8	55	9	12	5
26	5	42	35	10	32	34	47	59	10	56	12	17	52	41	10	10	20	16	40
27	5	55	45	45	33	49	59	3	45	57	12	31	3	16	11	25	31	21	15
28	6	8	58	20	35	5	10	8	20	58	12	44	13	51	12	40	42	25	50
29	6	22	6	55	36	20	21	12	55	59	12	57	24	26	13	55	53	30	25
30	6	35	17	30	37	35	32	17	30	60	13	10	35	1	15	11	4	35	☾
m̃.	G	m̃.	2.	3.						m̃.	G.	m̃.	2.	3.					
2.	m̃	2.	3.							2.	m̃	2.	3.						
3.	2.	3.								3.	2.	3.							
4.	3.									4.	3.								
Lineæ numeri										Lineæ numeri									

Discipulus

De septem Calendariis.

Discipulus. Hæc Tabula, quantum intelligo, habet nonnihil difficultatis, quare à te postulo, ut mihi eā cùm p̄ceptis, tū exēplari discursu explices. *Magister.* Aliàs uolui etiā si non postulasses, primò dabo tibi p̄ceptum seu regulā, deinde exemplum, & hoc de medio motu Lunę inueniendo, idq́; ꝓpterea quod error, si quis contigerit, in Luna, ꝓpter uelocē motū eius, facilius deprehendiť, q̄ in reliquis planetis, in quib. operatio erit eadē, q̄ Lunæ uniuscuiusq; ad suā rationē. Qualitercūq; uolueris ad annos, Christi operari habeas radicē incarnationis, q̄ in Luna est 2. sig. 2. gr. 46. m̄. 50. sec & 16. tert. Si aūt ad annos Diocletiani, ad cuius annos hāc operationē exemplarē instituimus, habeas radicē Diocletiani, illa est 2. sig 16. gr. 19. m̄ 44. sec. & 3 pri. eā, incq́; radicē extra scribas in Tabulā, hoc facto, intres ꝓ motu medio Lunæ inueniendo, Tabulā præmissam cū numero 4. & quod inueneris in quarta linea post lineā numeri, scilicet, in illa linea, q̄ intitulaē 4. & quæ ibi numeris sunt signa & postea gr. ac deinde m̄. & secunda, &c. hæc inuēta subscribas radici tuæ operationis, sic facias etiā cū tertijs, quæ quoq; quæras in linea numeri, & q̄ inueneris in linea tertiorū in linea transuersali, erūt quoq; sig. gr. m̄ &c. non secus facias cū secūdis, & primis, si aūt habebis post prima, minuta, secunda, aut tertia, opereris in inferiori parte Tabulę, cū minutis habebis gradus, & cū secundis minuta. Deinde, peracta tali operatione, omnī addas ad inuicē, incipiendo à subtiliori fractione, & quotiescunq; ex additione ꝓdeunt 60. ponas ad fractionē grossiorē immediate sequentē unitatem, idē facias cū reliqs fract omib usq; ad signa, ubi 60. gr. ualent unū signū, & sex signa integrā reuolutionē zodiaci, & si ex additione signorū resultauerint plura signa q̄ sex, semp abijciant sex, residuū serues, & erit id q quęris, hæc signa, scilicet, re-ſic duplices & si in gradib. fuerint plures q̄ triginta, auferas triginta, & adde p̄dicto duplo, & habebis signa cōmunia, cōmuniter in tabulis reliquorū planetarum agas, q hîc cōsultò omittiť. Nunc ad exemplū, sitq́; annus ꝓpositus ut suprà 1294. ab imperio Diocletiani, & post reductionē ꝓdierunt 2. 44, 11 34, 17. 24, 13 p4. Cæterū ut omnia tibi fient manifestiora, primū calculo ostendā locum Lunæ primi mensis Thot, Alexandrinorū, qui, ut dixi suprà incipit 29. die Augusti, deinde mensis Heybich Diocletiani, aut Chiac Alexandrinorū. En primò ingressus sum in tabulā prædictā cū numero 2. quatuorū, & inueni in quarta linea 10 sig 2. gr 30. m̄. 22. sec. Deinde rursus ingressus sum in Tabulam numeri tertiorū cū 11 reperi in tertia linea 56. sig. 25. gr. 13. m̄. 47. sec. Tertio ingressus sum in secundā lineā à linea numeri, cum 17. 24, & oblata sunt 42. sig. cum 59. gr. 55. m̄. 21. sec. Postremò, rursus ingressus sum in primā lineam à linea numeri, cum 13. primis & inueni 2. sig. 51. gr. 17. m̄. 35. sec. his omnib. denicq; collectis, secundū regulā datā, cum radice Diocletiani, q̄ si nō fallir, est 2. sig. 36. gr. 19. m̄. 44. sec. ꝓuenerunt, 1. sig Physicum, cum 55. gr. 16. m̄. 49. sec. aut 3. signa cōmunia 25. gr. 16. m̄. 49. sec. fuit igitur Luna medio motu suo ad Meridianum Toletanum in 25. gr. Cancri unà cum minutis p̄dictis in primo mense anni p̄dicti, quod facere uolui. Si autem in reliquis mensibus placuerit operationem instituere tūc secūda, & prima, cōpleti mēsis adijcias quartis, tertijs, secundis, primis, primi mēsis inuētis, & similiter dies, & alias fractiones, & hoc debito modo, postq̄ hoc factū est, operis ut iā uisum est. Nā si p̄dictis 4. 3. 2. & p4. primi mēsis adijceceris 1. 21, 31. p4, & 27. dies, ꝓdibunt 2. 44, 11. 34, 19. 24, 11. p4, si recte operatus fueris, habebis ꝓ loco medij motus Lunæ ad 27. diē mēsis quarti, Aegyptiorū, aut Alexandrinorū, Heybich seu Chiac, scilicet q dies 27. respōdet 23 diei Decēbris Romanorū uidelicet, sic etiā in ceteris operandū erit. *Discipulus.* Hęc satis intelligo, nūc ad alterā pollicitationē tuā, q̄ plus facit negotij. *Magister.* Sum in p̄cinctu & ut petitionib. tuis satis faciā iā adscribā Tabulā medij motus elongationis Lunę à Sole, quæ est, ut sequitur, & deinde Tabulā ad sciendū horas & horarū fractiones p min. dierū, & eorū fractiones, sine qua opatio foret imperfecta.

Tabula medij motus elongationis Lunæ à Sole.

4. 4.
3. 3.
2. 2.

Prima	Pa.	2.	3.	4.						Pa.	Pa.	2.	3.	4.					
1	0	12	11	26	57	30	21	4	13	31	6	17	54	47	30	33	47	10	9
2	0	24	22	53	55	0	42	8	26	32	6	30	6	14	12	11	39	0	48
3	0	36	34	20	52	31	3	12	39	33	6	42	17	40	53	49	30	51	27
4	0	48	45	46	50	1	24	16	52	34	6	54	29	7	35	27	22	42	6
5	1	0	57	13	47	31	45	21	5	35	7	6	40	34	17	5	14	32	45
6	1	13	8	40	45	2	6	25	18	36	7	18	52	0	58	43	6	23	24
7	1	25	20	6	42	32	27	29	31	37	7	31	3	27	40	20	58	14	3
8	1	37	31	33	40	2	48	33	44	38	7	43	14	54	21	58	50	4	42
9	1	49	43	0	37	33	9	37	57	39	7	55	26	21	3	36	41	55	21
10	2	1	54	26	35	3	30	42	10	40	8	7	37	47	45	14	33	46	0
11	2	14	5	53	32	33	51	46	23	41	8	19	49	14	26	52	25	36	39
12	2	26	17	20	30	4	12	50	36	42	8	32	0	41	8	30	17	28	18
13	2	38	28	47	27	34	33	54	49	43	8	44	12	7	50	8	9	17	57
14	2	50	40	13	25	4	54	59	2	44	8	56	23	34	31	46	1	8	36
15	3	2	51	40	22	35	16	3	15	45	9	8	35	1	13	23	52	59	15
16	3	15	3	7	20	5	27	7	28	46	9	20	46	27	55	1	44	49	54
17	3	27	14	33	17	35	58	11	41	47	9	32	57	54	36	39	36	40	33
18	3	39	26	0	15	6	19	15	54	48	9	45	9	21	18	17	28	31	12
19	3	51	37	27	12	36	40	20	7	49	9	57	20	47	59	55	20	21	51
20	4	3	48	53	10	7	1	24	20	50	10	9	32	14	41	33	12	12	30
21	4	16	0	20	7	37	22	28	33	51	10	21	43	41	22	11	4	3	9
22	4	28	11	47	5	7	43	32	46	52	10	33	55	8	4	48	55	53	48
23	4	40	23	13	2	38	4	36	59	53	10	46	6	34	46	26	47	44	27
24	4	52	34	40	0	8	26	41	12	54	10	58	18	1	28	4	39	35	6
25	5	4	46	7	57	38	46	45	25	55	11	10	19	28	9	42	31	25	45
26	5	16	57	34	55	9	7	49	38	56	11	22	40	54	51	20	23	16	24
27	5	29	9	0	52	39	28	53	51	57	11	34	52	21	32	58	15	7	3
28	5	41	20	27	50	9	49	58	4	58	11	47	3	48	14	36	6	57	42
29	5	53	31	54	47	40	11	2	17	59	11	59	15	14	56	13	58	48	21
30	6	5	43	20	45	10	32	6	30	60	12	11	26	41	37	51	50	39	0
m̃.	G.	m̃.	2.	3.						m̃.	G.	m̃.	2.	3.					☾
2	m̃.	2.	3.							2.	m̃.	2.	3.						
3.	2.	3.								3.	2.	3.							
4.	3.									4.	3.								

Tabula

Tabula ad ſciendum horas & horarum fractiones per minuta dierum & eorum fractiones.

M.	H.	M.	M.	H.	M.
1	0	24	31	12	24
2	0	28	32	12	28
3	1	12	33	13	12
4	1	36	34	13	36
5	2	0	35	14	0
6	2	24	36	14	24
7	2	48	37	14	48
8	3	12	38	15	12
9	3	36	39	15	36
10	4	0	40	16	0
11	4	24	41	16	24
12	4	48	42	16	48
13	5	12	43	17	12
14	5	36	44	17	36
15	6	0	45	18	0
16	6	24	46	18	24
17	6	28	47	18	48
18	7	12	48	19	12
19	7	36	49	19	36
20	8	0	50	20	0
21	8	24	51	20	24
22	8	48	52	20	48
23	9	12	53	21	12
24	9	36	54	21	36
25	10	0	55	22	0
26	10	24	56	22	24
27	10	48	57	22	48
28	11	12	58	23	12
29	11	36	59	23	36
20	12	0	60	24	0
M.	H.	M.	M.	M.	2.
2.	M.	2.	2	2.	
3	2.	3.	3.	3.	
4	3.		4.		

Diſcipulus. Tu equidem perpulchrè adiecisti Tabulas, è quibus mediæ coniunctiones Solis & Lunæ atque oppoſitiones extrahi poſſunt, ſed quid iſtæ Tabulæ proſunt abſq; regulis, & præceptis? *Magiſter.* Ipſemet ſcio has Tabulas ſine regulis eſſe nullius uſus maximè his, qui non benè uerſati ſunt in Calculo Aſtronomico, & ne quid deſit tibi, cape hos canones, ſeu præcepta, primò reduc tempus propoſitum ad diem ſeu menſem ad quē cupis cognoſcere mediam coniunctionem, aut oppoſitionem Solis ac Lunæ quemadmodū ſuprà edoctus es, in 4. 3. 2. & prima, cùm ita habueris tempus tuum redactum, tunc ſcribæ radicem mediæ elongationis Lunæ à Sole, & hoc pro tua Aëra, ad quam conſtituiſti operationem. Deinde fac ingreſſum cū quartis, tertijs, ſecundis, & primis, in Tabula hac non ſecus, ac ſuprà in inueſtigatione medij motus Lunæ fieri uidiſti. Tertiò quando, debito modo, omnes abſoluiſti introitus, & numeros inuicem addidiſti, & ſi ſimpliciter ſex prouenerint ſigna tunc habebis mediam coniunctionem temporis ad quod opus tuū inſtituiſti, ſi uerò exactè tria tunc habebis mediam luminarium oppoſitionem. Quartò, ſi autem neq; ſex, neque tria præciſè prouenerint, ſi uolueris luminarium mediam coniunctionem habere, tūc id quòd prouenerit ſubtrahas à ſex ſignis, & reſiduum ſerues, hoc facto, reſiduum illud in Tabula præmiſſa, ſcilicet, mediæ elongationis inueſtiges & ſi fuerint ibi ſigna aliquot, quęre ea in prima linea & ſunt dies, & ſi numerum immiſſum non totum inueneris, tunc accipe proximè minorē, & ſubtrahe. ſicuti fieri ſolet in huiuſmodi operationibus, ſed dies antea inuētos ſeorſim ſerua, deinde poſt factam ſubtractionem rurſus intres in eandem Tabulam, cùm reſiduo, ſi ſunt gradus quere eos in linea prima poſt lineam numeri ſi recipietur ibi, quod ſcriptum eſt in linea numeri erunt minuta dierum, ea ſcribas extrà poſt dies antea inuentos, ſi uerò plures forent gradus quàm quod in prima linea poſt lineam numeri inueniri poſſint, intromittas eos in ſequentem lineam, & rurſus habebis dierum minuta, & ſic cum reliquis minutijs & fractionibus agere debes, reliqua uſus te docebit & exempla, quę ſubijciam poſtea, Oppoſitio media luminarium tibi patebit, quando tempori mediæ cōiunctionis adieceris 14. di. 45. m̄. 55. ſec. & c. bis ita habitus, & uolueris habere pro minutis, dierum, horas, & horarum fractiones tunc

nes tunc

nes tunc ingredere in Tabellam mox ſequentem Tabulam elongationis Lunæ à Sole, cum minutis dierum, & fractionibus alijs, & offeretur tibi optatum. *Diſcipulus.* Non dubito quin poſſim me ex iſtis tritis explicare, ubi unum tantum uidero exemplum. *Magiſter.* En libet mihi ſcire coniunctionem mediam Solis ac Lunæ menſe primo Thot nimirum Alexandrinorum, Anno 1599. à Christo nato, currente, hinc ſubduxi 284. annos, ſcilicet Diocletiani, reſiduum, uidelicet 1314. reduxi in 4. 3. 2. pri. & prodierunt 2.44, 13.34, 25.26, & 3. prima, bis ita habitis, præſcripſi mihi radicem Diocletiani, quæ eſt 5. ſig. 59. gr. 5. m̄. & 54. ſecundorū, deinde 2. quarta accepi in linea numeri, & cùm ſint 4. accepi ſub quartis 53. ſig. 23. gr. 15. m̄. 44. ſec. & ſubieci hoc acceptum radici præſcriptæ, ſigna ſcilicet, ſignis, & gradus, gradibus, &c. hoc facto, ingreſſus ſum eandem Tabulam præmiſſam cum tertijs, & oblata ſunt in linea tertiorum, 28. ſig. 47. gr. 1. m̄. 12. ſec. quæ quoq; ſuperiori inuento adiecta ſunt, ſimili modo feci cum 2. & primis prænotatis, productum ſecundorum fuit 4. ſig. 46. gr. 7. m̄. 20. ſec. & primorum, 0. ſig. 32. gr. 4. m̄ ac 20. ſec. Hæc omnia collegi in unum, & egi cum illis ſecundum præceptum datum, & habui in producto 3. ſig. 32. gr. 4. m̄. 30. ſec. Et cùm non ſint ſimpliciter 6. ſig ſubtraxi ea à 6 ſig. & reſiduara ſunt 2. ſig. 27. gr. 55. m̄. & 30. ſec. *Diſcipulus.* Quid deinde factum eſt. *Magiſter.* Hoc productū quæſiui in Tabula præcedēte, & cum non reperirem, accepi proximè minorem numerum, nēpe 2. ſig. 26. gr. 17. m̄. 30. ſec. & in linea numeri oblati ſunt 12. di. & deinde feci ingreſſum cum reliquo ſecundùm canonem præmiſſum, & reperi 9. m̄. ferè. hæc m̄. quæſiui in parua Tabula præcedente & inuentę ſunt in linea horarum, tres horæ, & 36. m̄. Dico igitur quod conuentio luminarium inciderit anno prædicto in 12. di. 3. hor. & 36. m̄. primi menſis Alexandrinorum, cui reſpondet 9. dies Septembris Calendarij Romanorum. *Diſcipulus.* Hęc profectò probè intellexi. Cæterùm, cùm iſte annus Diocletiani ſeu Alexandrinorum, extendat ſe in ſequentem annum Latinorum, nempe 1600. uereor aliquid ſcrupuli huic rei ineſſe, peto igitur abs te enixè, ut oſtendas mihi, quo pacto ſit operandum in menſibus Alexandrinorum qui incidunt in annum ſequentē. *Magiſter.* Paratus ſum tibi morem gerere. Quando placuerit tibi operationem inſtituere pro aliquo menſe Alexandrino qui cadit in ſequentem annum, tūc auferas tres dies, à producto 4. 3. 2. & primarum, cum reſiduo opereris ut ſuprà uidiſti, exempli gratia, productum quartorum, tertiorum, ſecundorū, primarum, prædicti exempli. fuit 2. 13. 25. 3. ſubducto ternario, remanent 2.44, 13.34, 25.26, 0. prima. *Diſcipulus.* Adduc exemplum, ut meliùs intelligā. *Magiſter.* Adducam, ſed uolo te admonitum, ut habeas rationē anni biſextilis. En uolo ſcire conuentionem luminarium, menſis Pachon Alexandrinorum, qui menſis incidit in noſtrum Maium, & cum ſit annus 1600. biſextilis addidi producta iam habito 4 26, & 3. 16, & prouenerunt 2.44, 13.34, 29.24, 3. prima. Cùm his ut ſim breuis operatus ſum ſicuti paulò antea uidiſti, & inueni 8. di. hor. 9. 36. ferè nunc habes pro exemplo, quod media coniunctio luminarium in anno 1600. inciderit in diem 8. menſis Pachon, & in diem 3. noſtri menſis Maij, & conſimiliter etiā in alijs ad hunc modum tibi operandum erit. Iam properandum eſt ad alia Calendaria. *Diſcipulus.* Tu rectè facis.

CALENDARIVM GRÆCORVM, ET ATTICORVM SIMVL.

M*agiſter.* Siquidē huius Calendarij apud autores ſit uſus non paruus, non potui præterire, quin eius quoq; hic mentionem facerem, quomodo, uidelicet annus Atticus conueniat cum anno Romano. *Diſcipulus.* Quæ hactenus abs te dicta ſunt, uir uenerande, cum magno deſyderio audiui, non minori

profe-

profectò, quæ porrò dicturus es, audiam. *Magister.* Principe loco tibi sciēdum est, quod alia sint nomina mensium anni Attici, quàm anni Alexandrinorum, seu Romanorum. nam Attici primum mensem uocant Hæcatombæonem, qui est 30. dierū, & habet nomē ab Hæcatombe, sacrificio, uidelicet, centum boum. Athenienses enim hoc mense agebant ferias publicas, sine dubio, propter honorem noui anni, qui inchoabatur apud eos circa Solstitium æstiuum. Alterius autem nomen erat Metagitnion, constabatq; 29. di. nominabatur sic propter ui cinitatē, quæ illi erat cū Solstitio. Mēsis tertij, qui constabat 30. diebus, nomen erat Boedromion, sic dictum ab auxilijs, nam eo mense cornua ceruorum sunt perfectissima & est omnium prouentuum copiosus. Nomen quarti mensis Attici, est Mæmacterion, & est 29. di. & sumpsit nomen à lasciuiendo, quia eo mēse cerui, & alia animalia lasciuiunt, ac coeunt. Quintus, porrò mēsis est 30. dierum cuius nomen est Pyanepsion, sic dictus à maturitate leguminum, & uindemiæ, aut sic dicitur ob festum institutum in honorē Thesei, qui interfecit Minotaurum, & liberauit Athenienses. Anthesterion est sextus mensis Atticus, qui continet 29. dies, sic dictus à flore arbuti, quia mos erat in Attica pueros trium annorum donari corollis. Nomen septimi mensis est Posideon, estq; 30. dierū, & habet nomen à Neptuno, nempe mari congellato. Et nomen octaui mensis est Gamelion, qui taxatur 29. diebus, sic dictus à ceremonijs nuptiarum. Mensis nonus appellatur Elaphebolion, continet 30. dies, dictus à feriendis ceruis. Munichion est decimus apud Atticos mensis, & absoluitur 29. diebus, qui denominatur à Luna de nocte splendente ad festum Bacchi. Vndecimus mensis uocatur Thargelion, & habet 30. dies, appellatur hoc nomine à Thargelijs, festo Apollinis scilicet. Scirrophorion est Atticis duodecimus mensis, constans 29. diebus, à ferendo sic dictus, propterea quod mēse Maio, terra rursus se onerat herbis, atq; plantis. *Discipulus.* Quemadmodum intelligo ex diebus mensium prædictorum Athenienses habuerunt annum Lunarem & non Solarem. *Magister.* Maximè, nam si collegeris dies horum mensium habebis 354. dies integros, totidem enim dierum est annus lunaris, paulò plus. Atqui ut rectius intelligas Atticorum anni rationem necessitas expostulat, quāuis, uoluerim breuis esse, ut paulò sim prolixior. Hoc in primis te scire uolo, quod Græci diuersum inter se habuerint modum intercalendi, alij intercalarunt anno tertio, omisso die bisextili, alij eodem anno obseruato die bisextili. Insuper quidam eorum intercalarunt anno octauo. Et qui tertio anno intercalarunt & obseruauerunt annum bisextilem habuerunt annum duplicem, scilicet communem & annum embolismicum, & communis quando non erat bisextilis habebat 354. dies, si autem bisextilis 355. dies, sed intercalaris seu embolismicus quādo non erat bisextilis complectebatur 384. dies, si uerò fuerat bisextilis complectebatur 385. dies. Porrò in cyclo decemnouennali quo utuntur, qui tertio anno intercalant, sunt septem anni, tredecim mensium, & duodecim 12. mensium sicuti in Romano Calendario dictum est abundè. Sed de illis qui octauo anno intercalarunt, & usi sunt cyclo Eudoxi, qui in se habuit duas Olympiades, & non Metontico, in quo continebantur 19. anni, dicam posterius. *Discipulus.* Hoc attentè audiam. *Magister.* Atqui, hoc te non prætereat, nempe quod annus lunaris, generaliter loquendo, fuerit duplex, alius erat, qui Lunam solam respiciebat, quo etiam in hodiernum diem utuntur Arabes, & habet duodecim menses lunares synodicos, huius anni menses incipiunt perpetuò à nouilunijs, & currūt alternis, nempe 30. & 29. diebus. Alius autem est mixtus, qui coæquatur per intercalationem, & bisextilitatem anno solari. Annus lunaris respiciens Lunam solam differt à solari, qui metitur 365. diebus, 6. horis, undecim uidelicet, diebus, & aliquot horis ac minutis, qui dies epactæ dicuntur, de quib. aliàs multa dixi. Cæterùm cùm Græci & Romani ueteres uiderant annū solarem non impleri duo-

decim

decim mensibus lunaribus synodicis, instituerunt intercalationem, & collegerunt dies undecim, omissis horis, & anno tertio unum mensem lunarem, qui sit 30. dierum intercalarunt in mēse Februario, & fecerunt illum annum tredecim mensium, unde communis annus fuit duodecim mensium, & intercalatus tredecim mensium, quem embolismicum appellarunt, hoc fecerunt retinendi gratia æquinoctia, & solstitia in suis mensibus, ne uagarentur per omnes menses sicut apud Aegyptios, apud q̃s, sicuti suo loco uidebis, hæc quatuor puncta uagantur per omnes menses. Athenienses, reliquis Græcis solertiores, uiderūt per talem intercalationem annum lunarē non omnino coæquari solari, & hoc propter bisextilitatem, adiecerunt igitur alteram intercalationem, nēpe unius diei, quarto anno solari, qui dies nascitur ex 6. horis, ultrà 365. dies anni solaris, quod non aliam ob rem ab illis factum est, quàm ut initia mensium nouilunijs & media plenilunijs conuenirent, intercalatio huius diei quolibet anno quarto tanti fecerunt quod in memoriam eius instituerunt certamen olympicum celebrandum sub exitum cuiuslibet olympiadis. *Discipulus.* Hoc, ut arbitror, fecerūt, ne turbaretur anni ratio & quantitas. *Magister.* Tu sanè rectè opinaris, nisi hoc fieret, nouilunia, & similiter plenilunia non contingerent in principio mēsium & anni turbarentur, & nulla fuisset illis certa ratio anni. *Discipulus.* Quantum nūc ex tua narratione intelligo prudēs antiquitas, quæ utebatur anno lunari mixto cum anno solari, multis & laboribus, & solertia multa, ueram rationem anni acquisiuit, & acquisitam retinere studuit Verùm inter alia cupio etiam scire abs te siquidem puncta Solstitialia & Aequinoctialia non maneant fixa in suis sedibus, qui sint nostris temporibus menses, in quibus mensibus & diebus Græcorum contingant potissimum puncta Solstitialia, & Aequinoctialia. *Magister.* Tu nosti ex antè dictis quod initium Hecatombæonis accedat & recedat, in 19. annis à Solstitio æstiuali à quo Athenienses annum suum incipiunt, in quo initium Hecatombæonis non est, nisi lapsis nouemdecim annis, ad quod pūctum rursus reuoluitur, aut proximè ad illum, attamen nihilominùs interea temporis incipiunt annum suum à primo die Hecatombęonis, ex tali recessione, & accessione sequitur, reliqua tria puncta in suis mensibus, si fit collatio ad annum solarem seu Romanum, non semper hęrere in diebus, in quibus hæserint, quando Hecatombæon incidit in punctum Solstitij æstiualis, & ut respondeam tuæ petitioni, & hoc paucis, æquinoctium autumnale plerumq; cadit aut in Memacterionem aut in Pyanepsionem, & Hyemale Solstitium nunc in Posideonem, nūc in Gamelionem. Vernum autem æquinoctium, aliquando in Munichionem, & aliquādo in Thargelionem, hoc ex rotulis subiectis facilè uidere poteris, sed prius adijciam Tabellam epactarum. *Discipulus.* Tabellā nunc uideo, sed quo-

A	B	C	D
			Nul.
Epactæ	Anni	2	11
		3	22
Null.	1	4	3
11	2	5	14
22	3	6	25
3	4	7	6
14	5	8	17
25	6	9	28
6	7	10	9
17	8	11	20
28	9	12	1
9	10	13	12
20	11	14	23
1	12	15	4
12	13	16	15
23	14	17	26
4	15	18	7
15	16	19	18
26	17	Anni.	Epa-
7	18		ctæ
18	19		

modo uti debeam nondum uideo. *Magister.* Mox uidebis, en hic duas rotulas altera, scilicet signata est litera R, quæ cōtinet menses Solares, & altera gerit menses Lunares, quę notatur litera M, apud punctum P, est notula denotans Solstitium æstiuale, quod nostris temporibus contingit in 12. die Iunij aut circa illum diem. Esto nunc quod primus dies Hecatombęonis incidat in ipsum Solstitium,

& com

& completis duodecim mensibus lunaribus, ultimus dies Sirrophorionis nostri incidet in 12. dies lunij, nam annus lunaris finitur circà spacio undecim dierum in litera, uidelicet Q, secundo anno finitur in litera N, & tertio in K, litera, & intercalatur mensis embolismicus H, I, qui est semper 30. dierum, siquidem nullus mensis plurium est dierum quam 30. sicuti suprà persæpè tibi dictum est, 3. uerò epactæ, quæ remanent in anno solari reseruantur, & sequens annus lunaris inchoatur in puncto seu litera C. Hoc etiam te non lateat, nempe quod anno 19 post Scirrophorionem adijcitur in fine mensis embolimos, ut primus dies Hecatombæonis rursus incidat in Solstitium æstiuum, & tunc redit idem circulus tam Solstitiorum quam æquinoctiorũ per annos 19. *Discipulus.* Hæc adiectio, ut opinor, fit regulariter, siquidem 19. annus sit quoque embolismicus. *Magister.* Tu equidem rectè opinaris. Atqui ut rem plenius percipias, recensebo tibi aliquot annos, in quibus Hecatombæonis primus dies, nostris temporibus cadit in Solstitium æstiuum, & sunt, uidelicet, annus 1523. annus 1542. item 1561. deinde 1580. & 1599. *Discipulus.* Hoc etiam abs te postulo, quo pacto, scilicet, inueniam annos, in quibus mediæ coniunctiones Solis, & Lunę contingant in Solstitio æstiuo. *Magister.* Hoc tibi dixissem etiamsi nõ postulasses, hoc unum in primis sciendũ est, nempe quod nostris temporibus Solstitium plærunque incidat in 12. diem lunij & si nunc calculaueris luminarium medias conuentiones pro mense Iunio in his præscriptis annis tum, inquam, quando Aureus numerus est quaternarius, inuenies medias conuentiones luminarium incidere in 12. diem lunij quod equidem in nullo alio Aureo numero continget, ubi nunc quatuor puncta, scilicet duo Solstitialia, & duo Aequinoctialia sunt situata, sed olim aliter se res habebat de qua alibi dicam, anno, inquam, 1523. currẽte Græcis annus incipiendus erat, si modò adhuc seruant ueterum Græcorum consuetudinem intercalandi, ab 12. die lunij nam anno iam dicto conuentio luminarium contigit 12. die lunij, ubi fuit Solstitium, & sic in reliquis annis prænotatis, in quibus omnibus Aureus numerus est quaternarius, quos, inquam, formaui per additionem 19. ad annum 1523. si uerò rem exactius perpenderis, tũnc poteris etiam ad annos præteritos cognoscere quando, nimirum, Græcorum annus, cuius ut dictum est, Hecatombæon est primus mensis, inchoatus sit *Discipulus.* Hæc sanè perlubenter audiui, & nihil mihi deesse uideo, nisi hoc, nempe quod nesciam uti epactis præscriptis. *Magister.* Sis bono animo, hoc te quoque docebo Cæterùm cùm per exemplares obscuriores facilè à discentibus percipiantur accipiam annum 1574. iam currentem quãdo hæc scribo, sed antequam hoc fiat necessitas expostulat, ut te instituam quo modo epactæ in operatione sint usurpandæ. *Discipulus.* Rectè est, sed quid uult sibi hoc, quod parua Tabella præmissa habet epactas unà cũ annis cycli decemnouenalis, bis scriptas. *Magister.* Ex prædictis didicisti, quod nostris temporibus, anni in quibus Græci inceperunt annum suum à coniunctione Solis, & Lunæ quæ cadit in Solstitium æstiuum, habeant Aureum numerum quaternarium, nostri Calẽdarij, hinc, inquam, fit quod nostræ epactæ differant ab epactis Græcorum, sicuti uidere est in Tabula præcedente in qua A, B, lineę sunt pro Calendario Græcorum, alterę autem duæ lineæ C, D, sunt pro Calendario nostro. Vnde manifestum est quod hoc anno, cùm Aureus numerus noster sit 17. & epactæ 26. apud Græcos uero Aureus numerus 14. & epactæ 23. Si nunc pro hoc anno, nimirum 1574. uolueris scire in quem diem nostri Calendarij, primus dies, primi mensis, scilicet, Hecatombæonis sit figendus, tunc numera à 12. die lunij ubi plerumque fit Solstitium, & hoc inclusiuè, ac retrorsum seu in antecedentia, & peruenies ad 21 diem Maij in quem cadit coniunctio illius, & cum Græcorum menses incipiant à medijs coniunctionibus luminarium statuas indicem Hecatombæonis, primi mensis lunaris super illum diem, in Calendario, & habebis initium anni Græci pro hoc

pro hoc anno, reliquas autem luminarium conuentiones, ostendent tibi in Calendario solaris anni reliquorum mensium lunarium. In sequenti porrò, anno solari, scilicet 1575. lapso anno lunari, si uolueris figere primum diem Hecatombæonis, tunc numero 4. epactas in antecedentia in Calendario, quæ ponuntur è regione Aurei numeri, scilicet 15. & habebis mediam coniunctionem. hæc numeratio fiat quoque in Iunio à loco Solstitij, & eò, ut antea, uoluas indicem superioris rotulæ, sed semper memor sis bisextilitatis. Reliqua, ut arbitror, ex hac exemplificatione, tuo marte, facilè adsequeris. *Discipulus.* Adsequar spero. *Magister.* Atqui priusquam ad alia deueniam, sciendum est, quod Lacedemonij, & alij Græci qui hac intercalatione usi sunt annos suos numerauerint à prima Olympiade, de his audies aliquid in consequentibus, hæc nunc sufficiant. Iam cõuertam me ad annum Atticum, in quo aliter, ut correspondeat anno solari, facta est intercalatio. Nam sicut illi tertium annum fecerunt tredecim mẽsium, ita Attici octauum constituerunt quindecim mensium, & inchoauerunt annos suos à prima Olympiade, hi fecerunt annos tres embolismicos triginta dierũ, & non plurium, quemadmodum alij qui tertio anno intercalarunt, fecerunt mensem embolismicum semper triginta dierũ. *Discipulus.* Quæ hactenus à te dicta sunt magna profectò cum delectatione audiui, & si illa quatuor puncta, nempe duo Solstitia, & duo æquinoctia, firma constituerentur, per omissionem unius diei in anno bisextili, lapsis 134 annis, sanè id non parum prodesset. Non dubito Græcos annum suum incepisse ab illa coniunctione luminarium, quæ contingit in 25. aut 26. die Iunij, ubi tum temporis fiebat Solstitium æstiuum, tum, inquam, quando incipiebant nouum cyclum decemnouennalem, sicuti nostris temporibus, eorum annus, in nouo cyclo decemnouennali, incipitur à 12. die, aut prope, ipsius Iunij. Nunc perge in tuo proposito, quod, ut est delectabile auditu ita est, ut me dij ament, ualdè necessarium. *Magister.* Hoc fiet, hoc te non lateat, nempe quod annus Atticus eosdem habet menses, quos annus reliquorũ Græcorum, quorum anni principium primus, scilicet dies Hecatombæonis ultrà Maium in nostro Calendario non diuagatur, sicuti suprà satis superque uisum est, sed primus dies Hecatombæonis, qui in etiam apud Atticos est initiũ eorum anni, retrocedit uagando usque in nostrum Martium, sicuti ex rotulis adiectis A, R, clarè tibi uidere datur, quia Attici octauo anno soliti erant tres menses, triginta dierum, intercalare. *Discipulus* Quare, quæsò octauo anno intercalarunt?

Magister. Hoc, mea opinione, non aliam ob causam ab illis factum est, quàm quod putarunt, hoc pacto exactiorem fieri conuenientiam anni Solaris, & Lunaris, quod non æquè fit quando tertio anno intercalatur, hoc sine dubio facilè tecum coniectare poteris, si suprà proposita & dicta rectè percepisti. Et ut rem rectiùs intelligas, duc octonarium in undenarium prouenient tibi 88. dies, & consimiliter ducto senario in eundem octonarium prouenient 48. horæ, nempe 2. dies, his omnibus collectis, nascentur 90. dies, tres, scilicet, menses tricenũ dierum, hinc manifestum est ultimum annum octonarij esse 444. dierum. *Discipulus.* Cùm Attici distulerint intercalationem, quorum intercalationẽ ego probo, usque in annum octauum, quomodo autem eorum Medici, & Philosophi, de animalibus, herbis, stirpibus, & alijs rebus naturalibus, certi quidque scribere potuerunt? *Magister.* Hæc ad primos tres annos Atticos referri debent. *Discipulus.* Nunc cupio ex te cognoscere, si uellẽ scire initium Attici anni, quomodo agendum mihi foret, ut peruenire possim ad optatum, hoc est, fixionem rotularũ pro initio Attici anni. *Magister.* Quamuis de hoc anno adhuc multa forent in medium proferenda tamen cũ suprà de anno Græcorum copiosè dixerim hîc breuis esse uolo, & tuę petitioni satis, quantum potero, faciam, & si quid obscurum tibi uidebitur, id duæ rotulæ A, R, tibi facilitabunt. In primis oportet, ut scias, quod, uidelicet, Attici à meridie primi diei Hecatombæonis, qui etiam Atticis

fuit

fuit primus mensis annum suum inceperunt, & mẽsem Hecatombæonem à prima Luna noua, qua proximè sequebatur Solstitium æstiuum, quod nunc temporis incidit in 12. diem Iunij, sed olim, sicuti dixi paulò antè, erat sedes eius in 25. die aut propè. Iunij, porrò superius, si adhuc memor es, à me dictum est, uidelicet, quod Græci annos numerare cæperint à prima Olympiade. *Discipulus.* Sed quando cæperunt Olympiades. *Magister.* Cæperunt, inquam, ab origine mundi anno 3124. qui annus erat bisextilis, & ante natiuitatem Saluatoris humani generis, anno 772. Quando itaq; cognoscere desyderas in quoto anno cycli Octonarij sies, tunc annos ad quos hoc desyderas, currentes adijcias, annis 772. & diuidas productum per 8. & quod remanserit erunt anni lapsi ab inceptione octonarij tui. *Discipulus.* Si haberem exemplarem demonstrationẽ, rem profectò plenius intelligerem. *Magister.* Esto, gratia exempli, annus 1583. his aggregatis cum 772. annis, fient 2355. & post diuisionem per 8. factam, reliqui manserunt 3. anni, dico igitur annum propositum esse tertium. Post 294. octonarium ab inceptione Olympiadum. Ex his, nimirum, manifestũ est, anũ 1580. fuisse bisextilem, & primum diem Hecatombæonis, qui initium Anni Attici, q octauo anno intercalãt, incidisse in Solstitium æstiuum, sed anno 1553. qui est tertius post bisextilẽ, primũ diẽ Hecatombæonis retrò reptasse usq; ad 11. Maij, quò indicẽ superioris rotulæ reuoluas, & habebis tam initiũ Attici anni q̃ illius primã lunationẽ. Atq; ut omnia tibi sint satis superq; manifesta, accipias hũc annũ 1574. scilicet currentẽ, hoc cõgregato cũ 772. annis primę Olympiadis usq; ad Christũ, peruenient 2346. anni, & facta diuisione p octonariũ, in residuo fuerũt duo anni. unde dico, hũc annũ currentẽ esse secundũ post bisextilẽ, & 1572. bisextilẽ, & cũ Attici incæperint annũ suũ à cõiunctione q̃ pxime sequit̃ Solstitiũ æstiuũ, aut in Solstitio, si in eã cadit media cõiunctio luminariũ. Annus igit̃ Atticus in anno 1572. Romano, qui est bisextilis, erat inchoandus ab undecimo die Iulij, & inde ex primi diei Hecatombæonis transferẽdus fuit in 11. Iulij, & primo anno post bisextũ in 30. Iunij, in 2. aũt in 19. eiusdẽ mẽsis, ex his satis pspicuè tibi, ppositis, reliqua anni Attici tua solertia, & antè dictis intelliges. Iam me uertam ad annum Aegyptiorum. *Discipulus.* Tu profectò rectè facis.

CALENDARIVM GRAECORVM SEV AEGYPTIORVM.

MAgister. Plurimum equidem refert hũc annum bene cognoscere cuius in Astrorũ sciẽtia in primis usus p magnus fuit & adhuc est, sicut uidere est apud Ptolem. in Almagesto, nã ut paucis multa concludã, ex omnib. gentib. soli Aegyptij & Babylonij habuerũt annũ æquabilẽ, nẽpe dierũ trecẽtorũ, & sexaginta quinq;. *Discipulus.* Vtra gens prior amplexa est hũc annũ ęquabilẽ? *Magister.* Babylonij, ut opinor, & Aegyp. aliquãto post, q uel inde colligi potest, q Babylonij post diluuiũ primi fuerũt rerũ cœlestiũ inspectores, & obseruatores, postea Aegyptij amplexi sunt, aliàs gens ad res subtiles tractãdas prę cęteris populis, solers, & apta fuit ad q̃s à Chaldęis sine dubio, p duodecim Patriarchas rerũ cœlestiũ cognitio deuenit, hoc sanè multis argumẽtis pbarẽ ex authorib. minimè cõtemnendis, si necessitas postularet. Et hic annus p cõputandis motib. cœlestib. est aptissimus, sed hoc incõmodi habet quod sedes æquinoctiorũ nõ sunt fixæ, qua fixione in ecclesia Christiana, p sacratissimi Paschatis celebratione maxime opus habemus, quemadmodũ suo loco plixè dictũ est, si tẽ rectius ppenderis, cõperies, q primus mẽsis Aegyptiorũ Thot, unà cum alijs in 1461. annis Aegyptijs, & 1460. Iulianis puaget totũ Calẽdariũ Romanũ, & in singulis quatuor annis retrò cedat in antecedentia diẽ unũ, q fit, ppter omissionẽ sex horarũ quas Iulius cæsar in institutione sui anni non neglexit. *Discipulus.* Dic mihi, q̃so qua de causa Aegyptij neglexerunt sex horas. *Magister.* Ne, inq̃, initia annorũ

ipsorū, & similiter sacrificia eorū uno tēpore forēt fixa, q̄ tamē Romani ueteres, & adhuc Ecclesia curat. Cū itaq; annus Aegyptianus sit ita uagus, & prorsus instabilis, cui similis ferè est annus Persicus, & neq; bisextilitatē, neq; ullā habeat intercalationē, nō opus esse uidet, ut in eius Calendarij descriptione diutius hæream. *Discipulus.* Breuitas, ut dij me ament, mihi in omnib. reb. semper placuit perge modò. *Magister.* Ego adijciā Tabulā una cū canonib. aliquot, quib. poteris cognoscere ad quē diē quadret anni Iuliani, aliqs dies datus Aegyptiaci anni, & cōtrà, siue id fiat ante uel post natiuitatē Christi, his deinde adiungā duas rotulas signatas literis Q & N, altera habet annum Iulianū, & altera Aegyptiacum, quæ quo pacto statui debeāt ostendam deinceps exemplari excursu. En habes Tabulam complectentem menses Iulianos & Aegyptios.

	Ianuarius.		Februarius.		Martius.	
Dies sing.	Dies collecti	Dies mensium Aegyptior	Dies colle.	Dies mēsium Aegyptiorum	Dies colle.	Dies mensium Aegyptiorum
1	1	12 Tybi.		13 Mechir	60	11 Phamenoth
2	2	13	32	14	61	12
3	3	14	33	15	62	13
4	4	15	34	16	63	14
5	5	16	35	17	64	15
6	6	17	36	18	65	16
7	7	18	37	19	66	17
8	8	19	38	20	67	18
9	9	20	39	21	68	19
10	10	21	40	22	69	20
11	11	22	41	23	70	21
12	12	23	42	24	71	22
13	13	24	43	25	72	23
14	14	25	44	26	73	24
15	15	26	45	27	74	25
16	16	27	47	28	75	26
17	17	28	48	29	76	27
18	18	29	49	30 Mechir	77	28
19	19	30 Tybi	50	1 Phamenoth	78	29
20	20	1 Mechir	51	2	79	30 Phamenoth.
21	21	2	52	3	80	1
22	22	3	53	4	81	2
23	23	4	54	5	82	3
24	24	5	55	6	83	4
25	25	6	56	7	84	5
26	26	7	57	8	85	6
27	27	8	58	9	86	7
28	28	9	59	10	87	8
29	29	10			88	9
30	30	11			89	10
31	31	12			90	11

	Aprilis.		Maius.		Iunius.	
Dies ſing.	Dies collectanei	Dies mẽſ. Aegyptio.	dies col lectan.	Dies mẽſ. Aegypt.	dies col lectan	Dies mẽſ. Aegyptiorum.
1	91	12 Pharm	121	12 Pachon	152	13 Payni.
2	92	13	122	13	153	14
3	93	14	123	14	154	15
4	94	15	124	15	155	16
5	95	16	125	16	156	17
6	96	17	126	17	157	18
7	97	18	127	18	158	19
8	98	19	128	19	159	20
9	99	20	129	20	160	21
10	100	21	130	21	161	22
11	101	22	131	22	162	23
12	102	23	132	23	163	24
13	103	24	133	24	164	25
14	104	25	134	25	165	26
15	105	26	135	26	166	27
16	106	27	136	27	167	28
17	107	28	137	28	168	29
18	108	29	138	29	169	30 Payni
19	109	30 Pharm	139	30 Pachon	170	1 Epephi
20	110	1 Pachon	140	1 Payni	171	2
21	111	2	141	2	172	3
22	112	3	142	3	173	4
23	113	4	143	4	174	5
24	114	5	144	5	175	6
25	115	6	145	6	176	7
26	116	7	146	7	177	8
27	117	8	147	8	178	9
28	118	9	148	9	179	10
29	119	10	149	10	180	11
30	120	11	150	11	181	12
31			151	12		

Diſcipulus. Iam habeo Tabulam quid deinde mihi propones. *Magiſter.* Nunc nihil aliud faciendum eſt quàm ut tibi pſcribã canones, qb9 uſum huius Tabulæ pdiſcas. Quãdo itaq; uolueris aliquẽ diem anni Iuliani cognoſcere ad quẽ diẽ anni Aegyptiaci quadret, ſiue ante, ſiue poſt natiuitatẽ Chriſti. Primo, ſi placuerit tibi inſtituere operationẽ ad annos, q fuerint poſt natiuitatẽ Chriſti, tũc diuidas datũ numerũ annorũ p quatuor, & numerũ pdeuntem poſt diuiſionẽ quaternariã, ſeorſim ſerua, deinde quære diẽ menſis Iuliani anni extrà in ſiniſtro latere, & ſub eodẽ menſe deſcendendo, & numerũ annorũ collectorũ, quẽ inueneris in angulo cõmuni ſcribe ſeorſim, quo facto, huic numero ita extracto adiunge id quod anteà ſeorſim ſeruaſti & ſi hoc pductum ſuperauerit 365 remoue ab eo 365 quoties fieri potent, reſiduũ rurſus quæras in area ipſius Tabulæ ſub titulo numeri collectorum dierũ, & offeret tibi dies menſis Aegyptij quæſitus ſub titulo dierũ menſium Aegyptiorũ. Et ut canon iſte ſit tibi clarior, habeas pro exemplo

	Iulius.		Auguſtus.		September.	
Dies ſing.	Dies col lecti.	Dies mẽſ. Aegypt.	Dies col lecti.	Dies mẽſ. Aegypt.	Dies col lecti.	Dies mẽſ. Aegyptiorum
1	182	13 *Epephi*	213	14 *Meſort*	244	10 *Thoth.*
2	183	14	214	15	245	11
3	184	15	215	16	246	12
4	185	16	216	17	247	13
5	186	17	217	18	248	14
6	187	18	218	19	249	15
7	188	19	219	20	250	16
8	189	20	220	21	251	17
9	190	21	221	22	252	18
10	191	22	222	23	253	19
11	192	23	223	24	254	20
12	193	24	224	25	255	21
13	194	25	225	26	256	22
14	195	26	226	27	257	23
15	196	27	227	28	258	24
16	197	28	228	29	259	25
17	198	29	229	30 *Meſort*	260	26
18	199	30 *Epephi*	230	1 *interca*	261	27
19	200	1 *Meſori*	231	2 *lares.*	262	28
20	201	2	232	3	263	29
21	202	3	233	4	264	30 *Thoth.*
22	203	4	234	5	265	1 *Paophi*
23	204	5	236	1 *Thoth.*	266	2
24	205	6	235	2	267	3
25	206	7	237	3	268	4
26	207	8	238	4	269	5
27	208	9	239	5	270	6
28	209	10	240	6	271	7
29	210	11	241	7	272	8
30	211	12	242	8	273	9
31	212	13	243	9		

diem 28. menſis Iulij anno 1563. cui, inquam, diei anni Aegyptiaci conueniat, facta partitione per 4. prodierunt 390. hunc abiectis 365. reſiduati ſunt 25. hoc ita facto, rurſus ingreſſus ſum in Tabulam cum 28. diebus Iulij, & reperi ſub titulo numerorum collectorum ad dextram 209. his adieci 25. & habui in producto 234 quod denuo quæſiui ſub titulo dierum collectorum, & oblatus eſt 5. intercalariũ dierum ad dextram dierum, ſcilicet collectorum, dico itaq; 28. Iulij incidere in 5. intercalariũ, qui finis eſt anni Aegyptiaci nulli menſi Aegyptiaco attributus, ad hunc modum etiam in alijs operari debes. *Diſcipulus.* Si uero anni dati fuerint ante natiuitatem Christi quomodo tunc operatio erit inſtituenda? *Magiſter.* Audies. Nam quando anni propoſiti fuerint ante Chriſtũ, tũc aufferas ab annis datis unitatem. *Diſcipulus.* Quare hoc? *Magiſter.* Quia annis

Octo-

	October		November.		December.	
Dies sing.	Dies col lecti.	Dies mẽs. Aegypt.	Dies col lecti.	Dies mẽs. Aegypt.	Dies col lecti.	Dies mensium Aegyptiorum.
1	274	10 Paophi	305	11 Athyr.	335	11 Chaeac.
2	275	11	306	12	336	12
3	276	12	307	13	337	13
4	277	13	308	14	338	14
5	278	14	309	15	339	15
6	279	15	310	16	340	16
7	280	16	311	17	341	17
8	281	17	312	18	342	18
9	282	18	313	19	343	19
10	283	19	314	20	344	20
11	284	20	315	21	345	21
12	285	21	316	22	346	22
13	286	22	317	23	347	23
14	287	23	318	24	348	24
15	288	24	319	25	349	25
16	289	25	320	26	350	26
17	290	26	321	27	351	27
18	291	27	322	28	352	28
19	292	28	323	29	353	29
20	293	29	324	30 Athyr	354	30 Chaeac
21	294	30 Paoph	325	1 Chaeac	355	1 Tybi.
22	295	1 Athyr.	326	2	356	2
23	296	2	327	3	357	3
24	297	3	328	4	358	4
25	298	4	329	5	359	5
26	299	5	330	6	360	6
27	300	6	331	7	361	7
28	301	7	332	8	362	8
29	302	8	333	9	363	9
30	303	9	334	10	364	10
31	304	10			365	11

ante natiuitatem Christi fuit annus bisextilis. *Discipulus.* Iam habeo quod uolui, perge modo. *Magister.* Postquam ita unitatem subduxisti à numero dato, tunc diuidas eum per 4. ut suprà fecisti, & producto adde rursus unitatẽ, & hoc productum serua. Si autem productum illud excesserit 365. remoue ab eo 365. ut antea dictum est, posteà facias ingressum cum die Iuliani mensis cuius uis habere diem correspondentem anni Aegyptiaci. Sit gratia exempli annus 74 . ante Christum, iam libet cognoscere in quem diem anni Aegyptiaci 2 . . Maij, cadat ab his 743. annis subtraxi unitatem, & reliquos 742. partitus sum per 4. & prouenerunt 185. his, iuxta regulam datã addidi unitatem & habui 186. Postea cum 23. diebus ipsius Maij ingressus sum sub titulo dierum collectorum & obstiti sunt 28. dies Mensis Athyr Aegyptiorum, hinc patet 23. diem an-

 ni Iu-

ni Iuliani anno 743. incidisse in 28. diem Athyr mensis Aegyptiorum. Porrò iam explicabo, & exemplis quoque declarabo, dato numero annorum à Christo, uel ante eius natiuitatem, uel post, quo pacto datus aliquis dies anni Aegyptij inuestigandus sit, ad quem diem quadret anni Iuliani. In hac operatione rursus diuidendi sunt anni Christi per 4. sicuti in praecedentibus uisum est, sed uidendum est an anni propositi praecedant, aut sequantur natiuitatem Christi, & postquam facta est partitio per 4. seruetur quod prodijt abiectis 365. si hunc numerum excesserit, sed hoc non ignorandum est, uidelicet, quod contraria uia operandum est, scilicet, dies datus mensis Aegyptij quaerendus est in linea quae habet titulum, dies mensium Aegyptiorum, & numerus qui iuxta ad sinistrũ sub titulo, dierum collectorum excerpendus est, & seorsim notandus, & huic productio, id quod prius seruatum est, addatur, si anni dati praecesserint Christum, si uero sequuntur illius natiuitatem subtrahatur, residuus numerus dierũ, ostendet mensem Iulianum in capite Tabulae, & in latere sinistro diem quaesitum, hic habes canonem pro negotio. *Discipulus.* Nunc expecto exempla. *Magister.* En cupio cognoscere in quem diem anni Iuliani, primus dies mensis Thoth Aegyptiorum cadat hoc anno currente, scilicet 1574. post natiuitatem Christi, hunc numerum postquam per 4. diuisi prouenerunt 393. ab hoc numero, cum excedat 365. subduxi 365. & relicti sunt 28. & primo diei Thoth ad sinistrã in linea cui titulus est dies collecti, adhaerent 235. hinc subtraxi 28. & remanserunt 207. hoc residuum deinde rursus quaesiui in Tabula sub titulo, dies collecti, & reperi illud residuum, ac in eius capite mẽsem Iulium, & ad dextram in linea dierum singulorum 26. dies eiusdem mensis, quare dico, quod anno dato, scilicet 1574. primus dies mensis Thoth, haereat in 26. die Iulij, ad hũc modum etiã in reliquis fieri debet. Porrò priusquam ad alia transeam, dabo tibi etiam exemplum, de annis Christi natiuitatem praecedentes, sit itaque annus 324. ante Christum, qui est primus post obitum Alexandri, pro hoc anno dato uolo quaerere cui diei mensis Iuliani, primus dies praedicti mensis Thoth, respondeat. En ex diuisione annorum 323. per 4. prouenerunt 80. huic numero unitas adiecta est, sicuti superius edoctus es, & fuit numerus hinc natus 81. huic addidi 235. qui numerus in linea dierum collectorum ad sinistram primi diei Thoth notatur, & habui in producto 316 hoc productum in area Tabulae quaesiui, sub titulo dierum collectorum, quo inuento, uidi in capite Tabulae mensem Nouembrem, & in linea dierum singulorum 12. hinc dico quod primus dies Thoth fuerit in 12. die mensis Nouembris. Ad hunc modum poteris etiam, per regulas datas in singulis & mensibus, & diebus operari. Non dubito quin haec exempla satis intellexeris. *Discipulus.* Satis equidem siquidem clarè sint proposita, intellexi. *Magister.* Suprà memini duarum rotularum, quas (postquam perfeci canones, unà cùm exemplis suis, utpote quomodo, datis annis Iulianis, dies & menses Aegyptiaci sint inueniendi, & contrà, ex datis diebus & mensibus anni Aegyptiaci dies & menses anni Iuliani sint educẽdi, & hoc cum ante natiuitatem Christi, tum post natiuitatem eiusdem.) hîc apponere operae precium uisum est, quarum, inquã, usus facilimus est, rotula signata litera Q. gerit menses, & dies anni Iuliani, & est inferior. Altera autem & superior signata litera N, habet menses, & dies anni Aegyptiaci, ex his rotulis, si prius rectè situaueris, per totum annum poteris cognoscere quis dies anni Aegyptiaci respondeat, diei & mensi anni Iuliani, & uicissim si habueris aliquem diem anni Iuliani e uestigiò uidebis cui diei & mensi anni Aegyptiaci quadret. Indicem cum litera O, apud initium primi mensis Aegyptiorum, sistas super diem Iuliani mensis, quem, nimirum, per doctrinam praecedentem, inuenisti, & sic fixo indice, non remoueatur à suo loco, usque dum labantur quatuor anni integri, quo facto, transferatur in antecedentia super diẽ praecedentem immediatè & rursus, ut antea, figatur, & non hinc moueatur nisi praeteri-

tis qua-

cis quatuor annis, & si deinceps, ex tali fixione statim & mensium, & dierum uidebis correspondentiam. Exempli gratia, in præcedentibus, inueni primum diem mensis Thoth, qui est primus Aegyptiorum mensis, anno 1574. respondere 26. diei Iulij, igitur super illum diem fixi indicem, & statim ad quatuor usque annos potui conuenientiã & annorũ & dierũ utriusque Calẽdarij uidere, & tu in reliquis, fac similiter, & semper habebis optatum. *Discipulus.* Hoc sane de Aegyptiaco anno, ac Calendario ualde libenter, senex uenerãde, audiui, si quid porrò habes, quod putas mihi profuturum in doctrina cognitiones annorum uariorum populorum, id proferas te rogo. *Magister.* Iam consequens est, ut dicam etiam de anno Persico. *Discipulus.* Audiã crede mihi magna cũ attentione.

CALENDARIVM PERSARVM,

Magister. Hactenus tibi utrumque Romanum, Alexandrinorum, Græcorum, Atticorum Calendaria, descripsi exemplis, & rotulis illustraui, & te, quomodo ea usurpare debeas, docui, & id partim copiosè, & partim breuiter, uti res expostulabat, iã restat ut me uertã ad descriptionẽ Calendarij Persici anni, quomodo, scilicet, adplicãdus sit ad annũ Romanũ, & uicissim annus Romanus ad Persicum. In hac re, etiam studebo breuitati, ne discentib. molestus sim, sicuti etiã in superioribus aliquãdo studui. Primũ qualis iste annus sit, deinde rotulis, & exemplis, ut aliàs, eius usum ostendam, & ultrà hęc, ostendam etiã quomodo motus planetarum, per æram Persicam in Tabulis Alphonsinis positam, sint inueniendæ, quæ Tabulæ, inquam quamuis à nonnullis taxentur, & aspernentur quasi, tamen meo iudicio prorsus neque spernendæ, neque abijciendæ sunt, & aliæ in locum earũ subrogandæ, ut quidam somniant, sed de hoc alibi dicturus sum, maximè cum non sit negotium huius loci, nunc ad meum propositum recurro. Hoc in primis te scire uolo, nempe quod Persæ habeant annos consimiles Aegyptiorum annis, hoc est, instabiles unde fit quod æquinoctia, Solstitia, & initia annorum eorum non secus atque apud Aegyptios, sint instabilia, & in partitione anni in menses omnino sequuntur Aegyptios, diuidunt, inquam, annum in 12. menses, & attribuunt cuilibet mensi triginta dies æqualiter, quinque autem dies, fini mensis duodecim annectunt & dicuntur quoque intercalares dies, & sex horas prorsus negligũt. Et ex tali 6. horarum neglectione sequi necesse est, initia annorum eorum esse instabilia, & moueri in antecedentia. *Discipulus.* Vir uenerande, nõ possum me continere quin te interpellem, si modò auderem & esset mihi liberum, tua uenia. *Magister.* Liberum tibi est, ego profectò prorsus nõ egrè laturus sum. *Discipulus.* En ego nuper incidi in aliquem authorem, qui faciat mentionem in libris suis, mensium Aegyptiorum & Persarum, & de mensium ac annorũ inceptione, ubi diuersum à te sentit. Et ut habeas meis uerbis fidem, recensebo tibi illius uerba. *Magister.* Ea libenter audiam *Discipulus.* Hęc sunt eius uerba, scilicet Horum mensium ad nostros Latinos talis est ratio, ut initium primi Aegyptiorum & Persarum conueniat cũ quarto Calendas Septembris, à quo si numeras dies triginta habebis initium mẽsis secundi illorum in mẽsibus nostris, hactenus eius uerba. *Magister.* Iste author, quis sit me nõ lateat. Sed si rectè inspexeris ea quæ ab eo in textu præcedente dicta sunt, facilè uidebis Persarum annos non conuenire cum annis Aegyptiorũ quorũ in textu quem recensuisti, fit mentio, & ut credas, quæ dico, adducã tibi illius uerba quę ita sonant. Alij contrà nec annos menses lunares obseruant, &c. deinde mox dicit, horum autem plerique dies tantum 365. pro anno acceperunt ut Aegyptij, & Persæ, quod eo dierum numero putarent Solem suum circulum complere, & redire unde esset digressus. & inter Aegyptios & Persas, nulla omnino, nec in annũ quantitate, nec in mensiũ partitione, nec in principio etiã anni diuersitas fuit,

sed

sed tantū in mensiū appellatione, &c. & mox additur, uti ex Ptolemæo in libris magnæ cōpositionis, & Alphonso cognosci potest. Quod autē Aegyptiorū anni, & anni Persarum, quorū cùm Ptolemæus, tum Alphonsus meminit, fuerint anni uagi & non fixi prorsus, id equidē manifestius est quā ut quisquā, si modo Almagestū seu magnā cōpositionem Ptolemæi, & Tabulas Alphonsi uel legerit, uel uiderit. Cæterū ut rē meliùs cognoscas adducā exemplū, super hæc uerba scilicet, ueluti ex Ptolemæorum cognosci potest &c. nēpe, quod Ptolem. annos suos nō inchoauerit (qui usus est annis Aegyptijs in sua magna compositione quam Almagestum uulgò appellamus) à quarto Cal. Septembris, ut uoluit ille author aliàs in Mathematicis non indoctus, imò habuerit annos Aegyptios uagos & non fixos, de quibus in præcedenti Calendario dixi. *Discipulus.* Hoc certe, ut alia omnia, libenter audiam. *Magister.* Legisti tertium librum magnæ compositionis Ptolemæi. *Discipulus.* Legi, & etiam epitomen Regiomontani, uiri clarissimi, sed hoc fateri non erubesco, quod parum aut ferè nihil intellexerim, partim propter rei difficultatem, & partim propter annorū Aegyptiorum, quib. ille utit, à Iuliano seu Romano diuersitatē. *Magister.* Ioannes Regiomontanus libro 3. Epitomes suæ in Almagestum Ptolemæi, propositione secunda, dicit, scilicet. Sumit deinde considerationem suā, qua anno 463. Aegyptio à morte Alexandri Aequinoctium autumnale considerauit. Dicitq́ eā fuisse nona die mensis Athyr, qui est tertius Aegyptiorum, post ortum Solis fere per unā horā, &c. Esto nunc, quod anni Aegyptiorum incæperint à quarto Cal. Septembris & similiter Persarū anni. Si igitur nonum diem Athyr tertij mēsis Aegyptiorū prędictæ obseruationis æquinoctij autumnalis, cōtuleris cū anno Aegyptio & Persico, incipientibus à 4. Calend. Septemb. incidit tū temporis æquinoctiū autumnale in quintum diem Nouembris anni Romani, q̄ hoc absurdū sit, iudicēt alij. *Discipulus.* Sed fortassis hoc nostro tēpore fit, quod nonus dies Athyr Ptolemaicę æquinoctij autumnalis obseruationis ostendat nobis æquinoctiū autumnale. *Magister.* Multo minus, siquidem hoc anno 1574 quo hæc scribebā nonus dies Athyr tertij mensis Aegyptiorum Ptolemæi obseruationis æquinoctij autumnalis incidat in 29. Septembris, ubi nullū fit æquinoctium, uti ipsemet scis, imò æquinoctiū autumnale hoc anno cōtingit 13. die, hora 5. & m̄ 18. à meridie mensis Septembris, & secundū inceptionem anni Aegyptiorum, & Persarū à 4 Calend. Septemb. cadet in 16. diem mensis Thoth, qui annorū Aegyptiorū est primus. hinc, siquid dubij habes adhuc, facilè tuo marte te extricabis. *Discipulus.* Iam satis mihi factū est. *Magister.* Deinde, dicit etiā, scilicet. Et ex Alphonso cognosci potest, &c. Insuper quod dicit inter Aegyptios & Persas, nulla omnino nec in anni quātitate, nec in mēsium partitione, nec in principio etiā anni diuersitas fuit, &c. Nō equidē nego nec quātitatem anni, nec mēsium partitionē, sed quod in principio anni inter hos populos nulla fuerit diuersitas id omnino repugnat Tabulis Alphon. Nā si inspexeris dextris oculis Tabulā mēsium Persarū uidebis annū Persicū taxari 6 secūdis, & 5. primis, nempe 365. diebus, & nō 365. diebus, & sex horis, idē uidebis in linea annorū Persicorū, cuius titulus est, scilicet, Anni expāsi cōmunes ad æram diluuij. Nabuchodonosoris Philippi, & Persarū. si igit̄ solū cōmunes annos habuerūt, & prorsus nō obseruarūt annū bisextilē, principiū anni ipsorū, q̄ incipit à primo die mēsis Fordimech, qui illis est primus, nō fuit stabile imò singulis quatuor annis, seu qualibet Olympiade retrocessit p̄ unū diē, & prorsus neq; Persæ, neq; Aegyptij inchoarūt annū suū à 4. Calend. Septemb. Neq; habuerūt idem principiū anni cū Aegyptijs, sicuti mox exemplis id tibi demōstrabo. *Discipulus.* Ego equidē plurimū miror q̄d hūc autorē, q̄ aliàs, ualde diligens fuit in suis scriptis deceperit. *Magister.* Hoc tibi dicā & id paucis, ille nō distinxit inter annos Aegyptios, nā ut paucis habeas meam sentētiā, Aegyptij duplices habuerūt annos, alij fuerūt firmi ac immobiles, quos

incæpe-

incæperunt à 4. Calend. Septēbris, & obseruarunt Aegyptij, isti ut anni illorū forent stabiles, & æquinoctia atq; solstitia non turbarentur, bisextilē annū, alij aūt fuerūt Aegyptij qui habuerūt annos instabiles & mobiles, ac singulis quatuor annis mutauerūt æquinoctia & Solstitia p unū diē in antecedentia. De annis Aegyptiorum, incipientib à 4. Caled. Septēb. suprà in explicatione Calen. Alexandrinorū copiosè dixi. Quod uerò dixerim id quod res est, dat̃ uidere ex tabulis Alphonsinis, & pcipue ex Tabula illa, q̃ inscribit̃ scilicet menses Aegypt incipientes à Septembri ad annos Diocletiani, &c. & in illa Tabula in qua duæ lineæ sunt mensiū, quarū altera continet annos nō bisextiles, altera aūt annos bisextiles. *Discipulus* Quāuis antea non dubitaui te dicere ueritatē, sed nūc rē iā clarè, & tā copiosè ostēdisti, si qd dubij me uexasset, q prorsus omne dubium animo meo sit excussum. *Magister*. Adhæc, anni Persarū (qui sunt mobiles, quemadmodū hactenus sæpius dictū est, & apparet quoq; ex Tabula Alphonsina, q̃ inscribit̃, scilicet Tabula mensiū Persarū, & ex rotulis anni Romani, & anni Persici in quib. notabo nomina mensiū) nō inchoant̃ à natiuitate Christi, imò ab anno 631. 5. mensib. 15. dieb. post, nempe 15. die mēsis Iunij. Et quāuis Aegyptij, & Persæ incipiant, annos à primis mēsibus illi à mēse Thoth, & hi à mense Fordimech, tamē collati ad mēses anni Iuliani, inter se primi mēses ratione inceptionis, discrepant. Nā hoc anno 1574. primus mēsis, Thoth, Aegyptiorū incidit in 26. diē Iulij, & Persarū primus mēsis Fordimech, cadit in 25. diē Octob. *Discipulus*. Quomodo primus dies, primi mēsis Aegyptiorū, Thot, scilicet inuestigandus sit, in Cal. Iuliano, seu Romano, ex pmissis satis superq; intellexi. Atq in Persico Calend. nō pindescio, rogo itaq; te ut hoc me doceas. *Magister*. Non est ut roges, siquidē alias iam tibi ad uota paratus. Nō dubito eqdē te adhuc in memoria tenere, q suprà, quādo agebā de Calend. Alexandrinorū, te docuerim cōuertere numerū aliquē annorū mensiū & dierū à principio alicuius æræ notę, nobis ppositorū in 4. 3. 2. & p4, atq; sine tabulis, & in annis Iulianis, tantū iā prius q petitioni tuę respondeā, ostendā cōpositionē sequētis Tabulę, cū eas secūdū annos collectos, tū secundū annos expāsos Tabulā annorū expansorū sic cōponas, annus Persarū est 365. dierū simpliciter diuisis igit̃ 365. dieb. p sexaginta, & habebis in pducto 6. 24, & 5. p4, his habebis forma tabulā, & scribe ad dextrā numeros naturali ordine usq; ad 20. deinde pone ad unitatē in trāsuersali linea, 6. 24, & 5. p4, hæc 6. 24, & 5. p4. dupla, & habebis 12. 24, 10 p4, q̃ scribito ad dextrā è regione 2. in linea annorū, reliqua 24, & prima formabis p additionē cōtinua primorū & 2rū, & pdibit numerus secūdorū, & primorū sequentiū numerorū, in 1s, 2s, 3s, & 4s, sed semper obseruandū est hoc, nempe quando productū excesserit 60. quod illud productū p 60. diuidendū est quoties fieri potest, ut sæpius dictū est Porrò p annis collectis habēdis, similiter duples, 2. 36, 1. 26, & 40 p4, q̃ scribunt̃ in linea trāsuersali è regione, 20. in linea annorū, & nascent̃ 0. 42, 4 32, 3. 24, 20. p4, scribēda ad dextrā è regione 40. annorū collectorū, quo facto p additionē 2. 3rū, 1. 2rū, & 20. primorū, facilè formabūt̃ anni collecti usq; ad 100. deinde pductū in 4s, 3s, 2s, p.s, rursus duplet̃, & duplato q scribit̃ ad sinistrā adijciat̃, & nascet̃ sequēs pductum usq; ad 1000 ubi idē fiat &c. Aut & facilius, multiplices, seu resoluas 1000 p 365. in dies & q inde pducet̃ diuidito p 60. sicuti alibi es edoctus. Si uerò in alijs numeris, tū annorū tū mensiū ppositorū, alicuius æræ notę placuerit habere reductionē ad 4. 3. 2. & p4, tunc resoluas ppositum numerum annorū p 365. 12 dies, facta ita resolutione, fiat rursus diuisio usq; ad quarta, exempli gratia ppositi sunt 935. anni reducendi in 4. 3. 2. & p4, hos annos resolui in dies p 365. & habui in producta 341640. dies, & postquā per 60. diuisio facta est habui 1. 44, 54. 34, 54. 24, & 0. p4. Sed per tabulam sequentem placuerit fieri, fiat ingressus debito modo, primò cum 900 secundo, cum 36. & tertiò, cum 6 & prodibit idem, hæc ex antè dictis clariora sunt, quam ut egeant multis uerbis.

Nomina mensium Persarum.

Fordimech.	Mardarj.	Ydramech.
Adaimech.	Sarembemech.	Dimech.
Cardaimech.	Mahramech.	Behmemech.
Zirmech.	Ebenmech.	Azfirdamic.

Anni collecti Persarum.					Anni expansi Persarum.						
Anni.	4.	3.	2.	Prima	An.	3.	2.	Pa.			
40	0	4	3	20	1	0	6	5			
60	0	6	5	0	2	0	12	10			
80	0	8	6	40	3	0	18	15			
100	0	10	8	20	4	0	24	20			
200	0	20	16	40	5	0	30	25			
300	0	30	25	0	6	0	36	30			
400	0	40	33	20	7	0	42	35	Tabula mensium		
500	0	50	41	40	8	0	48	40	Persarum.		
600	1	0	50	0	9	0	54	45		2.	Pa.
700	1	10	58	20	10	1	0	50	Fordimech.	0	30
800	1	21	6	40	11	1	6	55	Ardaimech.	1	0
900	1	31	15	0	12	1	13	0	Cardaimech.	1	30
1000	1	41	23	20	13	1	19	5	Zirmech.	2	0
2000	3	22	46	40	14	1	25	10	Mardarj	2	30
3000	5	4	10	0	15	1	31	15	Sarembemech	3	0
4000	6	45	33	20	16	1	37	20	Maharamech.	3	30
5000	8	26	56	40	17	1	43	25	Ebenmech.	4	0
6000	10	8	20	0	18	1	49	30	Ydramech.	4	30
7000	11	49	43	20	19	1	55	35	Dimech.	5	0
8000	13	31	6	40	20	2	1	40	Behmemech.	5	30
9000	15	12	30	0					Azfirdamech.	6	5
10000	16	53	53	20							

Discipulus. Iam satis intelligo huius Tabulæ præscriptæ cōpositionem, & formationem, nūc nihil restat amplius, quàm ut ostendas mihi etiā usum eius. *Magister.* De hoc nihil dubites, in quo, in primis sciendū est, nēpe, quod anni Persarū in quib. uersat negotiū huius Calēdarij, cæperint anno à nato Christi 631 mēse 5. & die 15. m 15. Iunij, & secundùm Calendarium Persarum, die uigesimo quarto, undecimi mensis Persarum, Behmemech, uidelicet. Et quādo igitur placuerit cognoscere in quem annū, mensem, & diem, Romani anni, aliquis annus, dies, & mēsis Persicus cadat tūc, sicuti instructus es, ppositū annum Iulianū reducas ad 46, 36, 26, prima, unà cum mēsibus, & diebus, quo facto, facias ingressum in Tabulā annorū collectorū, & expāsorum, ac similiter mēsium Persarū & ad sinistrā reperies in linea annorū, annos Persicos. Si uerò habueris Persicos annos, & mēses, atque dies, & uolueris in annos, menses, ac dies anni Romani uertere, tūc per prædictos annos elicias ex præscripta Tabula annorū Persarū 46, 36, 26, prima, his ita eductis, facias ingressum in Tabulā annorum Bisextilium, quod superius descriptum

scriptā reperies, hęc 4.3.2.ps, poteris etiam educere sine Tabula. *Discipulus.* Quo
modo hoc? *Magister.* Hoc, uidelicet, præscribe annos ꝓpositos in tabulam, ali-
quā ac multiplica eos, per 365. dies, siquidem annus Persicus, sicut & Aegyptius,
totidem taxetur diebus, postea per 60. reduc illud productum in 4.3.2. & ps, uti
fieri solet, & habebis quod cupis. Hæc præcipuè sunt animaduertenda, nempe
quando ex annis & mensibus Persicis lubuerit cognoscere annos, & menses Iu-
lianos, hoc est, quibus annis & mensibus Iulianis, ꝓpositi anni Persici, & men-
ses, aut dies respondeant, tunc, postquam reduxisti annos propositos cum suis
mensibus, & diebus in 4.3.2 ps, producta, adde 1.44, 4.34, 2.24, & 59.ps, differentiā,
scilicet inter æram Christi & Persarum æram, quo facto, ingredere tabulam, cui
titulus est, scilicet Tabula ad inueniēdum omnes æras, bisextiles, & operare mo
re consueto, hanc, inquam, tabulam propositam in Calendario Alexandrinorum.
Discipulus. Hæc, absq; exemplo non possum intelligere. *Magister.* En, uolo co-
gnoscere in quem annum mensem, ac diem Romani Calendarij cadat 21. dies,
quarti mensis, utpote, Zirmech, anni 943. Persarum, primò ingressus sum in tabu-
lam præmissam cum 900 annis & oblata sunt, 1.44, 31 34, 15 24, & 0.ps. Secūdò
ingressus sum cum 40. & ad dextram, oblata sunt in Tabula trāsuersali 4 34, 3.24,
20.ps, & tertio, rursus ingressus sum, ut antea, tum tribus annis, & reperi 18.24, &
15.ps, postremò, factus est ingressus cum tribus mensibus completis, & inuenta
sunt 1.24, & 40.ps. Hæc omnia, unà cum 21. diebus in unum collegi, & producta
sunt unum quartum, 35.34, 38.24, & 26.ps, cū his aggregaui 1 44, 4.34, 3.24, & 59.ps,
& prodierunt 2.44, 39.34, 42.24, ac 26.ps. Cum his, iuxta doctrinā datam, elicui ex
Tabula annorum bisextilium 1574. annorum, unum mensem integrum, & 20.
dies, dico itaq;, quod 21 dies Zirmech, anni 942 Persarum cadat in 12. diem Fe-
bruarij anni Romanorum 1574. consimili uia fiat in reliquis. Porrò operaturus
sine Tabula in reductione annorum, mensium, & dierum propositorum ad 4.3.
2. & ps, multiplica, ut dixi, annos propositos per 365. dies, producto adijce dies
mensium Persicorū, deinde diuide per 60. quoties fieri poterit, ut, exempli gra-
tia, prędictos annos multiplicaui per 365. ꝓducto adijeci 90. dies pro trib. mensi
bus, unà cum 21 diebus, & prodierunt 344506. dies, quos diuisi per 60. quoties
potui, & habui in producto 1.44, 35.31, 38.2.26 ps, ut suprà. Cęterùm priusquā me
uertam ad alia, quæ superius proposui, ostendam etiam per exemplarem excur
sum, quo pacto inuenias rationem sistendi rotulam annorum Persarum, quam
mox adijciam, ex qua deinde poteris, per spacium quatuor annorum ex fixa ma
nente, scire in quem mensem & in quem diem mensis Iuliani Calēdarij, aliquis
mensium, & dierum Persarum Calendarij, per totum annum cadat. *Discipulus.*
Hoc, profectò, erit mihi auditu iucūdissimum. *Magister.* Primū reducas annos
Iulianos propositos cū mensibus, & diebus, in 4.3.2. & ps, sicuti satis superq; suo
loco audiuisti postq; hoc fecisti, auferas hinc 1.44, 4.34, 3.24, & 59.ps, & residuum
mittas in tabulam proximè pręcedentem & extrahas annos, menses, & dies Per
sicos, pro exemplo accipiatur annus 1574. in quo cupio scire in quem mēsem, &
diem anni Persici primus dies Ianuarij Iuliani anni, cadat. Ad sciēdum hoc 1573.
anni per 4. sunt diuisi, & producti sunt 393. dies, hi seruati sunt seorsim, qui, post
multiplicationē factam per 365. additi sunt producta, & illud productum diui-
sum est per 60. in 4.3 2. & ps, & prodierunt, 2.44, 39.34, 35.24, & 38 ps, ab his ablata
sunt, 1.44, 4.34, 3.24, & 59.ps, & reliqua fuerūt 1.44, 35.34, 31.24, 39.ps, cum his ingres-
sus sum, debito modo, in tabulā ꝓximè præcedentē, & reperi post longam ope-
rationem 9. diē Cardaimech tertij mensis Persarum conuenire, cū primo die Ia-
nuarij anno proposito, scilicet 1574. à natiuitate Saluatoris nostri. In quē aūt diē
Calend. Romani, primus dies, primi mensis Fordimech, Calen. Persici cadat ex
rotulis adiectis, facilè cognoscit, in hoc aūt exemplo incidit in 24. diē Octobris.
Quo pacto rotulæ, lapsis quatuor annis, in qbus fit anticipatio ꝑ spaciū unius

diei, sistendæ sunt, ex tā ꝓlixè propositis tā doctrinis, & exemplaribus excursi-bus satis rē intelliges. Cæterùm cū mentionem fecerim rotularum eas hîc adiungendas uisum est, quæ uerò signat̃ cum litera H, habet in circūferentia Calend. Romanū, superior aūt signat̃ cū litera F, & habet Calend. Persicum, hoc est, mē-ses Persicos diuisos in suos dies cū suis nominibus. Quando itaq; uolueris figere superiorē rotulā tunc uerte indicem Y, super diem, per regulā datam, inuentū, in rotula Romani Calen. eumq; indicē fige per terram, & hæc fixio seruiet quatuor annis. Exempli gratia, in exemplo dato, reperi primū diem Fordimech cadere in 24. Octobris anno 1574. ad hunc diē uolui indicem Y, eumq; fixi tera, quo facto, tunc per indicem N, ostensorium dierū per quatuor integros annos potui menses & dies Persicos discere ex Cal. Romano & cōtrà, ex Persico Cal. menses & dies Romani Calēdarij. *Discipulus.* Hęc, laus superis probè intelligo, siquidem apposità sint proposita, quod porrò restat non est aliud quā quod antea etiam promiseris, te ostenderem mihi, quo modo, motus planetarum medij, si enim in Persico Calend. inuestigandi, ueri aliò pertinent, id nunc pręstes te rogo. *Magister.* Sed ut sim breuis uolo tuæ petitioni satis facere duob. exemplis, suprà in Calendario Alexandrinorū seu Aegyptiorum, qui obseruant bisextilitatem, posui tabulam, cui titulus est, Tabula medij motus Lunę, per illā operandū erit. Radix Persarum, seu Iesdagert medij motus Lunæ est 5. sig. 53. gr̃. 16. m̃ & 32. S 5. prim. hęc, inq̃, radix seorsum seruari debet. *Discipulus.* Quare accipis potius medū motum Lunæ pro exemplo, q̃ alterius cuiusdā planetarū? *Magister.* Hoc facio non sine causa, nā ex motu Lunę, cū sit uelocioris motus reliq̃s, igit̃ si aliquis error cō mittitur, facilius animaduertitur. En cupio scire, medium motum Lunę anno 1574. die 26. Septembris, primum reduxi annos propositos ad 4. 3. 2. p4, sicuti demonstratū est, & in ꝓducto fuerunt 2. 42, 59. 34. 40. 26, 7. p4, ab his subducta est differentia inter incarnationē, & Persas, 1. 44, 4. 34, 3. 26, & 59. p4 & residuata sunt 1. quartū, 35. 34, 36. 24, 8. p4, his habitis, cū illis feci ingressum in Tabulā medij motus Lunę, primò cū 41, secundò cū 36, tertio cū 25, postremo cū primis, his omnibus aggregatis, & abiectis 60. quoties fieri potuit, uti fieri debet, deinde addidi illis 5. sig 53. gr̃ 16. m̃ 32. S. & 5 p4, radicem, scilicet Persarum, & in ꝓducto habui 5. sig. Physica, q̃ faciunt 10. parua, seu cōmunia & 26. gr̃. 40. m̃. 59. S. tātus est medius motus, ꝓ tempore, ꝓposito, incidit uidelicet, in 26. gr̃. 40. m̃. 59. S. Aquarij, 26. die Sept. anno 1574. Non secus etiā in alijs operatio est instituenda. *Discipulus.* Hæc sanè, ꝓbè intelligo. Sed unū mihi adhuc deest. *Magister.* Quod est illud. *Discipulus* Nondū uideo, in quē diem mensiū Persarū, dies ꝓpositus cadat, & quot annos Persæ, tempore ꝓposito numerent. *Magister* Hoc ex p̄dictis documentis, si ea adhuc recolis, facile intelliges, nā si cū 1. 42, 35. 34, 6. 24, 8. p4, ingressus fueris, more cōsueto, offerent̃ tibi 942. totidem enim annos Persæ numerant, & 11. menses integros, & 8. dies mēsis Persici Azfirdamic, qui est ultimus mensiū Persarum pro anno Romano 1574. & 26. die Sept. Hactenus ꝓ exemplo primo, quando uidelicet, anni Iuliani seu Romani ꝓponuntur, iā pergā ad exemplum, in quo ꝓponentur anni Persici noti cū mēsibus suis, atq; diebus, in quo à me doceberis elicere medium motū Lunæ Sunt igitur, exēpli gratia, 954. anni Persici, 4. menses, cōpleti 23. dies mēsis Persarum Mardaij incompleti, numerum horum annorum propositorum reduxi, per regulas præscriptas, intrante Tabula præmissa, ad 4. 3. 2. & p4, unà cum mensibus & diebus, & prodierunt 1. 41, 36. 34, 45 21, 53 p4, cum his & radice Persarum reperi mediū motū Lunæ o. sig. 29. gr̃. 53. m̃. 41. S. pro die 23. mensis Mardaij. Deinde cōiunxi prædictis 1. 41, 36. 35, 41. 25, & 53 p8, 1. 44, 4. 34, 3. 26, & 59. p4, & habui 2. 42, 40. 36, 49. 26, & p4, & reperi ex Tabula annorum bisextilium, quā habes in Calendario Alexandrinorum 1585. annos cōpletos, & 11. dies mensis Martij, anni 1586. incompleti, in quo die medij motus Lunæ o. sig 29. gr̃. 53. m̃. 41. S. De Meridianis hîc nihil dicendum

dum dixi. En habes quæ tibi dicere pollicitus sum de Calendario Persarum. Si quid hic erratum est non imputetur meæ negligentiæ, imò inopiæ librorum de hac re scriptorum. *Discipulus.* Pro his omnibus & ago, & habeo tibi, senex uenerande, gratias nunquam intermorituras, referam tibi etiam ubi fortuna fuerit clementior quàm nunc. *Magister.* Ad Calendarium Arabum, de quo, quamuis destituar libris de eo scriptis, scribam id quod potero. *Discipulus.* Hæc profectò ex te, summa cum attentione, audiam.

CALENDARIVM ARABVM, QVOD IN ORDINE EST SEXTVM.

Magister. Nunc, ut dixi, ordo postulat, ut ad manus accipiam Arabici anni, seu Calendarij descriptionem, de quo, quàntum potero, breuiter scribam, cognitio huius Calendarij non minus est necessaria, quàm aliorum. Sed hoc principio loco operæprecium est scire, quod Arabes ab alijs nationibus orbis terrarum in annorum obseruatione, prorsus sunt disiuncti, qui lunares tantum custodiũt annos, & omnino non curant, annos solares uno prorsus ignorant. *Discipulus.* Hoc profectò ualde mirum est. *Magister.* Est equidem ualde mirum. Nam ipsi menses suos initiant semper à die mediæ coniunctionis luminarium, & constituunt annum lunarem ex duodecim mensib. lunaribus, nempe ex 354. diebus. *Discipulus.* Quid autem faciunt cum horis, & minutijs exuberantibus aut superexcrescentibus ultrà 354. dies, siquidem annus lunaris complectatur 354. dies, 8. hor. 48. m.? *Magister.* Ipsi profectò magna solertia in hac re usi sunt, sicuti mox uidebis, nam ædiderunt cyclum lunarem triginta annorum eò quod 8. horæ, & 48. m. quæ excrescunt ultrà dies integros, nõ possunt exactè & plenè per intercalationem dierum restitui, & integrari, nisi in triginta annis, quod facile uidebis, si multiplicaueris 8. horas per triginta, & consimiliter 48. minuta, en ex multiplicatione horarum prodeunt 240. horæ, quæ decem constituunt dies, ex minutis uerò 1440. minuta, his diuisis per 60. in producto sunt 24. horæ, unus, inquam, dies integer qui superioribus adiectus prouenient 11 dies in triginta annis intercalandi. *Discipulus.* Nunc cupio audire modum intercalandi. *Magister.* Audies, motus namque intercalandi is est, quotiescunque enim horæ superfluæ, & exuberantes duodecim horas excedunt tunc diem unum anno suo adijciunt, hinc fit quod annum secundum intercalem faciunt, de hoc in sequentibus plura audies, deinde etiam quintum, septimum, decimum, & decimũ tertium sextũ decimum, decimum octauum, uigesimum primum, uigesimum quartum, uigesimum sextum, & uigesimum nonum, faciunt non 354. imò 355. dierum, hæc, inquam, Arabum supputatio, ac anni constitutio, præsupponit duodecim lunationes perfici, & cõplexi in diebus 354. hor. 8. m. 48. sed res pauxillæ superabũdant, quæ in triginta annis Arabum faciunt tantũ 18. minuta, & ferè 18. secũda, quæ forent præsupposito cyclo lunari addenda, sed possunt ob paruitatẽ negligi. *Discipulus.* Hæc, uir plurimum obseruande, & colende libentissimè ex te audiui, de intercalatione nimirum, sed cùm doctrinam tuam de hac te plurimi faciam, ut facienda est, sed unam adhuc me torquet. *Magister.* Quid hoc est, profer. *Discipulus.* Nuper forte fortuna incidi in aliquem autorem, uirum non ineruditum. *Magister.* Quid quæsò, ex sua æditione hausisti quod animum tuum urgeat. *Discipulus.* Nam ille, quando loquitur de anno Arabico, dicit, quod Arabes in anni sui ordinatione partim Aegyptiam, partim Atticam sequãtur rationem, ita quod annus ipsorum ex Aegyptio, & Attico sit cõflatus. *Magister.* De his, quę protulisti tibi respondebo, sed paucis. Non equidem eo inficias annum Arabicũ aliquid cognationis habere cũ anno Attico, siquidem & Attici habuerint annum lunarẽ, quemadmodũ suo loco audiuisti copiosè, sed quod ratione intercalationis cõueniat cum Attico anno hoc prorsus nego, idque ob hanc cau-

sam, quod Attici annū suum, per intercalationē adcōmodarunt anno solari, hoc omnino Arabes non faciunt, quia annus eorū est numerus annus lunaris, sed quod æquinoctialia & Solstitionalia puncta uagent in antecedentia, hoc nō mirum est, cū hoc etiā contingat in Attico anno, & similiter Aegyptiaco. Quid aūt hic annus cōmune habeat cū anno Aegyptiaco prorsus nō uideo, siquidem annus Aegyptiacus neque intercalationē, neque bisextilitatē curet, quod uerò in fine anni sui adduntur quinque dies, non uerè dies intercalares dici possunt, ad hæc non potest conuenire cū anno Aegyptiaco, quod annus Aegyptiacus retrocedat in quatuor annis per unū diē, & Arabicus per undecim dies, sicuti mox uidebis, insuper initia mensium Arabici anni respiciunt luminariū medias cōuentiones, quod non æquè fit in anno Aegyptiaco. *Discipulus.* Ex his uerbis tuis satis intelligo, quod prædictus autor non rectè sentit de anno Arabico cùm asserit Arabes in ordinatione anni sui partim sequi Aegyptios, & partim Atticos, hoc mihi quoque scrupulū iniecit, quod inter alia etiā asserit Arabes tertio anno mensem unū triginta trium dierum intercalare, pro undecim diebus quib. annus solaris excedit lunarē, & interim prorsus nihil mentionis facit epactarum. *Magister.* Non mirum est, tibi scrupulum esse iniectū ex huius uiri doctrina de anno Arabico, ratione intercalationis mēsis triginta trium dierum quolibet tertio anno, maximè cū intercalatio apud Arabes longè alia sit, quemadmodum suprà ex parte aliqua percepisti, & percipies in sequentib. copiosius, poteris etiā hoc inde colligere, si satis adhuc tenes quæ dicta sunt de mensiū lunariū distributione, nempe quod nullus mensis sit, qui complectatur triginta tres dies, quid multis? annus Arabicus & merè lunaris est, & prorsus nō respicit annū solarem, sicuti audies, Deo uolente mox. hinc sequitur, quod neque cum anno Attico, neque cū anno Aegyptio rectè participet. *Discipulus.* Iā rem meliùs intelligo quàm antea. *Magister.* Ceterùm, priusque transeam ad alia, non potui præterire quin adhuc unum tibi adducam, quod, dubio procul, tibi molestiā facere posset, quando id uideres. Nā dicit porrò, scilicet. Cū ergo diarium Arabicū facere uoles, anno 1560. primū diē mensis Almuharam repones in Iulij 29. diē, ut in anno Aegyptio antea factū uides, tū tertio quoque anno intercalabis mensem triginta triū dierū, &c. *Discipulus.* Sed ut, uenia tua dicā, hoc quoque me torsit, sed nolui omnia mouere, ne uiderer tibi nimiū molestus. *Magister.* Si rem per transennam tantū, ut dici solet, adspicies, dicturus, sine dubio, es, hanc cōpositionem diarij anni Arabici prorsus esse irritā & uanam, sed ut ad meliorem huius rei penetras intellectū, hoc exemplari excursu tibi ostēdam sed debes ea quæ suprà dicta sunt, semper in memoria tenere, quod uidelicet anni Arabici sint meri anni lunares, & differāt lōgè ab alijs annis lunarib. de quibus suo loco prolixè te docui, illi habēt cyclū decemnouennalē, hi aūt cyclū triginta annorū. Deinde Arabes inchoant menses suos omnes à medijs luminariū coniunctionibus, & non alibi, unde nemo inficias ibit Arabū annum penitus aliū esse quàm Aegyptiū, quod uidebis si examinaueris exemplum illius propositum, secundū doctrinam superiùs de anno Aegyptio datā. *Discipulus.* Hoc malo ex te audire. *Magister.* En anno 1560. primus dies mēsis Aegyptiorū Thoth, qui illis est primus mensiū suorū, incidit in diē 29. Iulij, & quarto anno post in 28. diē eiusdē mensis, sed primus mensis Arabū, Almuharam, neque alius quisque eorū mensiū potuit incidere eo anno in 29. diē Iulij, siquidē media luminariū cōiunctio nō facta est 29. die Iulij anno 1560 imò facta est 23. die Iulij, quod uidere est, ex Aureo numero, qui illo anno fuit ternarius. *Discipulus.* Vt intelligo ex uerbis tuis iā in mediū prolatis, Aegyptij, nō respiciunt luminariū cōuentiones pro initio mensium suorū, sicut Arabes. *Magister.* Rectè sentis. *Discipulus.* Ne graueris obsecrò, uir uenerande, mihi, priusque ad tua proposita digrediaris, ostendere in quem mēsem Romanorū, & in quē diē mensis eo anno, primus dies mensis Almuharam qui primū locū tenet mēsium Arabum, incidat. *Magister.* Quāuis hæc infrà loco suo tractabunt copiosè, ta-

men

men tuę petitioni satis faciā. Nam postq̃ hoc diligenti calculo examinaui, reperi quod primus dies Almuharam pdicto anno inciderit in 19. diē Septemb. quo die contigit media luminariū cōgressio, & primus dies Dulchidę undecimi mēsis Arabū, hoc est, cōiunctio media luminariū dicti mēsis, incidit in 23. diē Iulij. Ex his, sicuti mihi uidet̃, Arabū menses, prorsus non cōuenire cū mensib. Aegyptiorū, q incipiunt à coniunctionibus medijs Solis, & Lunæ. Ad hæc non curant Arabes intercalationem triennem, sicuti illi, qui coęquant anū lunarem cū Solari. Cæterùm ut meliùs clarescat hoc negotium, de quo mox plura dicā, adducam adhuc duo exempla ex quibus probe intelliges quod initia mensium Arabum pendeant à congressibus luminarium. Nam anno 1539. à natiuitate Christi, fui Venetijs, uidendi gratia urbem illam nobilissimam, ubi reperi diarium Hebraicū impressum, confectum ad annum 1535. à natiuitate Christi, hoc diarium habebat primum Calendarium Hebraicum, deinde initia mēsium Arabum, & tertiò initia mensium Latinorum seu Romanorum collata ad mēses Hebræorum, qui etiā inchoantur à lunationibus Solis & Lunæ, sed aliter, quemadmodum in Calen. Hebræorum abunde audies. Hoc diarium, cum uideram mihi aliquādo in meo proposito, usui futurum, seruaui illud sedulo. Non credis quantum gaudij concæperim ex eo diario. *Discipulus.* Non dubito, sed dic ubi Almuharā eo anno sumpserit initium. *Magister.* Dicā, hoc etiā scire debes q̃ situatio illius diarij etiā anno 1536. locū habuerit, quia Hebræi incipiunt annum suū, tribus mēsib. ante Romanos. Primus, inq̃, dies Almuharam incidit, anno dicto, in 19. diē Iunij in quo fuit luminarium media coitio, q̃ uel inde cognisci datur, q̃ annus ille Hebraicus ad quem diariū prædictum constitutum est, fuerit embolismicus deficiens & autor illius diarij asserit Almuharam incipere à 30. die Hebraici mēsis Siuan. *Discipulus.* Vidisti ne autore dicti diarij. *Magister.* Nō uidi, si mihi cōtigisset colloquij cū eo multa ab eo sciscitatus fuissem, nā, quātū intelligere possum ex illius diario, fuit astrorum scientiæ non imperitus, sed de his alias. Alterū exemplū desumpsi ex libro quodā antiquissimo, q Blatis, & Carie fere cōsumptus est, è Venetijs mihi olim ab Helia Leuita Grammatico, missus. *Discipulus.* Quis est ille liber? *Magister.* Sunt cōmentaria Auerões, quē Hebręi uocant Aben Rascht, in libros auditionum Arist. Est equidem in lingua Hebręa eleganti stilo scriptus, aut trāslatus, hunc, inq̃, librū ita Hebraicè claudit, ותהי השלמת בעשיית הביאור דוח יום שבת הראשון לחודש רג׳ב אשר של שנת ה׳ס׳ה׳ לחשבון הישמעאלים id est, perfectio seu absolutio cōfectionis huius cōmentarij facta est die primo Sabbathi, hoc est, feria prima mensis Rage seu Ragab, anno 565. secūdū cōputationē Ismaëlitarū seu Arabū, &c. His tēporibus, ut historiæ testant̃, Auicenna, & Auero ës Philosophi, & Medici insignes floruerunt, secundū hoc tēpus calculo, sedulò q̃siui in quē mēsem nostrū, primus dies Almuharam q Arabibus est primus suorū mensiū cadat, & reperi q̃ primus dies mēsis Ragab uenerit in 8. diē Martij, in quo fuit anno 1170. cōpleto, à Christo nato, media Solis ac Lunę cōiunctio, sicuti admonemur Aureo numero, q eo anno fuit 13. idē q̃q p calculū inueni, & primus mēsis Almuharā incæpit à 1. die Septēb. hinc quoq̃ liqdum est mēses Arabū aliter se habere q̃ ille opinatus est, & patet etiā hinc illius intercalationē tertio quouis anno, esse falsam, sicut dictū est superius aliquoties, hactenus de hac re, nūc reuertor ad ppositum meū unde digressus sum. *Discipulus.* Hîc nihil dubij ampliùs me urget. *Magister.* Tu, sine dubio, adhuc memor es q̃ dixerim ante, modū intercalandi apud Arabes hūc fuisse, nēpe q̃ quotiescunq̃ horæ superfluæ duodecim horas excesserunt tunc diē unū anno suo adijecerint, & fecerint annū secundū intercalarē & nunq̃ tertiū, ut uult ille, sed quintum, septimum, decimum, decimum tertiū, decimū sextū, decimū octauū, uigesimum primū, uigesimum quartū, uigesimū sextū, & uigesimū nonū, & ut omnes uariationes restituerent̃ cōtingentes in medijs nouilunijs constituerunt cyclum triginta annorum pro suo anno, & ingeniosè, ac doctè, meo iudicio.

Discipulus. En, cùm rem rectius mecũ cõsidero, ille, (qui uo[illegible]uit, tertio quouis anno, mẽsem triginta trium dierũ, cùm tamen nullus mensis lunaris totidẽ diebus taxet, sicuti ex tua doctrina didici, intercalari) prorsus nõ curauit cyclos, neque epactas. *Magister.* Tu eq̃dem rectè sentis. Cæterùm anteq̃ te doceã quomodo anni Arabici ꝓpositi in Iulianos, & Aegyptios, & contrà Iuliani, & Aegyptij in Arabum annos, sint uertendi, subijciã hic Tabulã, & ostendã deinceps quo modo, Tabula [illegible] sit componenda, aut corrigenda, postulante necessitate. *Discipulus.* Si[illegible] profectò apud me magnam gratiam.

Tabula annorum Arabum.

Anni Arabũ collecti per 1000. & aucti per 900.					Anni collecti aucti per 30.					Numerus.		Anni Arabum expansi.			
Numerus.					Numerus.										
Annorum	4.	3.	2.	Pa.	Anno.	4.	3.	2.	Pa.	Annorũ		3.	2.	Pa.	m̃.
1800	2	57	11	0	30	0	2	57	11	1		0	5	54	11
2700	4	25	46	30	60	0	5	54	22	2	B	0	11	49	22
3600	5	54	22	0	90	0	8	51	33	3		0	17	40	3
4500	7	22	57	30	120	0	11	48	44	4		0	23	37	14
5400	8	51	33	0	150	0	14	45	55	5	B	0	29	32	25
6300	10	20	8	30	180	0	17	43	6	6		0	35	26	6
7200	11	48	44	0	210	0	20	40	17	7		0	41	21	17
8100	13	17	19	30	240	0	23	37	28	8		0	47	15	28
					270	0	26	34	39	9		0	53	9	9
					300	0	29	31	50	10	B	0	59	4	20
					330	0	32	29	1	11		1	4	58	1
					360	0	35	26	12	12		1	10	52	12
					390	0	38	23	23	13	B	1	16	47	23
					420	0	41	20	34	14		1	22	41	4
					450	0	44	17	45	15		1	28	35	15
					480	0	47	14	56	16	B	1	34	30	26
					510	0	50	12	7	17		1	40	24	7
[illegible]enses Arabum	2.	Pa.			540	0	53	9	18	18	B	1	46	19	18
Almuharaz.	0	30			570	0	56	6	29	19		1	52	13	29
Saphar.	0	59			600	0	59	3	40	20		1	58	7	10
Rabeprimus.	1	29			630	1	2	0	51	21	B	2	4	2	21
Rabesecundus.	1	58			660	1	4	58	2	22		2	9	56	2
Gemediprimus.	2	28			690	1	7	55	13	23		2	15	50	13
Gemedisecũdus	2	57			720	1	10	52	24	24	B	2	21	45	24
Rage.	3	27			750	1	13	49	35	25		2	27	39	6
Sahaben.	3	56			780	1	16	46	46	26	B	2	33	34	16
Ramadam.	4	26			810	1	19	43	57	27		2	39	28	27
Sauel.	4	55			840	1	22	41	8	28		2	45	22	8
Dulchida.	5	25			870	1	25	38	19	29	B	2	51	17	19
Dulcheya.	5	54			900	1	28	35	30	30		2	57	11	0

Magister.

Magister. En habes Tabulam annorū Arabicorum, quã adscribere paulò antè pollicitus sum. *Discipulus.* Tabulã uideo, sed quo pacto ea sit cōposita, & aliæ cõsimiles sint cõponendæ nondū habeo. *Magister.* Audiuisti iã sæpe annū lunarem taxari 354. dieb. 8. hor. & 48. m̄. his redactis, more solito in 4.3.2. p4, & minuta, puenient p uno anno lunari 5.24,54. p4, & 11. minuta. *Discipulus.* Vnde 11. m̄. proueniant non pcipio. *Magister.* Hinc, sine dubio puenīunt, q 4. horis, & 24. m̄. horarum, respondeant 11. m̄. dierum, & 8. horis, ac 48. minutis, 22. minuta. *Discipulus.* Qui sit aūt, q accipias tantū dimidiū de 8. hor. & 48. m̄. *Magister.* Non ob aliam causam q̃ quod cyclus Arabū sit dimidiū de 60. *Discipulus* Nunc habeo q querebam. *Magister.* Si igit duplaueris 5.24,54. p4, & 11. m̄. habebis p secundo anno 11.24,49. p1, & 22. m̄. Porrò quando huic pducto secundo adiecetis, 24, 14, & minuta, primi anni, pdibunt p tertio anno 0.34,17.24,43.14, & 3. m̄. Sed hoc diligenter obseruandū tibi est, nēpe si minutorū plura fuerint q̃ 30. q anno illi ad quē 5.24,54. p1, & 11. m̄. primi anni addita sunt, unitas primis ipsis sit addenda, & q ultra triginta fuerit, ad dextrã illius anni formati in linea minutorum relinquat, & annus cui unitas adiecta est, dicit intercalaris, talis additio, incq̃ pducti, primi anni obseruet usq in finē cycli prædicti. Hoc pacto, incq̃ agendum est in annis expansis. Anni uerò collecti augēdi sunt per 30. quemadmodū audiuisti est, quare quando uolueris eos augere, tunc ponas 30. in primã lineã transuersalē, cum 0.41,2.34,57.24,11. p1, & postea in descendenti linea ponito 60. & in transuersali 0.44,5.34,54.24,22. p4, quo facto, huic secūdo pducto addenda sunt 0.44, 2.34,57.24,11. p4, in prima linea transuersali, & producent 0.42,8.34,51.24,33. p4, in descendente linea è regione ponanē 90. ppter auctionem p 30. annorū collectorum, sed hoc etiã inter augendū non est negligendū, scilicet quando in primis prouenerint plura prima, q̃ sexaginta, q secundis sit addenda unitas, & sic etiã in tertijs fieri debet, & quãdo pueneris ad 900. in linea numeri annnorum, ubi ponūtur in transuersali linea ad dextrã, 1.44,28.24,35.24,30. p4, tunc duples 900. & similiter 4.3.2. p4, & habebis in linea descendēte p annorum numero 1800. & in linea transuersali, 2.46,57.34,11.24,0 p4, deinde his adijciant 1.44, 28.34,35.24, & 30. p4, & similiter ipsis 1800. 900. & pdibunt in annis 2700. & in 4.3.2. & p4, 4.44,25.34,46.24,30. p4, ad hunc modū poteris augere annorū numeros, quãtuncunq tibi placuerit, his rectè intellectis, nō difficile erit Tabulã hāc mendis purgare si q̄ in ea reperiunt. *Discipulus* Quid porro facere in hoc Calendario pximum erit? *Magister.* Vt ostendã, modū conuertēdi annos Iulianos ppositos in annos Arabicos, & uicissim Arabicos in Iulianos, & similiter Aegyptios seu Persicos, q a hi populi quemadmodū uisum est suo loco, utunt isdē annis, sed non isdē annorū initijs, in annos Arabicos seu Iulianos. *Discipulus.* Hæc cū magna animi delectatione audiã pgemodò. *Magister.* Hîc rursus in memoriã reuoces, q̃ dicta sunt in p̄cedentib. de reductione annorū mensium, & dierū à principio alicuius æræ ubi notæ sine Tabula, uel p Tabulã ad 4.3.2. & p4. *Discipulus.* Hæc omnia ad huc in recēti teneo memoria. Et triū Tabularū pmissarum, quarū prima est de annis Iulianis reducēdis ad 4.3.2. p4. Altera de annis Persicis, & Aegyptiacis, tertia aūt de annis Arabū, ego satis habeo cognitionē, & usum etiã. *Magister.* Exemplis res plenius percipit q̃ multis uerborū ambagibus, en cupio scire 1567. annos Iulianos, quot constituant annos Arabicos, & postq̃ hunc numerū annorū Iulianorū reduxi ad 4.3.2. & p4, reperi 2.44,38.34,59.24, & 6. p4, his nūc inuentis, deinde ingressus sum in Tabulã pximè p̄cedentē, primò cū duob. quartis, & notaui tempus inuentū ad sinistrã in linea descendente, cui titulus est, Numerus annorum, deinde ingressus sum cū tertijs & notaui ea quemadmodū cū quartis feci, tertio accepi secunda, & postea prima, & similiter tēpus eorū, inuentū in linea numeri annorū, priori tēpori addidi, & pducti sunt 1615. anni Arabici, unus mensis, & quatuordecim dies, ad hūc modū in alijs quoq agendū erit. Cæterū si placuerit

